ca flōmia ⁊ modica quaſi velit q̄ in oi ꝯueniat: ſz aliqñ multa ⁊
aliqñ pauca ſm humorē peccantē. Eſt ēt ꝑ hoc Serap. in prīo
breuiarij cū dixit: Opz vt in oibus quibꝰ accidit hec egritudo
extrahaƚ ſanguis cū velocitate ſi virtus fuerit ſana ⁊c̄. Et ad/
dit q̄ iuuamentū eiꝰ ē pluſq̄3 reliquoꝝ iuuamētoꝝ ⁊ magis fe/
ſtinū q̄3 oē qd̄ in eo adminiſtraƚ. Idē expſſiſſime voluit Alexā.
cū dixit: Oibꝰ aūt freneticis qui verā freneſim patiunƚ ſi vir/
tus robuſta ſit ⁊ nihil ⁊c̄. ꝓhibuerit. ſ. de dictis ſupra feſtinare
opz vt flōmetur. Et addit: ⁊ ſuper oia primū ⁊ magnū ē adiuto
rium: ⁊ rō ē ad hoc euidēs. nā in freneſi incipiēte diuerſio diciƚ
eē maxie ꝯueniēs. Cū ergo per flōmiā diuerſio fiat ꝯueniētiſſi/
ma ſtante mā apoſtemoſa in venis minutiſſimis in principio vt
dictū ē ſupra. Ergo flōmia in quacūq3 freneſi ad diuertēdū eſt
ꝯueniēs in principio. Et ꝑ hoc facit tex. Meſue dicēs: ⁊ ꝓuo
catio emoroidaꝝ ē vtilis ⁊ cōfert oibus ſpēbus eius: ⁊ non niſi
ꝓpter diuerſionē. Cū ergo vtilitas diuerſiōis ꝑ flōmiā habiliꝰ
⁊ ꝯueniētius hēri poſſit q̄3 per ꝓuocationē emoroidaꝝ. Seqƚ
q̄ flōmia de ſe ē in oi cōueniēs. Cōfirmaƚ ēt de mēte Gal. in
ꝯmento affo. que egeruntur ⁊c̄. vbi dicit q̄ in oi apate ⁊ febre
fortiſſima ⁊ acutiſſimo dolore ꝯuenit flōmia ⁊ nō ſolū flōmia ſz
alijs nō ꝯdicētibꝰ vſq3 ad ſincopiz. Cū ergo in freneſi vera etiā
omia iſta ꝯplicenƚ de apate ⁊c̄. ſequiƚ q̄ in quolibet tali apate
ꝯuenit flōmia: cōfirmaƚ vltio. Nam in ꝯcuſſiōe capitis i corꝑe
tñ ianito ꝯpetit flōmia ꝓpter dubiū ne ꝯuertaƚ ſanguis ad ca/
put vt ē cōis vſus practicātiū: ergo ſilr̄ ⁊ magis i freneſi ꝯpetit
flōmia. In hac qōne multis dimiſſis dicit Gētilis [illegible]as cō/
cluſiones. Pria ē q̄ nō i oi freneſi ꝯpetit flōmia: vt in freneſi
veriſſima pendēte a mā colerica pura ſeꝑata a nā ſanguis. Hoc
declatur ꝑ mediū añ adductū: q2 ꝑ flōmiā i colerica paſſiōe du
bitaƚ de furia cole ⁊ ꝯfirmaƚ: q2 i certa heriſipila nō competit
flōmia: vt 3° quarti in pricipio capituli de cura heriſipile. Er/
go ēt i tali apate colerico nō ꝯpetit: ⁊ ſic cū Raſis in diuiſioni/
bus ⁊ Meſue laudabāt flōmiā in ſanguiea nō dicētes de cole/
rica. Cōſiderabāt q̄ illa colerica in qua nō ꝯuenit ē colerica q̄
nō ē admixta ſanguini ⁊c̄. Et poſſet hic ꝑ hac ꝯclōne ſortitudo
adduci vnus fortis textus. d. Gal. quarto de regimine ſanita/
tis: vbi dās cañ. i flōmiādo diuerſa corꝑa ſz diuerſas mēſuras
ſanguis ⁊ diuerſaz mixtiōez ⁊ alioꝝ hūoꝝ cū ſanguie dixit: Et
hoꝝ ipoꝝ. ſ. hūoꝝ vtrūq3. ſ. cola ⁊ flegma hi qdē paꝝ diſtāt a
ſanguine: alij vero plus: alij vero plurimū. in his qui paruz di/
ſtant vtrūq3 audacter vti flōmia. in his vero qui plus ſup. di/
ſtāt reuerētiꝰ. i. magis moderate. in his vero qui plurimuz. ſ.
maxime diſtāt nequaq̄3 ſupple ꝯuenit flōmia. Cū igiƚ vt ſuppo
niƚ certa freneſis pendeat a colera ſeparata a natura ſanguinis
ſequiƚ q̄ in tali nō cōpetit flobothomia: ⁊ ſic in omni ꝯpetit flo
bothomia. Secūda ꝯcluſio in freneſi qualibet vtplurimū cō
petit flobothomia. Prīo in ſanguinea nō eſt dubiū: i colerica
ēt q2 vtplurimū eſt admixta ſanguini ⁊ ſic per flōmiaz diuertiƚ
ne ſanguis fluat cū colera ad caput ⁊ ſic alleuiaƚ nā. Et hāc ſen
tētiaz Gētilis ſequunƚ oēs ſcribētes ⁊ Nicolus ⁊ Gerardus
⁊ alij iuniores videlz q̄ ſoluz vtplurimū cōuenit flōmia. Et ſm
hoc rñdēt ad motiua facta ante oppoſitū. Ad Auic. dicūt q̄ itel
ligit vtplurimū in oi: ⁊ idez ad Serap. ⁊ Alex. ad aliud in omni
ꝯpetit diuerſio ꝯcedūt nō diuerſio ꝑ flōmiaz: ſz ſufficit cū liga
turis ⁊ poſitōe peduz i aqua calida qñ ē colera ſine ſanguie. Ad
Meſ. dicūt veꝝ eē in oibus ſpēbus eius ſanguiee. Ad aliud in
ꝯcuſſione nō peccāte ſanguie ⁊c̄. Rñdet Gētilis ꝯcedēdo cōez
vſuz practicātiū: ⁊ cū arguiƚ: ergo ſilr̄ in freneſi dicit negaƚ ſi/
militudo: q2 dicit ipſe cōcuſſio diciƚ eſſe corporis vel cutis: ſed
freneſis diciƚ eē cerebri vel pāniculoꝝ eius apa. Dicit tñ ipſe cō
cedēdo q̄ ēt i freneſi colerica ſeparata a nā ſanguis vbi fiat a cā
primitiua videlz a ꝑcuſſione ꝯpetit flōmia. Sed cū reuerētia
oiuz iſtoꝝ ⁊ cōis talis determinatiōis aliter credo eē dicēdum
inherēdo auctoritatibꝰ illuſtriū auctoꝝ vt. ſ. q̄ in oi freneſi cō/
petit flōmia niſi forte ſit accidēs qd̄ ꝓhibeat de virtute vel eta/
te. Et vltimū motiuū vr̄ maxie ſtringēs: ⁊ rñſio data ꝑ Gētilē
nō ſufficere videƚ. Nā ſi in ꝯcuſſione facta ſm caput competit
flōmia: etiā in freneſi colerica a cauſa primitiua cōpetit flobo/
thomia ne ꝓpter dolorē trahaƚ mā ad caput. Cū ergo q̄3to mā
colerica fuerit magis pura tāto ſunt accidētia ſeniora de dolo/
re inquietudine vigilijs ⁊ ſimilibꝰ. Cū ergo ad dolorē maxie tra
hatur mā: ſequiƚ q̄ i tali apate ſtāte maximo dolore multo ma/
iore q̄3 cū ſit ꝑcuſſio cutis ad ꝯſeruandū a fluxu māe ad locum
apatis ne augeaƚ tale apa: maxime timoroſuz ꝓpriſſime ꝑ flo/
bothomiā dz fieri diuerſio: ⁊ ad iſtū ſenſū poſuit Gal. cañ. cir
ca hoc

ca hoc in libro suo de flobothomia distinctiōe p̄ia caplo 4° cū
dixit: nō solū aūt multitudine existēte vel ea que apud virtu/
tem .i. repletiōe quo ad virtutē vel ea que ſm vocatā euchimiā
i. repletōe quo ad vasa flobothomia magne .i. notabilr ꝓdest ſʒ
⁊ si nō multitudine exn̄te icipiēte flōne vel ꝓpter ꝑcussionē vel
dolorē vel imbecillitatē particularū sup. ꝯuenit flobothomia: ⁊
declarat dicēs: dolor eiʒ ad seipʒ euellit sanguinē ⁊ plerūqʒ im
becillitas ꝑticularū opat̄ flōnē ⁊c̄. Ex hoc ergo textu colligit̄
expresse ꝙ incipiēte flōne vel ꝙ existēte vehemēti dolore etiā
nō incipiēte flōne vel stāte imbecilli aliqua ꝑticula nō impediē/
tibus aliquib⁹ fortib⁹ flobothomiā ꝙ ꝯpetit flobothomia: ⁊ q̄
in casu nr̄o est ꝑicipiū apatis: ⁊ ē vehemētissimus dolor ꝓpter
membrū neruosum apatū a mā acutissima: ⁊ est ꝑticula nāliter
ībecillis sequit̄ ꝙ ī hoc casu potissime ꝯpetit flobothomia p̄ser
uatiua a futuro lapsu. ⁊ idem voluit Rabimoises in 2ª ꝑticula
suorū affo. dicit: ⁊ si egritudo fuerit fortis quicūqʒ exercuerit ar
tem medicine nō dʒ ꝓhibere extractionē sanguis. ⁊ addit: for/
tius etiā si signa replōnis nō ostēdāt: ſʒ tm̄ oñdaut fortitudinē
⁊ difficultatē morbi: ē ēt ꝓ hoc snīa Hypo. 4° regis acu. textu
ꝯmēti .xix. dixit: acutas aūt passiōes flōmabis si fortis apparet
egritudo .i. passiōes factas de mā calida ad quas sequunt̄ acci/
dentia vehemētia flobothomabis. Sʒ addit ⁊ qui habuerit iu/
uenescāt ⁊ robur adderit eis ⁊ loquut⁹ est indistīcte. Cū ergo ī
casu nr̄o morbus sit de mā acuta ⁊ ad eū sequant̄ accidētia ve/
hemētissima ꝯstante virtute ⁊ etate vt supponit̄ cōuenit flobo/
thomia. ⁊ ēt voluit Cōmētator Gal. ī ꝯmento eodē maxime vt
ipse dicebat in libro de flobothomia allegata distinctiōe caplo
5° prime aūt sunt ⁊ p̄cipalissime intentiōes flobothomie ma/
gnitudo egritudinis ⁊ robur laborātis. ⁊ ꝓ tāto Gal. 13° tera/
pentice loquens de flone cerebri ꝙ est calidum. loquit̄ etiā in/
fra de litargia ꝙ est frigidū dixit de his simul loquēs. Flobo/
thomādum ē igit̄ in talibus passiōib⁹ ſm principia ꝯfestim for/
ti quidē existēte ī tantum virtute vt ferat intristāter flobotho/
miā .i. vt tollerare possit flobothomiā quasi videat̄ īnuere non
eē necessariā oīmodā fortitudinē virtutis ſʒ sufficiētē ad tolle/
rādū. Si ergo ī flātica laudat flōmiā ſepato flāte a nā sanguis
ī q̄ ē maior timor ꝺ flōmia q̄ʒ ī colerica hoc facit ad p̄seruatiōeʒ
augmēti apatis: ergo multo magis ⁊ in colerica ꝯueniet ne mā
ꝯuertat̄ in sursum. Et ꝙ hec fuerit p̄icipalis intentio. A. pʒ ex
serie textus sui vbi expresse p̄io in principio capituli dixit: Cō/
munis quidē ⁊c̄. vn̄ declarās ꝙ tres sunt spēs frenesis vere vt
sanguinea vel colera citrina vel rubea pura ⁊ colera adusta vo
luit ī qualibet frenesi fieri flobothomiā: ſʒ vidēs rē esse dubiā
neqʒ in colera pura: maxime dixit aliquātula. nā quāto magis
elongat̄ mā frenesis a nā sanguinis siue sit colera pura siue citri
na siue adusta tāto frenesis ē magis pura. Preterea infra vbi
laudat localia applicāda capiti ī frenesi: maxime acuta ꝑꝑ som/
nū inducendū vt ī colerica dixit ⁊ administra ꝙ si sicut sirupus
de papauere: ⁊ fac emplm̄ ei⁹ capiti ex lactuca ⁊ pota cū semine
papaueris albi in aqua or. hec oīa vt pʒ exhibent̄ ad infrigida/
tionē ⁊ ꝓhibitionē fluxus ⁊ sic ad somnū inducēdū: maxime ī
colerica: ⁊ postea ꝯtinuādo dicit textus: verū tamē recti⁹ est vt
expellas ꝑ flobothomiā. s. dicta nocumēta. s. calefactiōis ⁊ fluē
tis māe ⁊ vigiliarū: ⁊ sic voluit flobothomia ꝯuenire nō ad eua/
cuādum mām: sed ad intētiones dictas. Preterea dixit paulo
post fiat id in principio duob⁹ aut tribus dieb⁹. nā tunc maxie
ꝯuenit ꝓhibitio fluxus. Preterea versus fineʒ capituli dixit:
⁊ coleric⁹ cū flobothomat̄ nō ꝯsequat̄ ꝓpinquitateʒ sincopis:
ſʒ flobothomet̄ cū flobothomia bona .i. moderata cū cautela ī/
de habita .i. habita sola intētione ad ꝓhibitionē fluxus vel īfri/
gidationē ⁊ nō ad eūonē sicut ī saguīea: ⁊ ē quasi snīa p̄ie ꝑtis
capituli. Et postea addit: deinde solōne eūetur ⁊ sic p̄ponit flo/
bothomiā ad solutionē. Et ꝓ tanto īnuit intelligēdū ꝺ flōmia
p̄seruatiua a fluxu māe ⁊ nō de eūatiua in colerica: qn̄ ī euando
in colerica de mā ꝯiūcta. Cañ. ē ꝙ prius soluat̄ solōne leui de/
inde eūetur per flōmiā ꝓpter rōnē satis clarā. Nā añ dixerat
colericū eim indiget in sui cura. s. ad cūandum mām eductione
colere cū solutōe plurima ⁊ flōmia minore nō intelligat̄ ꝙ solō
dʒ eē fortis sed plurima .i. intētōe plurima hita ad solōnē cum
medicina leui mūdificāte colerā ⁊ modica ītētōe ī flōmia ī eua/
cuādo mām colericā cū sanguine ꝑ flōmiā. In intētōe ergo p̄/
seruatiua a fluxu ⁊ in principio flōmia p̄ponēda ē. Sed in intē/
tione cūatiua ī colerica p̄ponit̄ solutio appropriate leuis. Et cō
sequēter flōmia si expedit vt eūata colera ꝙ remanet de coleri
ca cū sanguine sit minus elongatū a nā sanguinis: ⁊ sic ꝯueniē
tius per flōmiā possit educi. Et ita pʒ de mēte Auic. ꝙ ī princi/
pio in qualʒ frenesi si nō fuerit forte accidens ꝙ ꝓhibeat debʒ
fieri flōmia: imo ēt añ clistere ꝓpter maximā indigētiā ꝓhibi/
tōis apatis. ⁊ tunc dixit textus: Et postq̄ʒ flōmaueris tūc oʒ vt
ipsū clisterizes clisteri valde leui ⁊c̄. Fuit ergo mēs sua ꝙ in om
ni frenesi vt dictū ē fiat flōmia. Nam in sanguinea ponit ꝓ cō
stanti ꝙ fiat flobothomia. In colerica dicit: fiat flōmia modica
ita ꝙ firma est mens Auic. ꝙ in omni frenesi fiat flobothomia:
ideo a principio constante virtute in omni frenesi vera dʒ fieri
flōmia: ⁊ sic dʒ pro regula obseruari ſʒ cū artificio: q̄ in sangui
nea dʒ fieri flōmia copiosa. sed si sit colerica fiat diuersiua mi/
nuta. Et in hoc vident̄ oēs ꝯsentire illustres medici vt supra al
legatū ē. Et dicebat ēt ꝓ hoc Auēzoar: Frenesis est apa pāni/
culi subtilis velātis cerebrū cui si in p̄icipio prime sue genera/
tōis flōmetur ⁊c̄. possibile est ꝑ eā liberari a morte: quasi īnuat
necessariissimā eē flōmiā a p̄icipio. Et postea addidit clari⁹ in
fine capituli de frenesi dicēs: Cuiuscūqʒ nāe fuerit apa ⁊ cuius/

cūqʒ ꝯplōnis fuerit patiēs erit periculosa ⁊ in plurib⁹ dispōni/
bus significantia mortē. Et addit: Sʒ his oībus flōmia ē cura
cōis ⁊ dieta subtilissima vltime ⁊c̄. Et in tm̄ sperauit in flōmia:
aliā quasi curā nō posuerit nisi dictā. Sʒ vt soluant̄ motiua
añ oppositū ē intelligēdū ꝓ vno euidētiali necessario in ista mā
ꝙ medici ⁊ auctores vtunt̄ aliqñ flōmia ad diuersas intētōes.
Nam aliqñ ea vtunt̄ ad preuisionē vel p̄seruationē non adhuc
corpore egro existēte ſʒ ad preuisionē ne cadat in egritudinē vt
volebat. d. Auic. quarta primi ī ca° de flōmia in principio cum
dixit: Nemo quidē ē flōmādus nisi vnus duorū. Unus eorū ē
egritudinibus preparatus: qui cū ipsi⁹ sanguis multiplicat⁹ fue
rit cadet ī eas alter ē ⁊c̄. Et ita voluit ante casū in egritudines
ad preseruādū fieri flōmiā vt de parato cadere ī rupturā vene
pectoris vel in alijs casibus ab eo narratis. Et talis flōmia cum
ē fienda non expectat multiplicationē sanguis in toto: imo ne/
qʒ in particulari mēbro vt pʒ ēt aliqñ fit flōmia cūatiua. Et hec
est duplex: aliqñ minoratiua aliqñ eradicatiua. Et hec ē eūo que
debet̄ sanguini principalr vel alteri humori peccāti cū sanguie
ſm diuersas circūstantias auctorū. Aliqñ fit flōmia tentatiua
ad tētandū si sanguis dicat̄ eē adustus vel nō adustus vel cor/
ruptus multū vel nō sicut fit in leprosis extrahunt̄. ℥. ij. sangui
nis vt ꝯprehēdat̄ malitia eius: ⁊ ita ī multis alijs cāibus aliquo
tiēs necessariū ē fieri. Et aliqñ fit flōmia ad infrigidādū vt di/
ctū ē supra in caplo sode. Nā sicut eūo humorū frigidorū cale/
facit ita eūo sanguis infrigidat. Et hac flōmia sepe vtunt̄ medi
ci ēt quādo nō ē indigētia eūonis māe ꝓpter multitudinē: ⁊ nō
dʒ dici flōmia talis eūatiua ⁊ si fuerit multū iuuās. Et ꝓ tāto
quidā male ītelligentes medici cū nō vident vrinas grossas ⁊
rubeas nequāq̄ʒ volunt flōmare ēt hac flōmia eūatiua. Et ego
aliqñ fui in litigio de hoc cū vno nō multū ītelligēte: ſʒ satis fa/
moso medico terdone vbi in fe. cōclusa ꝯtinua ⁊ ī corpore forti
q̄ vrine erant satis tenues nolebant cōsentire aliquo mō ad flo/
bothomiā: pur tandē facta ē ⁊ fundabat̄ super vno textu cōi in
p̄ª quarti de curatōe vniuersali fe. putridarū cū dixit text⁹: Et
oʒ vt obserues in oībus dispōnem virtutis: ꝙ si fuerit fortis ⁊
fuerit id quod vincit sanguis aut fuerit cum humore q vincit
sanguis tunc flobothomia ē magis ꝯueniens res ⁊ ꝓprie cum
vrina est rubea grossa non eit. ⁊ ignea ex qua timeat̄ apud flo/
bothomiā victoria colere ⁊ acuitas ei⁹. Nā pʒ ꝙ loq̄bat̄ text⁹
de flōmia eūatiua que aliqñ fiēda ē eradicatiua: īmo aliqñ vsqʒ
ad sincopiʒ vt voluit Gal. 9° terapētice caplo 3°: ⁊ ū de flōmia
euētatiua ⁊ īfridatiua que aliquotiēs fiēda est ēt in causone ⁊ ex
cā colerica: ſʒ moderata ⁊ pauca ad solā ītentionē īfridatiōis ⁊
ꝓpter timorē ebullitōis. Nā talis flōmia ⁊ si sit multū iuuans
aliquotiēs: nō tū est res magis ꝯueniēs in cura. s. de oībus īge/
nijs applicādis in peccāte sola colera: qm̄ in colera magis ē īdi/
gētia extinctōis cū positiue īfrigidātib⁹ q̄ʒ sit īdigētia solutōis
⁊ resolutōis ⁊ in sanguine ecōtra: vt est snīa 3ª quarti de herisi/
pila: ⁊ ēt Auic. in caplo nr̄o de frenesi. Et ideo verū est qꝺ dice/
bat Auic. in textu allegato ꝑ partē aduersaʒ ꝙ cū vincēs fuerit
sanguis ⁊c̄. ꝙ tunc flōmia ē res magis ꝯueniēs ⁊ maxie cū vri/
na fuerit rubea grossa: nō negat tm̄ ꝙ appente vrina tenui ⁊ sub
tili ⁊ in mā colerica pura peccāte ad ītētionē īfrigidatōis ēt flo/
bothomia leuis nō ꝯueniat. Sʒ non ē res magis ꝯueniēs ad cu
rāduʒ .i. res magis iuuās in curādo in tali casu: īmo infrigidā/
tia ⁊ equātia mām ⁊ leuiter educētia magis iuuāt in tali casu: ⁊
tm̄ illa flōmia īfridatiua ēt iuuat: neqʒ erit timor de ebullitōe co
lere si parca ⁊ moderata fiat vt duarū vel triuʒ. ℥. Et bū notate
istuʒ modū declarādi textū istuʒ qui nō ītelligit̄ a medicis ru/
ralib⁹ ⁊ ꝓpter cū non volūt ꝯsentire doctis medicis de talibus
fiēdis flōmijs ad alias intētiones q̄ʒ ad eūanduʒ māʒ: ad quas
tū flōmias ꝯsentiūt: īmo iubēt auctores fieri vt visuʒ ē supra in
diuersis locis auctorū. Ad ꝓpositū ergo reducēdo dico ꝙ ici
piēte apate frenetico ad p̄seruatōeʒ ⁊ preuisionē ne augeat̄ apa
ēt in apate pure colerico ī toto separato a nā sanguis. Si possi/
bile foret ꝯstante virtute ⁊ etate ꝯpetit flōmia ne fluat mā ad ca/
put ꝓpter dolorē ⁊ ībecillitatē partis lese ⁊ augeat̄ apa. Et ta/
lis operatio dicit̄ p̄seruatiua: qm̄ in apate fiente cui⁹ aliqua ꝑs
facta ⁊ aliqua futura ē respectu future fieri operatio medici re/
cta appellat̄ p̄seruatio vt colligit̄ 3° tegni. Un̄ respectu illi⁹ fu/
ture fieri ꝯuenit diuersio ⁊ ꝓhibitio fluxus. Et qm̄ vt dicebat
Gal. in quīto de igenio sanitatis ca° 5°. Fluxus aūt māe cessat
aut veniēte sincopi aut cuʒ mā ad opposita loca extrahit̄ aut cū
de vno loco ad aliū mutat̄ aut cuʒ totū corpus īfrigidat: q̄ tres
vltime intētōes ꝯueniētissime ꝯplent̄ per flōmiaʒ. Si ergo pre/
seruatio est ꝯueniēs: īmo quasi necessaria. Sequit̄ ꝙ flōmia in
casu dicto ē necessaria maxie cuʒ ꝯuertat ad oppositū ⁊ non est
hec flobothomia ad euacuationē materie: que si euacuaret̄ per
flobothomiā posset eē timor de eo qꝺ dictū est de ebullitōe co/
lere peccātis vt erat snīa supra allegata ad partē ante oppositā
Gal. 4° de regimine sanitatis: sed talis nō est ad eūoneʒ vt di/
ctū est. Unde talis flōmia nō eūat aliquid de mā apatis: sed tm̄
ad preseruationē ad fluentē materiā de qua dicebat Gal. q̄rto
de ingenio caplo 9°: Si eīm mā adhuc fluat mutet̄ ad opposita
loca. Nā si vulnus ē in superioribus vēter inferius cū solōne
purget̄. Et dixerat ante in eodē caplo ⁊ ē bon⁹ textus. Dico er
go nō debere dari licentiā infirmis sumēdi vomitiuū vel catar
ticuʒ vt solū humores purgent̄ ſʒ vt mām a superioribus infe/
rius ⁊ ab inferi⁹ ad superius mutem⁹. Si ergo ꝯsentiūt hoc in
alijs humorib⁹ educēdis per vomitū vel secessuʒ nō ad eūonem
principalr humorū ſʒ ad diuersionē ⁊ ꝓhibitōem fluxus cū vo
mitu vel medicia secessiua multo magis ⁊ cū flōmia. Et ſʒ hec

fundamēta imediate soluit̄ ad ea que obijciebant̄ ante opposi/
tum. Primo ad auctoritates coꝝ qui dicebāt in sanguinea
fiendā eē flobothomiā ⁊ ī colerica: nullā de hac fecerunt men/
tionē dicat̄ ꝯcedendo mentē coꝝ qm̄ īnuebat in sanguinea eē
fiendā flobothomiā: nō tm̄ diuersiuā vel p̄seruatiuā: sꝫ ēt' eua
cuatiuā vbi ī colerica sꝑata a nā sanguis sola sufficit flobotho
mia p̄seruatiua ⁊ nō ē fiēda eūatiua: ⁊ sic nō nisi ꝑ venas diuer
siuas ⁊ nō īmediatā habētes colligātiā cū pāniculis: tunc ē fi/
enda flobothomia: ⁊ iō nō fecerūt mentionē de fienda flobotho
mia in colerica supponētes illā diuersiuaꝫ vel p̄seruatiuā fieri
debere ex gnālibus cañ. auctoꝝ supra positis: ⁊ per idē funda/
mentū soluit̄ ad scdaꝫ difficultatē cū dicit̄ ꝙ ꝑ flobothomiaꝫ
colera peccans fit magis rebellis virtuti: hoc veꝝ est vbi fieret
euacuatio de mā ꝯiuncta ꝑ flobothomiaꝫ: ⁊ sic vbi fieret flobo/
thomia eūatiua de qua nō est sermo sꝫ tm̄ p̄seruatiua ꝑ quaꝫ
nihil eūatur de mā apatis: ⁊ sic nō est verū ꝙ per talē flobotho
miam mā peccās depraue͞t vt pꝫ: ⁊ ignorātia hui⁹ distinctiōis
de flobothomijs fecit illos sic stātes in baratro ignorātie: ⁊ scri
bentes etiā ducere nouellos medicos ad cōfusionē ī ope practi
co qm̄ quilibet dicere possꝫ ꝑtinaciter flobothomiā nō ꝯueni/
re in frenesi. nā ex quo accidētia frenesis sunt seuissima posset
quilibet dicere ꝙ mā peccās eēt colera sꝑata a nā sanguis ꝑꝑ
acuitatē nocumentoꝝ: ⁊ sic nō dberet̄ flobothomia ꝙ caderet
in maximā ꝑnicie egroꝝ: ⁊ ita sit declarata ista difficultas q̄
diligenter cōsideret̄ qm̄ vtiliter seruiet ad multa: ⁊ ad hūc sen/
suꝫ adducunt̄ verba Gerardi qui tamē erat in cōi errore cū di
xit ꝙ flobothomia nō cōuenit ꝑ se neqꝫ directe in oī frenesi: q:
nō in tali colerica ꝑ se q: flobothomia eūat sanguinē neqꝫ dire
cte sed idirecte q: per diuersionē. nā quāuis sit mā colerica pu
ra: tamē ꝓpter dolorē maximū sanguis ꝯuerti͞t ad suꝑiora nec
ita ꝯueniunt fricatiōes fortes q: faciunt ad ebullitionē. Cōse
quenter dubita͞t circa flobothomiā fiendā ī sanguinea si aliqñ
ē fienda vsqꝫ ad sincopim ītelligendo de euacuatiua: q: Halie/
bas laudat ꝙ fiat vsqꝫ ad sincopiꝫ: rñdet Gētilis glosando ver
ba Aui. q vī ꝓhibere ꝙ si corp⁹ ceciderit ī sincopim vel sit aptū
cadere de ꝓxio ī sincopiꝫ nō fiat: sꝫ istis nō stātib⁹ dixit ꝙ tūc
fiat flomia vsqꝫ ad sincopiꝫ cū ē necessitas ad eā sꝫ ꝑ q̄dā signa
dclarauit. A. ꝙ corp⁹ ē ī dispōe ꝓxia ad sincopiꝫ vt. s. pulsus fi
at tremulus ⁊ diuersus absqꝫ ordīe vel cum ordine sicut cauda
sorcina. nā tūc signū ē ꝙ est aptū cadere ī sincopiꝫ: sꝫ cū bona
pace hec determiatio sua nō est tenēda nec est ad mentē. A. nā
A. expresse voluit nūquā corp⁹ freneticū debere flobothoma/
ri vsqꝫ ad sincopim: nō tm̄ vsqꝫ ad sincopiꝫ: sꝫ nec vsqꝫ ad di/
spositionē ꝓximā sincopi: ⁊ si forte accedat̄ ad eā iubet ꝙ strin
gat̄ sanguis: īmo docet īgeniari ad hoc cognoscendū: qm̄ sepe
aꝑꝑet dispō incolumitatis in eis: ⁊ tm̄ sunt ꝓximi ad sincopim
ꝓpter loquacitatē eoꝝ ⁊ motus eoꝝ agitatiuos vident̄ fortes
⁊ tm̄ ꝓximi sunt ad cā: iō posuit signa de pulsu ad hoc cogno/
scendū ⁊ dixit: ⁊ retineat̄ sanguis cū sincopis adest ꝓpinqtas:
nō ergo verū est ꝙ cū corp⁹ nō est paratū cadere in sincopim:
ꝙ aliqñ fiat vsqꝫ ad sincopim. nā oꝫ ꝙ medicus semꝑ ꝯsideret
vt ꝯseruet virtutē: naꝫ fit in eis cōtinua magna virtutis disso
lutio: ⁊ ꝓpter vigilias ⁊ mot⁹ agitatiuos ⁊ fantasias multum
dissolnētes: ēt in eis ꝓpter seuitatē accidentiū ⁊ acuitatē mor/
bi est necessariū multū tenuiter dietare: vt supra dictū est. vñ
si fieret flobothomia vsqꝫ ad sincopiꝫ debilitata: prius etiā vir
tute essꝫ timor ꝓ talis sincopis nō eēt irreꝑabilis: etiā virt⁹ nō
posset resistere ꝯtinue euaporatiōi ⁊ oꝫ virtutē ꝯfortari cū cibo.
Ubi tm̄ cibus ꝓpter morbi acuitatē forte eēt ad nocumētū: pro
tāto Auic. ad hoc vt medicus eēt caut⁹ dedit in hoc documen
tū dicēs infra in caplo ampli⁹ cū flomat̄ si ē possibile nō perue
niat ad hoc. s. flomādo donec nō remaneat in corpore sanguis
quo ꝯfortet̄ nā. i. sit necessariū ꝯfortare nām ad resistēdū vapo/
ribus ⁊ defectui nutrimenti si fecerit hora id oportere ⁊c̄. Et in
hoc expressit sentētiā paulo ante dictā. Si ergo Aliabas dixit
eē aliqñ fiendā flomiā vsqꝫ ad sincopim intellexit exclusiue. Et
tū ēt in hoc fuit multū audax nisi eēt in corpore multū sanguifi/
eo iuuenili ⁊ occurreret medic⁹ ī pricipio principiāte morbi nō
succedēte frenesi ad alios morbos in virtute multū ꝯstante ⁊ cā
frenesis existēte sanguinea. Et qm̄ rarissime hec oia ꝯplicantur
tutior ē snīa Auic. vt nō tm̄ si ē possibile perducat̄ per flomiam
vsqꝫ ad sincopiꝫ exclusiue sed nec vsqꝫ ad dispōnem ꝓpinquaꝫ
sincopi in corpore tm̄ forti si humor peccās fuerit sanguis ⁊ mul
tus fiat flomia copiosa. Et explicabat in hoc Auenzo. vsqꝫ ad
libr̄. j. ⁊ tertiā eius: sed ego nō ad tātaꝫ auderē. Et si fuerit ali⁹
humor peccās nō multū permixt⁹ sanguini fiat flomia pauca: ⁊
dicebat Auic. aliquātula. Et si fuerit cū sanguine ꝑmixt⁹ fiat
flomia mediocris maior tm̄ ⁊ minor fm excessuꝫ sanguinis supra
aliū humorē vel ecōtra. Et hoc de venis manus magne vel sa/
phenaꝝ fm cañ. supra positos in caplo de soda. Cōsequēter
dicit Auic. facta flomia a vena brachij vel manus: deinde fiat
a vena frontis vt iuuat ꝙ facta flomia diuersiua a lōge regula/
riter fienda ē ⁊ diuersiua ⁊ eūatiua ꝑ venā ꝓximā. Ponit tm̄
tacite certos casus ꝑꝑ quos aliquotiēs eēt fiēda flomia d vena
frōtis nō p̄cedēte flomia d vena magꝫ cōi. Et ī hoc pōit ēt casū
exꝑssuꝫ ꝓpter necessitatē quē etiā posuit Rasis p° ꝯtinētis ca°
14°. ⁊ Serap. ca° ꝓprio de frenesi: ⁊ exꝑssissime ēt Alex. vt qñ
nō est possibile flomare venā manus ꝓpter īquietudineꝫ egri ⁊
ꝓpter timorē ne soluat ligaturā propter corruptionē imagina/
tōis eius: de cuius solutiōe eēt magn⁹ timor de eūone sanguis
per locū flobothomatū ꝓpter ebullitionē sanguis. Nā tūc lau/
dant ēt fieri flomiā vene frontis nō precedēte flomia alia ꝓpter
maximū iuuamentū qd expectat̄ ex flomia: ⁊ si fiat coacte vt in
plurib⁹ qm̄ regulr̄ eūatio ꝑticularis dꝫ sequi ad vlem vt supra
visuꝫ ē in soda. Tñ in hoc casu stāte maxia necessitate in flomia
cū non possit fieri fm manū vel brachiū: laudant ēt fieri coacte
de vena frontis. Sꝫ tunc cū est timor ne mā sursuꝫ ꝯuerta͞t cū
est fiēda flomia ī fronte: fiāt fricatōes eruriū ⁊ ligature ⁊ fortes
diuersiones ad ꝓhibēduꝫ euaporationē ⁊ motuꝫ mãe ī sursuꝫ.
Et si dicat̄ quō patient̄ frenetici fieri flomiā vene frontis q̄ nō
min⁹ artificialr̄ fit stringēdo colluꝫ ⁊c̄. sicut ēt man⁹. Dicat̄ cō
cesso qd eque difficile sit flomare venā frontis sicut ⁊ man⁹ cuꝫ
tm̄ sepe vena frontis in casu ē manifestior ꝓpter māꝫ ebullire cir
ca caput ⁊ ꝓpter assensuꝫ vapoꝝ ad ipm: tm̄ maior timor ē si sol
ueret̄ ligatura de flomia brachij q̄ꝫ de flomia vene frontis: q:
flomia brachij fit a vena ⁊ trūco notabili a quo flueret multū de
sanguine ⁊ non sic de fronte: tm̄ dico ꝙ tacite Auic. īnuebat ali/
qñ fiēdā eē flomiā vene frontis ⁊ ꝯueniēter non p̄cedēte flomia
in brachio ꝑ hoc qd dixit si virt⁹ ⁊ dispōes non ꝯsentiūt vt fiat
eius flomia vniuersalis ⁊ ex manib⁹ ei⁹ non ē tibi possibile hēre
⁊c̄. vt dicebat̄ paulo ante addit tunc flobothomia cū ī fronte: ⁊
sic videt̄ īnuere ꝙ aliqñ ꝓpter debilitatē erit necessaria flomia
frontis qñ non poterit fieri flomia man⁹: qm̄ ipsa magis debili/
tat vel ꝓpter dispōnes sup. alias: ⁊ sunt casus spālcs. Un⁹ est
vbi mā eēt ꝯgesta in capite ꝑ paulatinā ꝯgestionē ⁊ mēbra infe/
riora eēnt auara: tunc ꝯpetit flobothomia man⁹. Scds casus ē
vbi iā eēt fluxa tota mā vbi medicus non occurrisset ī pricipio:
q: iaꝫ fluxit mā per. xiiij. horas vel ꝑ diem: ⁊ non videant̄ vene
mēbroꝝ tumefacte sꝫ fere exiccate: ⁊ videas venas frontis tu/
midas ⁊ oculos rubeos ⁊ similia: tūc fiat flobothomia in fronte
vel ēt ī naso. Nota tm̄ ꝙ vena frontis magis euacuat de ꝓ/
fundo cerebri quā diuertat. Tertius casus est vbi prius fuisset
febricus ⁊ esset facta flobothomia ⁊ postea esset factus freneti/
cus: tūc forte non ꝯpetit flobothomia man⁹ sed capitis: ⁊ ī hoc
multū valet estimatiua medici vtrū ꝯpetat flomia imediata vel
diuersio. De q̄ aūt vena sit primū fiēda flomia cū ē fiēda a ve
nis brachij vel saphenis me remitto ad ea q̄ dicta sūt supra de
soda: q: tm̄ oēs fere auctores laudāt flomiā cephalice ī casu: di/
co ꝙ hui⁹ cā ē q: corpora hui⁹ egritudīs sūt corpora maxie pa/
rata ad māꝫ colericā mixtā sanguini cū quibus non ꝯiungitur
replo sanguinea. Ideo nō videt̄ tāta indigētia diuersionis qn
sufficiat flomia a vena cephalica: q: cū hoc qd eūat a capite ēt
diuertit a capite. Et ad hoc maxie facit qm̄ ⁊ si in principio pri/
cipiante qñ ē intētio ad diuersionē magis faciat flomia basilice
vel vene cōis: q: tm̄ medic⁹ nō occurrit in pricipio principiante
sꝫ cū ē ꝓ parte fluxa mā. Ideo tunc incurrit duplex intētio: vt
que ē ad eūonem ⁊ ad diuersionē. Et hec vtraqꝫ perficit̄ cū ve/
na cephalica. Scdm tm̄ diuersitatē circūstantiaꝝ ⁊ estimatiuaꝫ
medici vbi arbitret̄ maiorē eē intētionē ad eūandum q̄ꝫ diuer/
tendū vel ecōtra oꝫ diuerso modo flomare ⁊ sit sic expeditū de
flomia. De eūone aūt per medicinas vel clisteria dicit Mes.
fiat eūo si expedit in colera cū medicinis lenitiuis eductiuis nō
transgrediētibus gradū lenitatis. Et Rasis idē voluit ⁊ simili/
ter Auic. verbigrā in diuisionib⁹ posuit solutiuū oī die: qd fit
ex decoctione prunoꝝ ⁊ tamarindoꝝ. Et dixit Auic. versus fi/
nem capituli ꝙ fiat potus ex soluētibus colerā ex lubricātibus
subtilib⁹. i. debilib⁹ predictis ⁊ purgantibus. i. modificantib⁹
sanguinē. Et addit: Et ibi inest vt ponas in eis fumū terre si sci
ueris ꝙ nā obediēs ē fm oēm dispositionē. Naꝫ de eo dicebat
Mesue solutionē facit facilē ⁊ educit colerā ⁊ hūores adustos ⁊
virtus eius extēdit̄ ad venas ⁊ mūdificat sanguinē ⁊ clarificat
ipsuꝫ ⁊c̄. Hui⁹ gñā sunt māna cassia pruna tamarindi viole se/
besten ⁊ similes medicine. Et ita oēs ꝯueniūt ꝙ sit medicina le
nitiua: verū ē dicit Auic. Etiā est snīa Rasis p° ꝯtinētis ꝙ ali/
quādo ꝓpter ꝯsuetudinē ⁊ inobediētiā nature in virtute forti
ad debiles medicinas oꝫ venire ad scamoneā. i. qñ ē vehemēs
necessitas ita ꝙ lenitiue medicine non sufficiūt ad eductionem
q: ꝯsueta ē nā ad medicinas fortes ⁊ eis non nocet̄ in isto casu
aliqñ audēt vsqꝫ ad scamoneā sꝫ in nā non sic assuefacta suffi/
ciūt medicine lenitiue: q: in his dispositionib⁹ ꝯiungit̄ febris.
Et semper ē agitatio ī humorib⁹ magna ⁊ ꝯmixtio ⁊ suꝑcalefa/
ctio humoruꝫ: ⁊ sic disponūtur humores ꝓpter ebullitionē ad
fluxuꝫ ad caput. Non ergo presumēdū supra medicinas labo/
riosas fiat ergo sic medicina. ℞. floꝝ violaꝝ nenuf. buglos. ⁊ fu
miterre: ⁊ maxie duꝫ ibi sit d mā adusta añ. ʒ. ij. ordei. ℥. j. pru
noꝝ numero. viij. sebesten. ʒ. ij. seminuꝫ endiuie. ℥. s. ⁊ seminū
cōmuniū frigidoꝝ maioꝝ. ʒ. vj. decoquant̄ ī debita decoctio/
ne ponēdo flores in fine decoctionis. Et postea sumant̄. ℥. iiij.
vel. vj. dicte decoctionis ⁊ collate ī quib⁹ dissoluant̄ tamarin/
doꝝ. ℥. s. cassie nouiter extracte. ℥. j. ⁊ erit sufficiēs potio. Uel
loco cassiefist. ponant̄. ℥. ij. māne ⁊ erit magis delectabilis ⁊
suauis. Uel ꝓ pauperib⁹ loco cassiefi. ⁊ māne dec̄. ℥. j. diapru
nis non solutiui. Et vbi corpus eēt magis robustū addat̄. ℥. s.
succi ros. vel. ʒ. j. electuarij de psilio vel d diamāna. Et vbi mā
eēt magis mixta cū flegmate potest addi parū mellis violati vt
īfra. ℞. mellis violati cassie nouiter extracte ⁊ māne añ. ℥. s. vel
ʒ. v. cū aqua ordei fiat potio. Non īconuenit ēt dare de reu
barbaro ī mā mixta flegmati. Nā educit coleram sine molestia
cū flegmate vt infundere. ʒ. ij. reubarbari ī decoctione dicta: ⁊
facta collatura post. x. horas addat̄ cassie vel māne vt dictū ē.
Sed minorādo quātitatē coꝝ tm̄ reubarbaꝝ sua caliditate ē ma
gis suspectū. Ista prima eūatiua ꝯueniūt ⁊ ī sanguinea ⁊ ī cole
rica facta eūone prius per flobothomiā saltē diuersiuā. Nā ēt
sanguis per ebullitionē conuertit̄ ad igneū ⁊ colericū: ⁊ sic fa/
cit

cit necessariā euonē p solutiuū. Et nota ꝙ ista q̄ dcā sūt ꝯue
niūt ī corꝑe mediocris dispōnis ⁊ ex ꝑte etatis ⁊ alioꝝ. Si aūt
corpꝰ eēt puerile vel eēt debile non eēt fiēda flōmia: ſz tūc loco
flōmie eēnt ponēde vētose ī mēbris deorsū sine sacrificatōe aut
fiāt vētose cū scarificatōe ī occiputio. Sz si sil' intēdamꝰ diuer/
sioni ⁊ euoni super naribꝰ ⁊ cruribꝰ. Sz vbi sit itētio ad euonē
solā in sanguineo. Et post diuersionē solā ⁊ euonē ponātur vē/
tose cū sacrificatōe in parte anteriore capitis vel sanguisuge in
fronte vel ī venis nariū: vel facere ꝓuocationē sanguinis nari/
um cum aliquo pungēte vt cū setis porcoꝝ: etiā pnt fieri scarifi
cationes in cartilaginibꝰ aurium ad diuersionē ⁊ aliqualē eua/
cuationē: sequit nūc de diuersiōe ꝓsequi. Ad hanc ergo intē/
tionē dimissa diuersiōe de flobothomia de qua dictū ē: videa/
tur primo de igenijs diuersionis. s. cū quibꝰ sit fiēda diuersio.
scdo de mō ⁊ tꝑe oblatiōis earū. Preter ergo flobothomiā di
uersio pōt fieri multiplr: aliqn enī cū vomitu: aliqn cū clisteri/
is cū fricaturis cū ventosis cū ligatōibus ⁊ ꝓuocatiōe emoroi
darum vel mēstruoꝝ. De vomitu in diuersionibꝰ in casu isto nō
faciūt cōiter mentionē auctores. nā in apate frenetico semꝑ vo
mitus laboriosus ē nociuꝰ ꝓpter multā agitationē: ſz si infirmꝰ
icitaret a nā ad vomitū: tūc iuuare illū cū pēna leuiter nō ē ma
lum. nā vomitꝰ laboriosus ꝯmouet māz vt sursum fluāt: nūquā
ergo cōuenit in frenesi nisi vbi nocumentū sit ꝑendēs aliqualr
a nocumēto stomaci de quo dixit. A. ⁊ multotiēs accidit eis vo
mitus ⁊ iuuāt eo. s. cū aliqua mā ī stomacho existēs sursum eua
porat: ⁊ tūc pōt iuuari cū leui vomitiuo: vt dixit. A. exhibendo
aquā ꝑmixtā. s. tepidā cū oleo frido. s. virtualr tali vt cum oleo
violato. In apate ergo cerebri vel in pāniculis nullo mō cōue/
nit nō cōcurrente mā ī stomacho: ⁊ tn̄ nullo mō fiat laboriosus.
De clisterijs dixit. A. sit clistere valde leue facta priꝰ flobotho/
mia ⁊ eiꝰ ꝯpositio ē cū aqua or. cū oleo tm̄ vel aqua tm̄. Et Me
sue dicit: sint in pura lenitate nec trāscēdat gradū lenitatis: vt
etiā dicit. A. vt addēdo violas iuiubas in decoctiōe. Sz hic
dubitat vtrū clisteria ꝯueniētia possint esse acuta: ꝙ sic argui/
tur. nā ꝯueniūt aliqn medicie acute ergo a fortiori clisteria assū
ptum patet ex supradictis de scamonea. Confirmatur ī aposte/
mate epatis laudat Gal'. 12° terapētice clistere acutū: īmo cū ci
bis solutiua: ergo ml'tomagis ī frenesi cū clisteria acuta ꝑꝑ vici
nitatē ad ipz epar magis dbeāt ledē epar. Amplꝰ vt supra di/
ctū ē ī soda colerica ꝯcedit clistere acutū ergo ⁊ ī frenesi: dicat
ꝙ ī frenesi vera ītētōe habita ad diuersionē nūquā regulr ꝯue
nit clistere acutū: īmo forte nūꝙ aliqn ꝯuenit cum ī vera frenesi
coniungat febris valida: ⁊ stātibꝰ humoribꝰ in toto quibꝰ de/
betur diuersio in eis ꝓpter clistere acutū fit supinflātio ⁊ eua/
poratio maior ad caput: ⁊ sic sequitur magna lesio. neqz tn̄ fieri
pōt magnū iuuamentū de euando māni apatis ex capite ⁊ iu/
uamentū diuersionis vapoꝝ: īmo tale iuuamentū compleri po
test sufficiēter ꝑ clistere lenitiuū vt paulo post dicet: ⁊ hoc ꝯsi/
derantes auctores iubēt clistere eē lenitiuū. dico signāter ī fre/
nesi vera: qm̄ in frenesi non vera aliquotiēs ꝯpetit clistere acu/
tum ꝓm diuersitatē cāruz a quibꝰ fit. Ad argumentū rn̄det
negādo similitudinē nec illa scamonea cū offert est corꝑi medi
cina acuta: q: non exhibet nisi illi cuius ꝯsuetudo est non solui
a medicis lenitiuis ⁊ non laboriose solui a scamonea. Dico 2°
etiā negando similitudinē qm̄ per talē medicinā potest sequi iu
uamentū de euando māni apatis qn̄ ꝑ alias non potest euari.
non sic est de clisteri acuto qm̄ ꝑ illud non ꝓpterea ꝓueniet ad
euandum māz apatis ⁊ sequētur nocumēta calefactionis ⁊ ebul
litionis humoꝝ ⁊c. ⁊ ex hoc nota ꝙ medici aliqn audēt sup me-
dicinam fortē solutiuā ī necessitate: ⁊ tn̄ nō audent sup clistere
forte ⁊ acutū. Ad scdm silr dico negādo ꝯntiā. nā lz ī apate
epatis aliqn conuenire possint clisteria acuta cum mā est grossa
cāns apa: ⁊ iam ī totū fluxa mā qn̄ est indigētia euationis qm̄ ī
virtute clisteris potest euari dicta mā: non tn̄ sequit ꝙ equalr
iuuare possit in apate cerebri vel pāniculoꝝ eius: etiā non tāta
est inflāmatio ⁊ dolor ex apate epatis sicut ex frenesi: vn̄ clistere
acutū est magis aptū nocere ī frenesi q̄z in apate epatis: ⁊ ē ap
tum minꝰ iuuare in frenesi vt pz. Ad vltimū dicat silr negā
do consequētiā. nā in soda colerica non necessario coniungit fe
bris intēsa neqz tātus timor: sequit etiā si fiat ebullitio in hu/
moribus in soda colerica sicut in frenesi vera: ideo argumentū
non valet: conuenit in soda ergo ⁊ in frenesi: ſz de modo appli/
cationis dicit Ger. ꝙ in mā sanguinea conueniunt stiptica. i.
minus lenitiua: in colerica conueniūt lenitiua magis: vt in cole
rica fiat vt īfra. ℞. lauctucaꝝ dul. M. j. or. ℥. j. s. mal. viol'. mer
curialis bletis an̄. M. j. s. decoquant leni decoctione: ⁊ de de/
coctione sumat lib. j. s. facta colatura ī aqua adat cassiefist. de
zucca°. ℥. i. s. vel. ℥. ij. ol'. viol'. ℥. ij. salis. ʒ. ij. misce. ⁊ si volue
ris facere fortiꝰ tn̄ nō trāscēdet gradū lenitatis. ℞. succi bletis
lib. j. s. ol'. viol'. ℥. ij. salis. ʒ. iij. ⁊ misce. In mā autem sanguinea
pōt poni plus de ordeo ⁊ modico rosaꝝ cum reliquis. Dicit hic
Gen. ꝙ tres sequūtur vtilitates ī his lenitiuis clisteribꝰ. Pri/
mo q: fit euatio materieꝝ fecaliū que solēt ī intestinis retineri
q: mā colica fert sursum. iccirco nā fit stiptica: q: materia cole/
rica que debz stimulare intestina ad secessum defert sursum ad
caput: ⁊ sic ēt retinent q: ꝓpter falsas imaginatiōes obliuiscūt
sepe egerere. 2m iuuamētū ē diuersio vapoꝝ caloꝝ qui eleuāt
ad caput. 3m iuuamētū ē equatio humoꝝ ⁊ male ꝯplōnis ī natu
ralibus existētis per talia frigida lenitiua. Alia diuersio fit cum
vētosis in natibꝰ vel pedibꝰ vbi sit ītentio maioris diuersionis
ascēdendo vsqz ad spatulas: ⁊ vbi sit ītētio minoris diuersionis
icipiat a spatulis descēdendo dicit Auic. ꝙ ista oīa fiāt de liga/

turis fricationibꝰ ⁊ vētosis ꝓprie ī dispōne descēsionis. Nico
lus triplr exponit hūc textū ī dispōne descēsionis. i. cum iā mor
bus est ī via descēsionis: q: iste ligature ⁊ similia laboriosa non
debēt poni stāibꝰ maximis accūtibus: ſz vbi aliqualis deꝑssio
acētiū iam sequuta fuerit ne agitatione facta ex talibꝰ diuersi/
uis fiat maior euaporatio: vel ita faciēdo vt fiat ꝯuersio descen/
siua hoc ē īcipiēdo a suꝑioribꝰ ⁊ descēdendo. fiāt ēt fricationes
ſz fiāt leues. Uel ī dispōne descēsionis. i. ꝙ brachia ⁊ cetera mē
bra sint deorsum tēdētia nō eleuata dicit quidā ⁊ bn̄ fiat fricatio
leuis ī palma manꝰ vel plāta pedis cū aq̄ ⁊ sale vel aceto ⁊ sale.
Nam talis etiā leuis fricatio cū acutis ⁊ stimulātibꝰ multum in
casu ꝓficit diuertendo: vn̄ dicebat Mes. in ca° de litargia siue
subeth de mēte filagri. stimulatiua corꝑis sunt de genere medi
cinaꝝ diuertētium ⁊ operant plusquā fricatio extremitatū ⁊ li/
gatio dolorosa ēt sunt ꝓprie qn̄ linimēta ⁊ cōfricatōes fiūt cum
rebꝰ acutis sicut est acetū squilliticū proprie ⁊ squilla ⁊ sinapis
cum aceto ⁊c. ſz leuiter fiāt. Nā fricatio laboriosa lenificādo ma
teriā facit ꝙ sursum ascēdant vapores ⁊ fit īflāmatio spūum ⁊ hu
moꝝ. Dicūt tn̄ aliqui hic ꝙ si fiat fricatio ī corpore an̄ flōmiā ⁊
ī corpore plectorico fiat leuis: ſz facta flōmia ⁊ euone pōt eē for/
tis. Hāc tn̄ sniam nō approbo: q: semꝑ fortis fricatio ꝑparat ad
nouū fluxū māe ad caput agitādo ⁊ ꝯmouēdo materias. De vē
tosis dicūt practici ꝙ vētose diuertētes debent eē extremales
vt supra calcaneū ⁊ ī plāta pedis ⁊ sub poplice cū hoc multū lau
dat. nā dicūt ꝙ valde diuertit a suꝑioribꝰ: ⁊ hoc q: ad illum lo/
cum ꝑuenit vna vena grossa ad quā forte multe colligātiam hūt:
īmo sine forte q: mediatōem hz cum vena chilis: deīde ad coxas
versus ꝑtem domesticā: ⁊ hoc qn̄ fiunt sine scarificatōe. Sz qn̄
fiūt cum scarificatōe debēt prius poni deorsum versus nates vt
dictū ē ⁊ postea sup spatulas. Dicūt tn̄ aliqui ꝙ prius debemꝰ
icipe a spatulis descēdendo qn̄ sunt ponēde sine scarificatōe: ſz
cū scarificatōe forte oppositū. Sz credo siue cū scarificatōe siue
sine qn̄ fiunt ꝓpter diuersionē īcipiēdum sit a mēbris deorsum
tenēdo supra: ſz vbi sit ītentio ⁊ diuersionis ⁊ euonis īcipiat sur
sum tēdendo deorsum. De mēstruis ⁊ emoroidibꝰ in paratis ad
has diuersiones fiat cū his q̄ ꝓuocāt mēstrua ⁊ emoroides: ſz
de hoc alibi dicet. Expedita ītentōe euonis ⁊ subtractionis
māe fiēdus est sermo de reꝑcussiuis ꝯūter ⁊ alijs localibꝰ ꝓm di
uersa tꝑa apatis: de quibꝰ reꝑcussiuis p° dicit Gal. 13° terapē
tice distictione 3a caplo 7°. Nā postq̄z posuit necessariā flōmiā
ī apatibꝰ talibꝰ ēt ī litargia cū dixit versus finē capli: Igit hoc
qdē cōe vtiqz egritudibꝰ q̄cūqz cum cataforata mētis ⁊ q̄cūqz cū
vigilijs fiūt. Addit: ꝯuenit ēt offerre ꝓz prinm oxorodinū. i. oleū
ro. cū aceto. Addit: expellere eiz oz a capite hūores quicūqz fue
rint ⁊c. Hāc sniam posuit Alex. cum dixit: Post sanguis aūt de
tractionē localia adhibebis adiutoria ī primis oxorodinū capiti
infundes vt rursus ꝯ ascēdētes humorū vapores roborari pos
sit cerebrū ⁊ totū caput: ⁊ vt ipsum nō calidū extīs amplꝰ trahat
ad se humorē: ⁊ ꝓpter hoc magis repleat ⁊c. Aquam ēt ro. ad/
dunt aliqui ad stipticitatē ⁊ ꝯfortationē. Opz enim a principio ex
pellere quēcūqz humorē ad caput fluentē itelligat factis prece
dētibus euonibus ⁊ diuersionibꝰ. Auic. ēt vult idē in caplo ꝓ/
prio. Sz Auic. ⁊ cōiter reliqui volunt ꝙ opz taliter frigida esse
ēt ꝓm actum vt infrigidētur in niue vel ī puteo ⁊ marie vbi est
verissima frenesis colerica. Quidā tn̄ dicūt ꝙ talia ponantur
actu tepida: q: cerebrū ⁊ pāniculi cū apantur multū ledunt ab
actu frigido: q: tale obstruit poros ⁊ ⁊ ꝓhibet exalationem māe
⁊ multotiēs fit a pāniculis ad cerebrū repulsio. Circa hoc ē ne/
cessaria bona medici estimatiua. Nā ī corpore iuuenili ⁊ robu/
sto ⁊ vbi sit manifesta ⁊ vehemēs caliditas circa caput nulli du
biū ꝙ opz ista applicare: nō tm̄ virtute frigida sed ēt actu frigi/
da. Sed vbi corpus sit mediocris vel debilis hītudinis ⁊ rare
vel corpus puerile vel senile ⁊ nō sit tāta suꝑiflāmatio ⁊ cōmo
tio: tūc tutiꝰ ē applicare remisse frigida ⁊ formalr ⁊ ī gradu vir/
tuali vt nō trāscēdāt ꝓz gradū in infrigidādo vt dixit Auēzo.
Unde ī hac intētōe ipse Auēzo. nullo pacto vult ꝙ sint frigida
vltra scdz lz aduertat formalē friditatē: q: cerebrū ē multū pas/
sibile a frigido. Alij dicūt ꝙ si tale applicādū extrinsecus sit
substātie subtilis tūc ꝯuenit applicare ipsum cū frigiditate for/
mali. Et ideo vbi intrat acetū potest exhiberi medicina frigide
virtutis cū formali frigiditate. Sz vbi sint bolus armenꝰ rose
plantago ⁊ similia stiptica sine adiuuāte ad penetratōem debēt
calefieri vt facilius penetrēt. Sz isti solū ꝯsiderāt habilitatē ad
ꝑnetrādū ⁊ nō iuuamēta vel nocumēta. Sz dices debemꝰ ne
semper ī principio occurrere cū reꝑcussiuis frigidis. Dicat ꝙ
nō qm̄ dicit Auic. Et oz quidē vt in pricipio. s. apatis admini/
stres repercussiua pura: ſz dixit faciendo exceptionē nisi sit de
genere magno. i. de apate magno ⁊ vbi pāniculi exteriores ex/
tēdant ꝓpter apa magnū. Un̄ dicit Gētilis: sicut ī obtalmia a
multa mā nō ꝯpetunt repercussiua: īmo oz tūc timere ī applica/
tōe aque frigide multo magis in alijs frigidis fortioribꝰ. Simi
liter ē ⁊ in apate magno pāniculi ex quo replētur vene que sunt
extra cū cōitate. Nā in applicatōe hoꝝ repercussiuoꝝ sequerē
tur multa nocumēta. Primū nocumētū ē q: inspissat mā ⁊ ꝓ/
hibet resolō eius. Scdm nocumentū ē: q: sicut ī emūctorijs nō
ꝯpetunt reꝑcussiua ne mā fluat ad mēbrum nobile: ita si sit apa
ī pāniculo exteriori nūquā applicent repercussiua ēt si facta eēt
flōmia. Sed tunc dicit Auic. in casu isto: Incipe ab eo ī quo sit
parū mollificatōis ⁊ sedatōe doloris vt cū embrocatōe aque te/
pide vel olei cōis tepidi vel cū aqua decoctiōis maluaꝝ ⁊ altee:
⁊ isto casu tūc maxime eēt intētio in clisterijs in addēdo aliquid
de hiera ⁊ frequētare clisteria ⁊ diuersoria cū ligaturis ⁊c. ⁊ ali

nienter applicari pūt vt fricatiões ligature doloꝛose pōnes ex/
tremoꝛū in aqua calida vētosatiões ꝛc̄. nā talia ꝛ si maxime ↄue
niunt i pͥncipio ꝛ augmēto fluente mã: tm̄ in oī tpe ↄueniūt di/
uertendo saltē vapoꝛes ne cerebꝛum debile eos recipiat: vñ de
his dicebat. A. ꝛ frica extremitates ei⁹ ꝛ ↄpͥme eas donec ru/
bescant ꝛ doleāt qm̄ est magnū iuuamentū ꝛ fiat id assidue. i. ꝑ
omnia tpa moꝛbi: pōt ēt fieri diuersio etiā ꝑ alia diuertētia que
nō debēt applicari nisi post factā eūationē vt sunt sternutato/
ria masticatoꝛia scarificatōes cartilaginū auriū fꝫ quosdā ꝛ hu
iusmodi que cū hoc qd̄ diuertāt ēt de ꝓpinquo eūant: nā talia
masticādo gargarizādo ꝛc̄. si in pͥncipio fiāt nō facta eūatiōe
agitando mās in cerebꝛo que multe peccāt i anfractib⁹ dubiū ē
ne ille mãe reducāt ad vētriculos cerebꝛi ꝛ ibi causent apa ꝛ epi
lensiam: ꝛ in hunc erroꝛem sepe incidunt medici. naꝫ cuꝫ occu/
runt egro qui est ꝓfundatus in somno conātur cuꝫ sternutato/
rijs etiaꝫ nō precedente eūatiōe: ꝛ est erroꝛ magn⁹ ꝛ sepe sequit
suffocatio ꝛ moꝛs: imo ꝑꝑ hoc ꝑiculum dicunt quidam q̄ talia
sternutatoꝛia ꝛ linimēta circa nares nō debēt applicari nisi le/
nia nec fiant ex cōdisi nec ex pipere vel aliquo foꝛtiter acuto: sꝫ
cū leui moꝛdicāte ꝑꝑ timoꝛē agitatiōis vt supꝛa dictuꝫ est: ꝛ de
hoc dixit Rogeri⁹ in hoc caplo. Itē regula est q̄ in litargia
nō debēt fieri sternutatiões violente ne foꝛte ex nimia dissolu/
tione sequat maioꝛ oppꝛessio: sed cū festuca ꝓuocet bis vel ter
ꝛc̄. ꝛ intelligebat maxime nō facta euacuatiōe: ꝛ ꝓ magna ꝑte
digesta mā pōt fieri caputpurgiū cū aqua mellis in qua dissol/
uat paꝝ nucismuscate: succ⁹ ēt radicis bletis depurat⁹ valet:
ꝛ si non pūt ꝑ se attrahere intingat pēna in tali caputpurgio ꝛ
ponat intra nares ad excitandū i sternutatiōe: ꝛ hoc factis eua-
cuatiōibus. Veꝝ ē q̄ quādo res eēt fere i despatiōe ita q̄ nā
nō obediret nec solutiuis ꝑ sursuꝫ nec clisterijs nec vnguētis so
lutiuis: quib⁹ maxime in hoc casu est vtēduꝫ vt est vnguentuꝫ
de artimita si supponat vmbilico: tūc in illo casu ad tētandū si
natura ē in totū oppꝛessa vel nō: tunc coacte lꝫ insufflare sternu
tatoꝛiū foꝛte intra nares vt factū ex cōdisi vel eleboꝛo ꝛ pipere
ꝛ semine synapis: q̄ si etiaꝫ nō sternutauerit est signū ꝓxie moꝛ
tis ꝛ in totū oppꝛessiōis i virtute: sꝫ ad alia diuertētia possum⁹
omni tpe ꝛ debemus nos ↄuertere ēt post cibū sumptū. vñ di/
cit Auic. Et cū cibaueris eos ↄpͥme extrema eoꝝ aliquib⁹ ho/
ris vt vapoꝛ ad superioꝛa nō trahat: faciūt tales fricatiões cuꝫ
oleis calidis etiā ab initio ꝛ pur circa extrema ad ↄuertēdū ma
gis vapoꝛes ad inferioꝛa ꝛ dixit aliquib⁹ horis: quasi velit q̄ fri

catio nō tātū fienda ē eūato cibo: sꝫ ēt existēte cibo i stomacho
ne vapoꝛes in sursuꝫ eleuētur ↄsiderans q̄ lꝫ fiat nocumentū i
digestiua stomaci ↄuertendo calidū ad inferioꝛa: maius tm̄ ē iu/
uamentū qd̄ sequit ꝑ ↄuersionē vapoꝝ in deoꝛsuꝫ q̄ꝫ nocumē/
tum tarditatis vel debilitatis digōnis: ꝛ dicit Mesue versus
finē capꝛtuli: stimulātia coꝛp⁹ sunt de genere diuertētiū ꝛ plus
iuuāt q̄ꝫ fricatio ꝛ ↄpꝛessio doloꝛosa: ꝛ hec sunt cuꝫ fit inunctio
vel linitio cū rebus acutis supꝛa coxas vel extrema ꝛ cū sinapi
ꝛ squilla ꝛ huiusmōi: exēpli grā vt facto emplō sic. ℞. sqlle assa/
te si placet vel non assate ꝛ ē foꝛtioꝛ. ℥. j. se. vꝛtice. se. sinapis añ
ʒ. iij. ↄquassata squilla. Et loco emplastri superponat ad coxas
erit ꝓfecto foꝛte diuertēs. Si ēt fiat fricatio cū huiusmodi vel
cū aceto squillitico ꝛ semine sinapis ꝛ pipere vel cū nitro vel cū
aliquo talr acuto facta linitione extremoꝝ cū his felicitat intē/
tio diuersionis. Vētose ēt ꝓsunt valde ad diuertēdū sꝫ sint vē
tose ñcce: ꝛ ponātur pͥmū versus nucā vel mucrā cum multo
igne ad calefaciēdū subtiliandū ꝛ resoluēdū. Postea descēden
do per spatulas vsqꝫ ad nates tādeꝫ ad coxas ꝛ ad crura: ꝛ hoc
facta eūone. Veꝝ ē tm̄ q̄ ad itētōeꝫ diuersiōis tm̄ credo q̄ sit i/
cipiēdū ab iferioꝛib⁹ tēdēdo ad suꝑioꝛa. Si tm̄ eēt coꝛp⁹ sangui/
neū ꝛ mā eēt sanguini mixta ꝛ videret tumoꝛ releuat⁹ ꝑ vētosaꝫ
satis ad rubeū declinās nō eēt incōueniēs apponere cū scarifi/
catōe: sꝫ circa nuchā nō fluant cū scarificatōe sꝫ magis deoꝛsū
ex quo de facto supponim⁹ caput eē lapsuꝫ ad friduꝫ ꝛ ad humi
duꝫ ꝛ apa friduꝫ i cerebꝛo ꝛ vtplurimū fm partē posterioꝛē: iō
nō dꝫ cerebꝛū ifrigidari ꝑ extractōeꝫ sanguis nec a mēbꝛis vi/
cinis est eūatio sanguis fiēda. Succedit hoc loco dicēduꝫ de
reꝑcussione resolōne ꝛ de ↄfoꝛtatōe: ꝛ ad hoc declarādū oꝫ ad/
ducere quedā antiquoꝝ. Nā Gal. 13° terapētice caplo penul/
timo dicit: Cōe est apatib⁹ cerebꝛi vti oxoꝛodino in pͥncipio. i.
oleo rosato ꝛ aceto. ꝛ cā est q: oꝫ in oī tali a capite humoꝛē qui/
cūqꝫ fuerit repellē ꝛ caput ↄfoꝛtare: ꝛ hoc fit ↄueniēter cuꝫ oleo
ros. ꝛ aceto ↄquassatis fm ꝓpoꝛtionē dictā supꝛa: deīde pꝛoce/
dēte tpe fm ↄtraria quasi iuuat q̄ peccāte mā colerica ꝛ sangui
nea est occurrēduꝫ cū fridis: ꝛ peccāte mā frida est occurrēduꝫ
cū calidis. Et hāc sñiaꝫ visus est imitari Auic. ad pͥncipiū capli
vbi laudat reꝑcussionē eē fiendā cum oleo rosato ꝛ aceto: ꝛ post
duos dies addat paꝝ castoꝛei. Mesue vero i caplo ꝓpꝛio dicit
q̄ a pͥncipio rei ↄplet intētio cū medicis reꝑcussiuis in ꝑte ꝛ in
ꝑte resolutiuis siccis qui recte oleo ro. cuꝫ aceto docuit misceri
paꝝ castoꝛei ↄquassati ad subtiliādum mām: ꝛ iste fuit Alex. vñ
voluit q̄ a pͥncipio ↄueniat applicatio alicui⁹ ↄfoꝛtātis ꝛ resolu
tiui ēt hoc voluit Serap. i caplo ꝓpꝛio. nā postq̄ꝫ laudauit oxo
rodinū. i. oleuꝫ rosatū cuꝫ modico aceto vt ipse dixit ad reper/
cussionē mãe fluentis dixit: q: tm̄ mā est frida dꝫ secū misceri pa
rū de castoꝛeo. Gētilis de hoc dubitat ꝛ bꝛeuiter rñdet q̄ i pͥn
cipio pͥncipiāte ↄueniret soluꝫ oleū ros. ꝛ acetum. ꝛ hoc voluit
Gal. ꝛ Auic. sꝫ i ꝓcessu iā fluxa mā ↄueniēs est addere de casto
reo. Istā sñiaꝫ cōiter sequunt qui scribūt in mā: sꝫ qm̄ de dire
cto ↄtra hāc sñiaꝫ fuit Gilbert⁹ ꝛ Rogeri⁹ expsse dixerunt q̄
in pͥncipio nō ↄpetunt pure reꝑcussiua: imo i hoc caplo ꝓhibēt
ꝛ dicūt vnū cōe ꝛ gnāle ꝛ est q̄ in pͥncipio nō reꝑcutiant cū fri
gidis. Ego iherēs auctoꝛitati Serap. expsse ꝛ Mes. ꝛ Ras. p°
ↄtinētis tātoꝝ viroꝝ ꝛ ↄcurrēte rōne quā adducā credo nō eē
laudabile offerre tm̄ oleū ros. ꝛ acetū in dispōne ista ēt in pͥnci/
pio nā vt dictū est supꝛa i cāis: cā aũs cām ↄiunctā est mala cō/
plexio frida ꝛ humida cerebꝛi mālis vel imālis ita q̄ non adhuc
facto apate cā aũs est i cerebꝛo frido siue cū mā siue sine mā ꝛ q:
apata flegmatica magis fiūt ꝑ viā ↄgestiōis q̄ꝫ ꝑ viā deflux⁹: ꝛ
ideo a pͥncipio mā erat aggregata: ꝛ tūc itentōe habita ad cere/
bꝛū vel mām in eo nō ↄpetunt ista reꝑcussiua frida tm̄ ergo nec
in pͥncipio apatis: ꝛ euꝫ dicit Auic. dixit post duos dies addat
de castoꝛeo: ꝛ Gal. dixit cōe quidē fm pͥncipalia vti oxoꝛodino
nō negauit Gal. quin cū oxoꝛodino aliqd misceam⁹ ↄueniat etiā
oleū ro. veꝝ ē sꝫ nō puꝝ. Nā in pͥncipio ↄuenit oleū rosatum ꝛ
acetū cuꝫ aliqua poꝛtōe castoꝛei vt remittat friditateꝫ olei ros. ꝛ
aceti. In ꝓcessu post duos dies adde castoꝛeuꝫ dixit ita q̄ mi/
nus fiat reꝑssiuū ꝛ plus resolutiuuꝫ: ꝛ in ꝓcessu magis tēden/
do versus statuꝫ plus addat ᷤ castoꝛeo ꝛ min⁹ de oleo ro. Ideo
tutius videt mihi q̄ in pͥncipijs hoꝝ moꝛboꝝ nō attēdamus
cū repercussiuis intētiōe habita ad mēbꝛū lesuꝫ ꝛ addamus qd̄
sit ↄfoꝛtatiuū. Dubitat ēt vtrū ista repercussiua debeāt po/
ni a parte posterioꝛi vel anterioꝛi. Apparet q̄ a ꝑte posterioꝛi:
q: dꝫ ꝓhiberi ne illuc mā fluat. Cōfirmat: debēt applicari re/
percussiua ad eā partē ad quā applicant resolutiua ergo ꝛc̄. In
oppositū ē Auic. qui nō laudat in parte posterioꝛi apponi reper
cussiua ꝑꝑ nocumēta neruoꝝ. Rñdet Gētilis: Ista reꝑcussio
supposito q̄ apa fit in parte posterioꝛi ponat in anterioꝛi: cum
hoc tm̄ stat q̄ si aliquid cōicatur parti posterioꝛi nō sequat mul
tū nocumētū. Nā per partē eleuant a stomacho multi vapoꝛes
ergo cōueniēter ibi fit reꝑcussio. Scd̄o q: fit eleuatio vapoꝛum
mediātib⁹ venis ꝛ artarijs que terminant ad partē anterioꝛem
ad rhete mirabile: iō ↄueniēter fit repercussio a parte anterioꝛi.
Et cū dicit ad eandē partē debēt applicari reꝑcussiua ad quaꝫ
resolutiua. Dico negādo q: diuersa ē applicatio ēt appositio fit
ↄueniēter applicatis resolutiuis parti posterioꝛi. Nō sic ē ᷤ re/
percussiuis q: frigida cū occurrūt parti posterioꝛi nō sese iuuāt
i penetrādo: q: partes posterioꝛes sūt solidioꝛes: q: dicit Gal.
Si nō fuissent cōmissure nihil posset fere penetrare ad cerebꝛū
ꝛ medicine calide ꝑstant iuuamētū ad penetrādū: ideo ille pos/
sunt applicari illi parti. Scd̄o q: i applicatōe calidoꝝ nō nocet
caput imo iuuat: neqꝫ nocet neruis neqꝫ origini neruoꝝ: sed hū
frigida

frigida nocēt ideo ⁊c̄. Et sic a principio fiāt repcussiua a pte anterio𝑟i repcussiōe facta ab alto cū oleo ro. addēdo paꝝ castorei: ⁊ sic in ꝓcessu augēdo resolutiua ⁊ ꝯfortatiua cū emplastris fortibus ex squilla cū centaurea cū carthamo cū pipere cum nitro cū semine vrtice cū semine sinapis. Ex his oībus vel aliquibꝰ eoꝝ facta ꝯtritōe cū squilla assata. Uel si nō pōt fieri emplꝫ fiat inunctio cū appropriatis. Sola ēt squilla fricata a parte posteriori multū dissoluit. Alex. laudauit balneū reꝝ calidaꝝ ī quo infundat̄ totū corpus preter caput. Et dicit ꝙ ipse vidit vnum amantē penitus nec aperientē oculos: ⁊ sic positus ī balneo ī totū restitutꝰ ē. Tūc ego cōsentirē facta mūdificatōe ⁊ ī corpe forti alr̄ nō auderē: ⁊ eodē mō loquit̄ Alex. dixit sic: Ego enīz scio post. ix. aut. x. dies ingressuz balneū quēdā hac egritudine laborantē neqꝫ attēdētē quo tenebat̄ malo neqꝫ cognoscētē quo laboraret magis iuctus ē in balneo euigilās ⁊ attēdēs ⁊ loquēs ⁊ cognoscēs oēs qui presto erāt ⁊c̄. Balneū fit cū rebus calidis decoctis vt origani calamēti mētastri saluie rorismarini laureole paꝝ. Nā ista ꝯuertūt mām ad mēbra: vñ si remāsit aliqua mā mūdificat̄ per balneū ⁊ sic remanet depuratū corpꝰ non in pricipio si nō ponis castoreū pone balsamitā. Balsamita multū ꝯfortat ēt ꝯuenit ⁊ ī frenesi: ⁊ sic tollit̄ nocumētū ꝺ castoreo qꝺ erat in dubio. Laudauit ēt ad subtiliationē māe ⁊ resolōnez eius. Gal. 13° terapētice caᵒ allegato decoctionē istaꝝ reꝝ calidaꝝ cū aceto ⁊ accipere fumū per nares ⁊ per os: ⁊ ita Serap. laudat vt odorēt patiētes alasce calamētū fluuiale ⁊ mōtanū cōtrita ꝑmixta cū aceto pñt ēt fieri saccllatōes capiti de predictis ⁊ empl'a ⁊ impositōes ītra aures ⁊ nares ꝺ oleis calefactis vt dictū est supra de soda materiali frigida: ⁊ pñt adhiberi illa digestiua de quibus supra: ⁊ ita de ꝯfectōibus ꝯfortatiuis exhibendis vt tyriaca metridato plirisarcoticon cū modico anacardine ⁊ fricare palatū cū ea multū ꝓficit. Et Rasis pᵒ ꝯtinētis sumatīz ⁊ quasi recapitulādo oīa dicta ponit curā litargie ī hūc modū dicit: Si virtꝰ ⁊ etas ꝑmiserint flōmet̄ ⁊ clisterizet̄ clisteribus acutis vt trahat̄ mā ad inferiora ⁊ postea reuertat̄ ad curā capitis spargēdo oleuꝫ ro. cū aceto ⁊ castoreo: ⁊ fricent̄ extremitates cū oleo rutino ⁊ pipere: ⁊ odorēt isopuꝫ ⁊ mētrastrū ⁊ fiāt gargarismata violenta. Et si dolor ꝓlonget̄ detur eis in potu castoreū ⁊ radat̄ caput ⁊ sacellet̄ cū sale ⁊ milio calefactis: ⁊ cuꝫ morbus incipit declinare intromittātur in balneū ⁊ attēdatur ꝓuocatōi vrine ⁊ mollificatōi ventris. Hec dicta valēt maxie in litargia flegmatica. nā in melācolica pōt fieri cūo cum hiera pigra ⁊ aqua decoctōis passulaꝝ ⁊ epithimi ⁊ cassiefi. ⁊c̄. q2 nō sic ē timor de subeth ⁊ aliis appropriatis melācolie. Sequit̄ vt dicat̄ de accidētibus subeth: ⁊ interea accidēs ꝙ primū cōiungit̄ ē obliuio: vñ nō assellāt nō espuūt ⁊ similia: ideo ad hoc accidēs oꝫ attēdere. Et ad hoc Gal. Rasis ⁊ Aui. ꝙ si fiat decoctio haꝝ reꝝ calidaꝝ ⁊ fiat fumus ꝑ nares multum euigilant subtiliādo dicunt oēs vlr̄ ꝙ si capilli infirmi reducant̄ vt puluerizētur ⁊ fiat suffumigiū multuꝫ excitat̄ infirmus vt pili barbe ꝯbusti ēt pili puluerizati cū succo squille superpositi capiti ꝯfortāt ipsuꝫ a ꝓprietate. Et qñ ista nō ꝯferūt sufficienter laudauit Azaranꝰ cauteriū ī posteriori ⁊ medio capitis: ēt dicit Azaranꝰ ī caᵒ de obliuiōe: Si capiat̄ cerebrū pauonis cū felle eius ⁊ ꝑmisceat̄ ⁊ insufflet̄ in naribus facta mixtura: aut accipiant̄ dētes leonis ⁊ ligent̄ ad brachiū dextrū infirmi reddit̄ memoria: ⁊ sic vngula sinistri pedis posterioris cū vngue brāce leonis puluerizati ī petia ligata in sinistra manu oīum recordat̄ que vnquaꝫ audiuit. Et dicit Albertꝰ ꝙ si quis cigat̄ corrigia pellis leonis erit fortissimus ꝯ hostes suos ⁊ deferat oculos leonis sub assellis: oīa aīalia que illi nocere possūt fugiēt: ⁊ deꝰ scit.

Capl'm 4ᵐ de apoplesia. Textus Rasis.

Cum aliquis quasi dormiēs iacet ⁊ sine somno stertit ⁊ cū pungit̄ nō sentit: tunc iaꝫ patit̄ apoplesiā. Est aūt huiꝰ egritudīs quātitas ꝺm ꝙ fortiter aut ꝺbiliter stertit. Si aūt spuma ab ore exierit nō est ei medicādū. cū aūt paꝝ stertit egritudo ē leuior. Hec quidē passio aut īterficit cito aut in paralesiꝫ trāsit. Cū ergo ista accñtia visa fuerit attēdēduꝫ erit an patiētis facies multū rubere aut denigrari aut viridis fieri videat̄: quēadmodū ꝯtingit cū sanguis in aliquo mēbro ex coartatōe retinet̄: tūc enim sanguis ex duabꝰ gidegui illico extrahēdus erit aut ex duabꝰ cephalicis. Qꝺ si ita non fuerit: imo cū aerē attrahit audit̄ in pectore oregmon: ex hoc clisteri erit clisterizādus: cuiꝰ ē hec ꝯfectio. ℞. colloquitide buchormarie cētauree minoris arthanite elebori al. oīum añ. ℥. j. coquant̄ oīa in tribꝰ libris aque donec ad vnā redeāt: deide colent̄: ⁊ ex media libra huius apozimatis fiat enema: qꝺ si cito exierit fiat iteꝝ donec humoꝝ multitudo cū eo exeat. Naribus quoqꝫ ꝯdisi ⁊ eleborus albꝰ suauiter īsufflent̄ ⁊ est īgeniāduꝫ vt anacardinū cū idromelle ꝑ os ad stomachū multotiēs descēdere cogat̄ quaqꝫ die semel ex quo vniꝰ aurei pōdus ī potu sumēdū est: cuiꝰ descriptio ē in. c. de paralesi. Sartago ꝑterea ferrea calefaciēda ē ⁊ capiti multotiēs adeo vicināda vt patiētis capilli adurant̄. Qꝺ si hoc mō nō sanat̄ in medicādo plus laborabit̄: caput nāqꝫ rademꝰ ⁊ ex sinapi trito ⁊ castoreo ⁊ fortissimo aceto liniemꝰ. In prima aūt huiꝰ passiōis spēi post flōmiā strigēdū fortiter adiutoria ligādo supiꝰ paꝝ sub ꝯiūctōe īpoꝝ cū spatulis ⁊ strigas tibias silr̄. Capiti quoqꝫ supfundēdū ē oleū ros. ⁊ acetū vini ⁊ flōmia faciēda ē priꝰ in pedibꝰ ⁊ postea ī nasi extremitate.

Jo matheus.

Cum aliquis quasi.

Post expeditum capitulum de litargia ꝙ continuatiōez habebat cum frenesi in eo ꝙ vtrunqꝫ est apostema intra craneum: ⁊ sic de litargia fuit determinatū ad magis ītegrā doctrinā lꝫ Rasis de ea nō fecerit caplꝫ vt dictū ē supra. Nūc ꝯnter Rasis ꝺm ordinē sui ꝓcessus determinat de apoplesia: ⁊ sic determinādo duo facit pricipaliter. Nā primo ponit signa absolute apoplesie: ponēdo etiā diuersitatē malitie ī spēbus eius. 2ᵒ ponit curā diuersaꝝ spēruꝫ apoplesie ex pte māe peccātis. 2ª ibi: Cū ergo ista visa fuerint ⁊c̄. Prima adhuc in tres: qm̄ prio ponit signa absolute apoplesie. 2ᵒ ponit id in quo distinguit̄ fortis a debili ⁊ signa distinctiōis fortis a debili. 3ᵒ ponit moduꝫ terminatiōis apoplesie absolute. 2ª ibi: Est aūt huius egritudinis. 3ª ibi: Hec quidē passio. De pria pte ponit signa tria ad declarādū apoplesiā absolute: dicit prio: Cū aliquis quasi dormiens iacet: ⁊ est primū signū ⁊ sine somno stertit: ⁊ est secūduꝫ ⁊ cū pungis nō sentit ⁊ ē tertiū: tūc iā patit̄ apoplesiā. Ex quibus verbis insinuat ꝙ apopleticus nō est vere dormiēs ꝑ hoc qꝺ dicit iacet q̄si dormiēs: ⁊ per hoc qꝺ dicit sine somno stertit: ⁊ per hoc qꝺ addit tertio ⁊ cū pūgis nō sentit q2 dormiētes cū pungunt̄ excitant̄: vñ lꝫ sicut dormiēs ꝓstratus iacet ⁊ oculis vt sepe clausis ⁊ sepe stertit ⁊ aliqualr̄ ⁊ remisse punctus nō sentit ita apopleticꝰ differt tñ specialr̄ q2 dormiēs nō apopleticus sentit mediocria imprimentia de sonis ⁊ de mutantibus organuꝫ tactus: ⁊ si nō remissa sꝫ apopleticus neqꝫ remissa neqꝫ mediocria sentit.

Quid est apoplesia.

Unde ꝓ clariori intelligētia ē notandū vltra descriptiones que ponent̄ loco suo de apoplesia qꝺ dicit. A. prima tertii ad finē describit apoplesiā dicēs ꝙ apoplesia est ociositas mēbrorum a sensu ⁊ motu ꝓpter oppilationē ꝯtingentē in ventriculis ⁊ cursibꝰ spūs sensibilis ⁊ motiui in vētriculis. s. omnibꝰ: maxie duobꝰ posterioribꝰ ipsius cerebri: ⁊ nota ꝙ nō q̄libꝫ ociositas tñ mēbroꝝ a sensu ⁊ motu dubitat apoplesiā nisi ꝯnotādū mollitiē. nā vbi fiat īpotentia mēbroꝝ ab opatione sensus ⁊ motus cū ꝯtractione ⁊ spasmo: ⁊ si ꝯiungeret̄ oppilatio ī ventriculis cerebri talis nō est dicēda ꝓprie apoplesia: sꝫ quādo fit talis īpotentia cū mollitie ⁊ cū relaxatōe ꝓpter oppilationē ꝯtingentem ī cursibus spūs sensibilis ⁊ motiui ita vt ad mēbra non possint ꝑuenire spūs aīales ad sensuꝫ ⁊ motū necessarii ꝑꝑ oppilationē in illis cursibꝰ ꝯtingētem: tūc talis impotētia ad operationes ⁊ ociositas dicit̄ apoplesia: vñ lꝫ ī sincopi stet ablatio sensus ⁊ motus ⁊ sic ociositas mēbrorum: q2 tñ hec ociositas non ꝯtingit ꝓpter oppilationē vētriculoꝝ vel cursum ꝑ cursus ītelligendo oēs vacuitates vel cameras vel anfractꝰ vel ꝯmissuras ipsiꝰ cerebri siue vacuitates artariaꝝ siue origies neruoꝝ: ⁊ vlr̄ oēs vias ꝑ quas possunt deferri spūs a cerebro ad alia mēbra nō dꝫ dici talis ociositas apoplesia: q2 nō fit ꝓpter oppilatōem in vētriculis cerebri vel ipsaꝝ viaꝝ: sꝫ ꝓpter retētionē spūum ad cor ⁊c̄. vbi ēt cēt ociositas mēbroꝝ nō ꝓpter ꝓhibitū trāsitum spirituuꝫ ad organa sensuuꝫ ꝓpter oppilationē ī dictis viis ꝯtingentē: sꝫ ꝓpter redditū ⁊ ꝯuersionem spūuꝫ ab organis sensuū ad interiora ⁊ ad cerebrū nō ꝓpterea dꝫ dici subeth: vt īfra videbit̄ locis suis ponēdo distictionē īter has dispōes apoplesiam epilēsiā sincopiꝫ ⁊ subeth que in multis cōicāt: cū ergo dicit Rasis cū aliquis quasi dormiēs iacet ⁊c̄. ītelligat̄ ꝙ cuꝫ nō sentit nec mouet̄ ꝓpter oppilatōez ꝯtingētem in vētriculis cerebri vel cursibus spūs sensibilis ⁊ motiui ita ꝙ illa oppilatio sit cā īpotētie ad opatōes mēbroꝝ sensitiuoꝝ ⁊ motiuoꝝ ꝓpter nō posse trāsmitti debitaꝫ mensurā spūuꝫ necessariā ad dictas opatōes: tūc vocat̄ apoplesia: ⁊ talr̄ iacens iaꝫ patit̄ apoplesiā. ⁊ ex his pꝫ clarificatio huius prime partis.

Fortitudo vel debilitas apoplesie.

De secūda pte ponēdo id in quo declarat̄ fortitudo vel debilitas apoplesie dixit est autē huiꝰ egritudis quātitas ꝺm ꝙ debilr̄ aut fortiter stertit. i. declarat̄ q̄ꝫtitas. i. magnitudo vel debilitas eiꝰ in malitia ex stertere fortiter aut debilr̄: postea ponēs signū deterioris dixit: Si tñ spuma ab ore exierit nō est ei medicādū: quasi īnuat ꝙ morbꝰ tūc est desperatꝰ. Et addit: Cuꝫ paꝝ stertit. i. remisse egritudo ē leuior ita ꝙ ex stertere ⁊ spuma declarat̄ eiꝰ fortitudo ⁊ malitia. De tertia pte huiꝰ ptis dixit: Hec quidem passio siue fortis siue debilis fuerit aut cito īterficit aut ī paralesiꝫ trāsit. Pro ītelligētia huius primi dicti est aduertēduꝫ ꝙ apud auctores ⁊ maxie Gal. ī 2ᵒ affo. quidā gradus ponunt̄ in apoplesia. s. fortis debilis ⁊ leuis: vñā forti est maxia oppssio virtutis ⁊ ī debili minor ⁊ ī leui etiā minor: lꝫ Gal. ī dicto ꝯmento videat̄ diuidere fortē ī tres species. Prima qñ aufert̄ anhelitꝰ ꝺm totū ita ēt vt nō manifestet̄ spuma ⁊ aliqua opatio anhelitꝰ: q2 neqꝫ aliquis fit stertor declarās maximā oppssionez ī virtute ⁊ sic est maxie fortis. Alia ē fortis minoris malitie ī qua dicit̄ eē anhelitꝰ ꝑuersus intersectꝰ lachrymosus ⁊ cū suspiriis qñ fit anhelatio. Nā ī anhelādo aliquotiēs anhelatio īterceipit̄: ⁊ hec

etiā significat magnā oppſſionē i virtute: ſʒ nō tāta eſt vt priꝰ.
Tertiꝰ gradus eſt qn̄ fit anhelitꝰ ꝯtinuus ſed diuerſus: q꞉ aliqn̄
maior aliqn̄ minor: ⁊ in iſto ꝯiungit̄ minor ſtertor q̄ʒ i ꝓxime ꝑ/
cedēti. Nā aliqn̄ eſt cū maiori ſonitu aliqn̄ cum minori vbi i ꝑ/
cedēti ſemꝑ ē fortis ſtertor: ⁊ talis ēt ſpecies ſignificat oppſſio/
neʒ notabilē i virtute cū nō poſſit virtus vniformiter eleuare ⁊
dilatare pectꝰ. ⁊ iſti tres gradus dicunt̄ oēs icurabiles q꞉ ſunt
oēs gradus apopleſie fortis: lʒ tertiꝰ poſſit dici debilis reſpectu
prioꝝ. Alia ē apopleſia leuis vel debilis ſm̄ quā fit difficultas
i anhelitu vn̄ homo ſtat iacēs ſicut mortuꝰ: ⁊ eſt anhelitꝰ ꝑuus
ſʒ eſt equalis ⁊ vniformis ⁊ cū eo nō ē vehemēs ſtertor: imo q̄ſi
nullus ſm̄ quā ēt ſignificat̄ oppſſio virtutis: ſʒ nō tāta qn̄ trāſ/
mittat̄ mēſura ſpūuʒ faciēs ad dilatatōeʒ ꝑtiū pectoris vnifor/
mē lʒ nō magnaʒ: ⁊ i hac q꞉ nō fit ipetuoſus motꝰ ſpūs. i. acris
attracti ⁊ expulſi ꝑ inſtr̄a pectoris neqʒ ſuꝑcalefactio vehemēs
fit i corde ū diſſoluit̄ humidū ex mēbris illis vt fiat ſpuma ad ru
beū dclinās maxie de q̄ ē ſermo q̄ educat̄ de illis ꝑtibꝰ: ⁊ hoc ē
ꝓpter modicā oppilationē factā in curſibus illis a modica mā
⁊ ſic ꝓbabile ē mām poſſe reſolui: q꞉ modica ē ⁊ ꝯñter pōt eē ſa/
lubris. Et ex his pʒ qꝫ quātitas huius egritudinis i malicia nō
abſolute declat̄ ex ſtertore q꞉ i peſſima nō fit ſtertor: qm̄ mēbra
pectoris vix mouent̄ ꝓpter integrā oppilationē ⁊ priuatōeʒ in
totū delatōis ſpūum ad mēbra: ſʒ hoc ē rariſſime ꝯtingēs. Sʒ
i quibꝰ ē ſtertor ſimul cū ſpuma magnitudo declarat̄ ex fortio
ri ſtertore ⁊ ab exitu ſpume: qm̄ ſtante forti ſtertore declat̄ for/
tis ⁊ laborioſus inceſſus anhelitꝰ vel acris inſpirādi vel expirā
di per inſtrumēta anhelitꝰ: ⁊ hoc ꝓpter ipotētiā muſculoꝝ di/
latantiū ⁊ cōſtringētiū. Vn̄ nō debite euentat̄ cor: ⁊ ſic eo ſuper
calefacto ꝯñter liquefit humidū d̄ ſubſtātia pulmonis: i quo in/
cluſo aere expirādo fit ſonitꝰ ⁊ ſtertor: ⁊ tādē eleuato illo hūido
ab aere inſpirādo icluſo fit ſpuma que ad rubeū declinat. Vbi ſi
nō tanta eēt neceſſitas nec tanta inobediētia inſtrumētoꝝ non
ita fortis fieret ſtertor neqʒ tāta appareret ſpuma: imo forte nul
la. Et ideo cū ſpuma apparuerit oio nō ē ei medicādū: qm̄ ē ſi/
gnum multū magne oppreſſiōis virtutis minoris: tn̄ qm̄ i prio
gradu vbi nihil anhelitꝰ manifeſtat̄: iō a forti ſtertore poſſet fie
ri receſſus minorādo ſtertorē: ⁊ tn̄ cū maiori oppreſſiōe virtu/
tis vt pʒ ꝯſiderāti: ſʒ tūc creſcēt alia mala accidētia. Et iō non
ſemꝑ ēt in ſtertētibꝰ ex maiori ſtertore ē deteriꝰ arguēdū: ⁊ ad/
dit qꝫ nō ē ei medicādū. Qd̄ tn̄ dictū intelligat̄ cū ſale: q꞉ non
debemꝰ fugere ⁊ nihil operari: imo ne appareat ex parte oꝑan/
tis defectus. Et qm̄ ſepe ꝯtingunt extraneatōes in nā vt dicit
Auer. 7º colliget egritudines que vident̄ nō poſſibiles curari
aliquotiēs curant̄: ſʒ debemꝰ curare cum ꝓteſtatōe de futura
morte probabiliter: non eſt ergo medicādum niſi cum proteſta/
tione. Circa aliud dictū nota qꝫ Raſis hic in caº ꝯtraxit ſer/
monē ſuū non ad oēm apopleſiā: q꞉ non ad eaʒ que eſt cā primi/
tiua: neqʒ ad eā que eſt a cā corꝑali per cōitatē ſʒ ad eam tantū
que ē a cā corporali in cerebro ꝓpter multitudinē oppilātis ma
terie: qm̄ de alijs vt loco ſuo videbit̄ ēt apparētibꝰ ſignis apo/
pleſie fortiſſime pōt fieri cura ēt ſine terminatōe ad ꝑaleſiʒ. Sʒ
in apopleſia materiali ꝑ eēntiā verū ē dictū Raſis i textu: qm̄
cuiuſcūqʒ ſpēi fiunt ſignificat notabilē oppreſſionē virtutis ce/
rebri: aut ergo mā i totū opprimet virtuteʒ: aut virtus aliqualr̄
dn̄abitur lʒ debiliter: ⁊ ſic mām aliquo mō mouebit ꝑmutādo
ad loca vicina: qm̄ ad longinqua ꝑmutare nō pōt: ⁊ ſic peccās
i posteriori parte capitis vt dictū ē ꝑmutabit̄ ad nucā ⁊ orige/
nes neruoꝝ ⁊ ſic fiet ꝑaleſis: ⁊ ex his pʒ iſta tota pars clara. Cū
ergo ⁊c̄. In iſta parte ponit curā apopleſie ⁊ diuidit̄ in tres
ꝑtes. Prio ponit curā apopleſie ſanguinee. 2º flegmatice. 3º
ēt reuertit̄ ad curā ſanguinee. 2ª ibi: Qd̄ ſi ita nō fuerit. 3ª ibi:
In prima aūt paſſionis ſpecie. Pria ēt in duas. Prio ponit ſi/
gna ipſius ſanguinee. 2º curā. ibi: Tūc eīm ſanguis. De pri/
ma dixit: Cū ergo iſta viſa fuerit. ſ. que dicta ſūt: attēdēdū erit
ſupple ad cognoſcēdū an patientis facies aut rubere aut deni/
grari aut viridis fieri videat̄ queādmodū ꝯtingit cuʒ ſanguis i
aliquo mēbro ex coartatōe. ſ. ex ligatura vel alia cā retinet̄: tūc
ſup. ſignificat̄ qꝫ ſanguis ē in cā oppilatōis. rō ē clara: tunc po/
nit curā eiꝰ dicēs qꝫ tunc ſanguis illico. i. ſtatiʒ ex duabꝰ gui/
deç ē extrahēdus aut ex duabꝰ cephalicis. Sed nota qꝫ licet
apopleſia materialr̄ poſſit ēt ex colera ⁊ melācolia generari. po/
ſuit tn̄ ſolū curā ſanguinee ⁊ flegmatice: qm̄ ab his cāis frequē
tius euenire ſolet vt ēt rōne manifeſtū ē intelligenti. Vtrū autē
fiēda ſit prio flōmia a guideç vel a cephalica vel a ſaphenis de
quibꝰ dictū eſt ad finē capituli: ⁊ vtrū in hac ſanguinea ꝯueni/
ant cliſteria videbit̄ loco ſuo īfra qꝫ ſi ita nō fuerit ⁊c̄. In hac 2ª
ꝑte principalis ꝑtis ponit curā flegmatice prius ponēdo ſigna
⁊ ſunt oīa clara ⁊ magis declarabūtur ex his que dicentur in/
ferius. Jo. Mattheus.

Abita ſummaria expoſitiōe

littere totius capituli ad vberiorē intelligētiā
b totius māe de apopleſia ſm̄ ordinē: primo vi/
debit̄ de quid noīs huius termini apopleſia ⁊
quid rei eius. 2º poneut̄ diſtinctiōes ⁊ ſpecies
eius: deinde videbimus de cauſis eiꝰ ⁊ ſignis
multipliciter. Vltimo ponet̄ cura.

Quid nominis. Quid ergo noīs apopleſie ē qꝫ apo/
pleſia ideʒ ſonat qd̄ ꝑcuſſio letalis.
nam apopleſiʒ grece idē eſt qd̄ ꝑcuſſio latine: qm̄ idē quaſi ꝯtin
git in apopletico qd̄ accidit in letalr̄ ꝑcuſſo: q꞉ ſicut letaliter ꝑ/
cuſſus cadit: ⁊ aliquādo fit ſine anhelitu aliquādo cū anhelitu
⁊ ſomno doloroſo ⁊ ſtat iacens velut ⁊ mortuus cū pungit̄ non
ſentit: ita etiā hec acidentia ꝯſequuntur ad apopleſiā: ⁊ ꝑꝑ hec
intitulauit Auēzoar capitulū de apopleſia: caplʒ de ſilentio.

Quid rei. Quid rei deſcribit̄ a Gal. 3º de accidēti caº
3º qꝫ eſt mollities tutius corꝑis cū ablatione
regitiue virtutis dicit̄ apopleſia: ⁊ idē i tertio iterioꝝ caplo 7º
⁊ vltimo dicebat apopleſiā eē cōem ⁊ ocioſitatē oīuʒ mēbrorū:
vnde i tertio iterioꝝ caplo vltimo appellauit ocioſitatē mēbro/
ruʒ oīum ꝑter faciē nō apopleſiā ſʒ mollitieʒ membroꝝ ifra ca/
put tm̄: aliqn̄ tn̄ etiam mollities ꝑticularis mēbri vt genu dicit̄
apopleſia ſʒ improprie vt 7º affo. in ꝯmento affo. ſi lingua intē/
ꝑerata repēte fiat: vn̄ ablatio ſenſus ⁊ motꝰ alicuius mēbri ali/
quod apopleticū corpꝰ dicit̄. Dicit etiā tertio de accidenti loco
allegato Gal. ꝑ virtutē regitiuā itelligimus virtutē imaginati
uam diſcretiuā ⁊ memoratiuaʒ: vn̄ in apopleſia ꝯnotat̄ qꝫ talis
mollities ſit depēdēs a vētriculis cerebri: ideo. A. diffiniēs apo
pleſiā prima tertij i fine dixit qꝫ apopleſia ē ocioſitas mēbroꝝ a
ſenſu ⁊ motu ꝓpter oppilationē ꝯtingentē i vētriculis ⁊ decur
ſibus ſpūs ſenſibilis ⁊ motiui i vētriculis. ſ. oībꝰ cerebri. Dicit
Gētilis: ocioſitas mēbroꝝ intelligit̄ nō quelibet ocioſitas ſed
ocioſitas ꝑ mollitieʒ: vn̄ apopleſia nō tm̄ dicit ipotētiā ab oꝑa/
tōe ſenſus ⁊ motꝰ: ſʒ dicit potētiā cū molitie nō cū ꝯtractu ſʒ
cū relaxatōe qm̄ i ſincopi ēt eſt ablatio ſenſus ⁊ motꝰ: ſʒ non eſt
oppilatio i vētriculis cerebri: iō illud addit. A. in diffinitōe apo
pleſie: ⁊ hic nota qꝫ ꝑ curſus ſpūs ſenſibilis ⁊ motiui intelligere
debemus vacuitates vel cameras vel anfractꝰ vel ꝯmiſſuras ⁊
vlr̄ ꝑ quaſcūqʒ vias ꝑ quas poſſūt deferri ſpūs ad cerebrū: ēt
ꝑ quas mādaut̄ ſpūs a cerebro ad origines neruorū ⁊ ad exte/
riora: ⁊ ēt intelligimꝰ venas guideç ⁊ venas dormitatorias vel
artarias per quas mittunt̄ ſpūs a cerebro ad cor ⁊ econuerſo a
corde ad cerebrū. Sʒ nota q꞉ dixit textꝰ ſenſibilis ⁊ motiui cuʒ
iſte vene dicte apopletice nō vident̄ vie ſpūs ſenſibilis ⁊ moti/
ui: ſed vie ſpirituū ad cor: videret̄ qꝫ ꝓpter oppilationē eaꝝ nō
fiat apopleſia: ꝓ quo notandū qꝫ ſpūs ſenſibilis ⁊ motiuus qn̄/
qʒ dicit̄ quicūqʒ ſpiritꝰ vitalis ex quo pōt fieri animalis. 2º ēt
dicit̄ ſpūs ſenſibilis ⁊ motiuus oīs ſpūs animalis: ſumit̄ ergo
large hic ſpūs ſenſibilis ⁊ motiuus vel ꝓ ſpū vere aīali a cere/
bro ꝓueniēte: vel ꝓ omni eo qꝫ pōt eſſe inſtrumentū vel mate/
ria ſpūs ſenſitiui ⁊ motiui i cerebro. aliqn̄ dicit̄ ſoluʒ de illo qui
ē ꝓprie in cerebro nucha vel neruis ꝓ tali oꝑatione aptꝰ: ⁊ hoc
modo diſtinguit̄ ſpūs vitalis ab animali. vnde nota qꝫ ille ve/
ne groſſe iō dicunt̄ apopletice: q꞉ illis oppilatis homo cadit in
apopleſiā: ⁊ hoc q꞉ fit oppilatio i curſibꝰ ſpūs ſenſibilis ⁊ moti
ui: q꞉ ſpūs vitalis ex quo dʒ fieri animalis i cerebro. Et hoc bn̄
nota qꝫ lʒ alie artarie vel vene oppilarent̄ per quas trāſit ſpūs
vitalis: q꞉ tamē nō trāſit per eas ille vitalis qui trāſmittit̄ a cor
de ad cerebrū vt in aīalem ſpūʒ cōuertat̄: non debʒ ille dici cur
ſus ſpūs ſenſibilis ⁊ motiui: ⁊ pro tāto ſi fieret ipotētia ad oꝑe/
ratiōes ꝓpter oppilationē eaꝝ: citiꝰ fieret ſincopis q꞉ fieret re/
tractio q̄ʒ apopleſia nec illi ocioſitati ꝯpeteret diffinitio apople
ſie. Vtrū autem apopleſia dicat̄ eſſe egritudo vel accidēs: dico
qꝫ apopleſia ꝓprie dicit̄ eē illa egritudo q̄ eſt oppilatio: ⁊ ocioſi/
tas dicit̄ eē accidēs: ⁊ ita apolpeſia duo dicit. ſ. egritudineʒ ⁊
accidens: q꞉ tn̄ ocioſitas mēbroꝝ magis nobis eſt manifeſta q̄ʒ
oppilatio: iō apopleſia nobis declarat̄ magis ꝑ ocioſitatē q̄ʒ ꝑ
oppilationē. ⁊ ex hac declaratiōe appꝫ ꝯueniētia inter apople/
ſiam ſincopim epilēſiā ⁊ ſubeth ēt ⁊ differētia ꝯueniētia ē q꞉ in
ſincopi fit aliquis cadēs quaſi dormiēs ⁊ cū pungit̄ nō ſentit ⁊
in ſubeth ſimilr̄ ⁊ in epilēſia ſi epilenſia ſit fortis. Diſtinguunt̄
aūt iſte diſpōnes q꞉ in ſincopi nō fit leſio in cerebro niſi ꝑ cōita
tem: q꞉ in ſincopi fit retractio ſpirituū ad cor: i apopleſia nō: ſed
fit ꝓhibitio trāſitus ſpūum ad inſtrumēta vel mēbra ſenſus ⁊
motus: i ſincopi etiā nō fit iſta oppilatio ēt ſincopizatꝰ dicit̄ q̄ſi
mortuus ſine colore apopleticꝰ appꝫ in colore nō multū remo/
to a nāli ſaltē ꝑ tēpus diſtinguit̄ ab epilēſia ſm̄ quoſdā ſcriben
tes ſm̄ magis ⁊ minꝰ: ita qꝫ dimidiū apopleſie ē id qd̄ totū ē epi
lenſia: ⁊ in apopleſia fit oppilatio ſm̄ totū: in epilēſia nō ſm̄ to/
tum: que ſnīa lʒ videat̄ eē expreſſa de mēte Serapiōis: tn̄ debʒ
intelligi cū ſale q꞉ declaratio ſic apte nō eſt bona. nā aliqua eſt
apopleſia debilis i qua nō fit oppilatio ſm̄ totū: ⁊ tn̄ nō eſt epilē
ſia: ēt aliqua ē epilēſia mortalis i qua eſt oppilatio oīuʒ vētricu
loꝝ: ⁊ tn̄ nō eſt vera apopleſia. nā oppilatio in vētriculis ⁊c̄. que
talis ⁊ tāta eſt qꝫ de ſe nata ē facere ocioſitatē i mēbris: de qua
dictū eſt abſqʒ ſpaſmo: aut ꝯtractione ventriculoꝝ cerebri vel
curſuū ſpūs ſenſibilis ⁊ motiui talis eſt apopleſia: lʒ aliquotiēs
cū apopleſia ꝯiungat̄ ſpaſmus: qn̄ aūt mā nō eſt oppilās tanta
qꝫ nō ſufficit facere oppilationē talē ad quā ſequat̄ ⁊c̄. niſi cum
ꝯtractione curſuū ſpūs ſenſibilis ⁊ motiui: ⁊ fit talis ꝯtractio ⁊
ꝯſequēter oppilatio tūc eſt epilenſia: diſtinguit̄ ergo ſʒ magis
⁊ minus nō ſimplr̄ ſed cū ꝯnotatōe ſupradicta: ⁊ iō in epilenſia
ſemꝑ ꝯcomitat̄ ſpaſmꝰ dicit Auic. nō ſenſatꝰ vel nō ſenſitiuꝰ: ⁊
i quarto iterioꝝ caplo 2º ē dr̄ia i duobꝰ q꞉ epilēſia dicit̄ eē ocio/
ſitas totiꝰ corporis mine in mollificatōeʒ ꝑmutās ⁊ i apopleſia
eſt mollificatio. Scd̄a dr̄ia eſt q꞉ i epilēſia eſt nocumētū i eſſen/
tia magis cerebri: i apopleſia nō ſʒ i vētriculis epilēſia: ergo eſt
ſpaſmꝰ toti cōis ⁊ ſic ꝯiungit̄ ꝯtractio. Differētia aūt iter apo/
pleſiā ⁊ ſubeth eſt difficilior: ſed dr̄ia eſt q꞉ ſtat eē ſubeth abſqʒ
oppilatōe vt loco ſuo videbit̄: nō ſic i apopleſia. Naʒ in ſubeth
duo itelligunt̄. Prio q̄dā ipotentia ſpūs ſʒ nō ablatio ſenſitiui
ad oꝑatōes: ē eiʒ redditꝰ ſpūs aīalis ad cerebrū ⁊ ipotētia ſpūs
ſenſitiui ad ꝯphēdēdū exteriora obiecta mediocria recte: ⁊ i hoc
diſtiguit̄ a ſomno nāli: qm̄ i ſomno nāli ſentiunt̄ aliq̄ mediocria
recte

recte: ⁊ iō nō est subeth: vñ imagināꝰ aliqñ dormiētes sepe bibē
rez dulcē multū ꝓpter flegma dulce ad os stomaci descēdens
vt dicit philo. in subeth fit ergo reddit⁹ spūuz ad cerebꝛū: non
oīuz sz ꝑ maioꝛi ꝑte: qꝛ tot remanēt qꝺ vita ꝑmanet ⁊ aliqñ in
somno discurrūt. Apoplesia vero dicit ipotētiaz nō ꝓpter red/
ditū spūuz ⁊ est ipotētia ad oēs opatōes: vnde dicebat Gal. 3⁹
īterioꝝ ca° 7°: Nō vidēt neqꝫ audiūt neqꝫ aliquo sensu sentiūt
neqꝫ memoꝛanꝰ neqꝫ ītelligūt: ⁊ hoc qꝛ idez eodē 3° ca° vltimo
dixit: Sz apoplesia cū totis noceat aīatis actionib⁹ mōstrat cer
tissime nobis eē passionē in essentia cerebꝛi nocet ergo oīb⁹ ope
ratōib⁹: ⁊ hoc qꝛ fit ꝓhibitio mot⁹ aut expāsionis spūuz ꝑꝑ op
pilatōez ⁊c̄. Dubitaꝰ qꝛ sincopis dicitur vehemētioꝛ lesio qꝫ
apoplesia: ⁊ tñ sincopis est reꝑabilis ⁊ apoplesia nō saltez foꝛtis
cū apoplesiā foꝛtē soluere est ipossibile debilem vero non facile.
Rñdeꝰ qꝛ in sincopi fit retractio spūuz ad coꝛ: ⁊ ideo foꝛtificaꝰ
coꝛ ad generatōez noui spūs ⁊ ad multiplicatōez eoꝝ ex sangui
ne ī coꝛde exñte: ⁊ ita multiplicati expādunꝰ ad exterioꝛa ⁊ sic fit
facilis releuatio in coꝛꝑe foꝛti: in debili nō: ideo ī coꝛꝑe robusto
audēt medici facere flōmiam vsqꝫ ad sincopiz: ⁊ in coꝛꝑe debili
nō qm̄ a sincopi coꝛpus foꝛte naturalr̄ releuaꝰ: nō sic debile ꝓ/
pter cām alias datā ⁊ quā ponaz īfra in ca° sincopis: nō sequiꝰ
ergo sincopis fit in pꝛīcipalioꝛi mēbꝛo: ergo nō dꝫ eē reꝑabilis:
nec ēt est simile de epilēsia ⁊ apoplesia. s. qꝛ si ab epilēsia releuaꝰ
qꝛ ēt ab apoplesia debeat releuari: qm̄ in epilēsia fit spasmus ⁊
spasm⁹ ꝯsequiꝰ malā qualitatē exñtez in cerebꝛo: est ergo modi
ca mā vtplurimū faciēs epilensiā: multa aūt ꝯtingit ad causan/
dū apoplesiā cū hoc tñ stat qꝛ ī epilēsia aliqñ fit aggregatio tāte
mãe ⁊ tā pꝛaue qualitatis qꝛ ab ea nō releuaꝰ eger.

Distinctiōes apoplesie et species eius

Jam succedūt ponēde distinctōes d̄ apoplesia. Pꝛia distīctio
cōiter posita ē hꝛc qꝛ quedā ē foꝛtis quedā debilis ⁊ quedā fm̄
moderníoꝛes leuis dicentes qꝛ in foꝛti ē maxima oppꝛessio vir/
tutis: ī debili minoꝛ: in leui minoꝛ. Sz dicam⁹ cū Hyp. 2° affo.
affo. 42°: ⁊ cū Gal. cōmēto eodē illo affo. apoplesiā foꝛtē solue/
re ⁊c̄. qꝛ apoplesia quedā ē foꝛtis quedā debilis. Apoplesia foꝛ/
tis diuidiꝰ in tres spēs vt Gal. ibi ī ꝯmēto. Pꝛima qñ auferꝰ
anhelitus fm̄ totū: ita ēt vt nō manifesteꝰ spuma: ⁊ est ablatio
anhelitus ⁊ stridoꝛis fm̄ totū ⁊ tūc ē apoplesia foꝛtis: ⁊ talis de
oibus diciꝰ maioꝛ ⁊ peioꝛ vt ibidē Gal. Alia ē foꝛtis mīoꝛis ma
licie in qua dꝛ eē anhelitus ꝑuersus intersectus lachꝛymosus ⁊
cū suspirÿs qñ fit anhelatio vñ suspirāt dure ⁊ cū angustia ⁊ ali
qñ cū expectaꝰ noua anhelatio itercipiꝰ ⁊ hoc significat magnā
oppꝛessionē in virtute nō tñ hoꝛrendā sz talē qꝛ nō hꝫ potentiā
anhelitū hēre: ⁊ in hac specie sepe ꝯiūgiꝰ stertoꝛ foꝛtis ⁊ spuma
rubea. Tertius gradus ē qñ fit anhelitus ꝯtinu⁹ sed diuersus
nō tñ vnius oꝛdinis in diuersitate: sz aliqñ maioꝛ: aliqñ minoꝛ:
aliqñ cū maioꝛi sonitu: aliqñ cum minoꝛi ⁊ significat notabilem
oppꝛessionē in virtute cum nō possit virtus oꝛdinate eleuare ⁊
depꝛimere: isti tres gradus sunt incurabiles: qꝛ quilibet eoꝝ si/
gnificat oppꝛessionē magnam in virtute ⁊ foꝛtē oppilatōez ꝓhi
bentem exituz spūum aīalium dantiū motū musculis pectoꝛis:
⁊ sic calm naturale coꝛdis nō pōt tanto tꝑe īmoꝛari sine debita
euētatōe vñ fit suffocatio ⁊ moꝛs. Alia ē apoplesia d̄bilis fꝫ quā
fit difficultas in anhelitu ⁊ ē iacēs hō sicut moꝛtu⁹ ⁊ ē anhelit⁹
diuersus oꝛdinat⁹ tñ paruus ⁊ talis lꝫ arguat oppꝛessionē virtu
tis. Nō tñ tāta neqꝫ tā foꝛtis ē oppilatio quin sit ꝓbabile mãz
posse ꝑmutare vt ad ꝑalesiz: qꝛ modica ē ⁊ ꝯñr pōt eē nō ad moꝛ
tē ⁊c̄. Dubitaꝰ qꝛ dictū ē qꝛ pꝛimus gradus ē cū fit pꝛiuatio
anhelitus stridoꝛis ⁊ spume. Videꝰ ergo ī isto cāu qꝛ nō moueā
tur mēbꝛa pectoꝛis: ⁊ ꝯñter qꝛ coꝛp⁹ nō sit apoplecticū qꝛ nō vi/
uens. Nā sanitatē vel egritudinē ipossibile ē fieri nō hñtib⁹ vi/
tam dicit phus in p° de sensu: ergo ī nulla apoplesia fiet ī totuz
subtractio spūum ad ipsuz pectus ita vt nullo mō moueaꝰ: qꝛ
eēt moꝛs. Ad hoc rñdet Gal. in ꝯmēto allegato ⁊ dicit ip̄e ē mi
randū quomō fiat subtractio spūum aīalium in totū ad ipsum
pectus: ⁊ tñ pectus moueaꝰ: vñ ꝯcedit qꝛ in tali apoplectico pe/
ctus moueꝰ lꝫ nō ꝑceptibilr̄ ēt aliqñ cōcedit qꝛ moueñꝰ muscu/
li pectoꝛis angustiose subtracto in totū influxu spūs aīalis a ce
rebꝛo ꝑꝑ integrā oppillationē: vñ alÿ musculi a musculis pe/
ctoꝛis nullo mō mouētur sz ipi soli moueñꝰ vt dicit: qꝛ necesse ē
manēte vita fieri anhelitū. Vñ 6° interioꝝ ca° 3° dixit Gal. sz
sine dubio credēdū ē hoiem sepato quidē anhelitu nō posse vi/
uere: nec anhelitū viuo ꝑmanēte separi ⁊c̄. Omne eīm aīal qꝺ
viuit necesse anhelitū hēre ⁊ oē qꝺ anhelitū hꝫ viuit: qꝛ possibi
le ē pect⁹ moueri nālr̄ tm̄ ꝑ calm̄ tm̄ nāle ⁊ vitale nō cōcurrēte
spiritu aīali: ⁊ hoc ex desiderio spūs. i. anhelit⁹ ꝑꝑ coꝛ: ⁊ hoc nō
aꝑꝑeat mirabile qm̄ Aui. 21° tertÿ dicit qꝛ pꝛimū qꝺ viuit ē coꝛ
est etiā vltimū qꝺ moꝛiꝰ: ergo ꝑ tꝑe mouebiꝰ qñ nō influet cere
bꝛum in coꝛ ⁊ sic nō mouebiꝰ tūc ꝑ spūm animalē: verū est qꝛ si
pauco tꝑe durat ⁊ sic illa apoplesia cito iterficit. Dubitaꝰ 2°
qm̄ tu dixisti qꝛ talis apoplesia ē maxīe moꝛtalis ⁊ ēt foꝛtis qñ
nō ē spuma nec aꝑꝑet anhelitus. Cōtra hoc ē Aui. in tex. dicēs
⁊ aliqñ accidit vt hō īcidat apoplesiā ⁊ nō aꝑꝑet differētia iter
ip̄m ⁊ moꝛtuū: ⁊ nō aꝑꝑet aliquid anhelit⁹ in eo oīo: ⁊ tñ hō re/
uiuiscit ⁊ sanaꝰ ⁊ nos plurimos hoꝝ vidim⁹ ⁊c̄. Vult ergo tex/
tus qꝛ ī apoplesia foꝛti hō sanaꝰ ⁊ reuiuiscit: ergo sequiꝰ qꝛ ī ta/
li apoplesia nō ē maximus gradus lesiōis ꝓ quo nota vt decla
rat Jaco. foꝛliuiensis ⁊ Vgo senēsis suꝑ isto affo. apoplesiā foꝛ
tē soluere ⁊c̄. qꝛ ī apoplesia lꝫ ꝑ ablationē anhelitus arguamus
suꝑ foꝛtē apoplesiā nō tñ simplr̄ sed cū quibusdā circūstantÿs.
Nā coꝛpoꝝ quedā sunt in quib⁹ virtus motiua mēbꝛoꝝ anhe/
litus ē debilis ⁊ necessitas pauca in quib⁹ ēt facta oppilatōe ex
mā frigida infrigidatū ē coꝛ. In his eīm coꝛꝑibus ēt debilis op
pilatio erit cā aut ablatiōis quasi in totū anhelit⁹: aut anhelit⁹
duri: ⁊ tñ hec nō ē apoplesia foꝛtis: ⁊ iō nō semꝑ ꝑ ablatōez an/
helitus aut ei⁹ duritiē declamus apoplesiā foꝛtē. Nā ī tali coꝛ
poꝛe frigidi coꝛdis vbi ē modica necessitas euētādi sufficit mo/
dica euētatio ⁊ ꝯñter ꝑuus: imo modicissim⁹ anhelitus sufficit
ad euētādū. Et sic non ē necessariū nisi modicū mouere: que cā
oppilās in coꝛꝑe foꝛti quasi non impꝛimeret nocumētū qꝛ virt⁹
illā mām resolueret vel applicaret se ad trāsmutēdū spūm si fo/
ret necessitas euētandi: ⁊ iō solū qñ fit ablatio anhelit⁹ vel du/
ritics eius ab oppilatiōe que talis ⁊ tāta est vt sufficeret ī coꝛde
foꝛti ⁊ calide ꝯplexionis auferre anhelitū vel ip̄m durū ⁊ multū
diuersum facere: tūc debemus dicere qꝛ ex hoc signo declaraꝰ
apoplesia foꝛtis: ⁊ iō cū ista ꝯtingūt in coꝛꝑe foꝛti ⁊ calido possu
mus sufficiēter arguere suꝑ apoplesiā foꝛtē. Ex hoc pꝫ qꝛ ali
quod certū accidens malū vel equale est deteri⁹ signuz in foꝛti
qꝫ in debili: sequiꝰ etiā qꝛ ab equali cā occurēte lesiua citi⁹ re/
ducibile eē ad moꝛtē coꝛp⁹ foꝛtioꝛis qꝫ d̄bilioꝛis virtutis: vt pꝫ
si vtrūqꝫ deberet laqueo suffocari. In casu ergo dicto coꝛdis
frigidi sufficit vt pauci spūs ad coꝛ a cerebꝛo veniāt ꝑꝑ paucaz
necessitatē euentādi: ⁊ iō ille sanaꝰ ⁊ reuiuiscit qꝛ modica est cā
faciēs apoplesiā: iō dicit. A. qꝛ hoc accidēs. s. qꝺ sanēꝰ nō ꝓue
nit nisi in coꝛde frigido vel ꝑ id qꝺ accidit ei ex frigoꝛe. Alia po
nitur diuisio fm̄ quosdā: ⁊ dicūt qꝛ apoplesiaꝝ quedā ē moꝛta/
lis quedā est salubꝛis: nō placet ista diuisio. nā oīs apoplesia est
moꝛtalis qꝛ de foꝛti nō est dubiū: sz ī debili quātūlibꝫ debili ē
magna oppꝛssio virtus. nam foꝛmale apoplesie est vt hō iacet vt
moꝛtuus sine motu ⁊ sensu ⁊ semper tanta est clausio spirituum
ad mēbꝛa exterioꝛa qꝛ fit pꝛiuatio ī motu volūtario: ⁊ significat
magnā oppꝛessionē maxīe ī cerebꝛo foꝛti: ergo est moꝛtalis ⁊ nō
sequiꝰ in apoplesia debili sanaꝰ ergo moꝛbus est salubꝛis sicut
nō sequiꝰ iste moꝛbus ē moꝛtalis ergo moꝛieꝰ: sz diciꝰ salubꝛis
nō qꝛ semꝑ sequaꝰ salus: sz qꝛ nata est ꝑ nāz moꝛbi sequi salus:
iō nulla est salubꝛis: vñ Azaranus dicit: Apoplesiā foꝛtē solue/
re impossibile: debilē vero miraculosuz: p̄cipue qꝛ melioꝛ cuius
terminatio ē ad ꝑalesiz. Alia distīctio quedā est apoplesia ꝓpter
oppilationē ventriculoꝝ vel anfractuū cerebꝛi: quedam ꝓpter
oppilationē artariaꝝ substātieticaꝝ. Alia distinctio de apople/
sia quedā est mālis quedā īmaterialis. Per īmālez intelligēdo
illam cuius oppilatiōis cā ⁊ ꝯñter apoplesie: maxime ē extrinse/
ca vel pꝛimitiua ⁊ sic habebunꝰ cāe eius. Pꝛimo de pꝛimitiua
exemplificādo vt aer frigidus: exēpli grā in sua qualitate occur
rens ꝯstringēdo facit oppilationē: ⁊ sic facta oppilatiōe in ven/
triculo ⁊ in oꝛiginibus neruoꝝ vel cursuū spūs sensibilis ⁊ mo
tiui fit ociositas mēbꝛoꝛuz a sensu ⁊ motu ⁊ sic apoplesia: vñ ⁊ si
apoplesia semꝑ fit moꝛbus officialis vel ip̄m ꝯcomitans: qꝛ op
pilatio vel oppilationē sequēs: tamē etiā aliqñ diciꝰ moꝛb⁹ cō/
similis vel ex malitia ꝯplexiōis cōtingens: vt qñ oppilatiōis cā
fit malitia ꝯplexiōis vt dictū est: ⁊ similē distinctionez īnuebat
A. cū ponebat eā sub hac foꝛma. ⁊ ē sc̄da distinctio qꝛ oppilatio
vnde fit apoplesia quedā fit ꝑ clausionē quedā ꝑ repletionē: ea
que fit ꝑ clausionē vt si fiat a cā extrinseca vt frigiditate vel ꝑꝑ
ꝯpꝛessionē etiā a cā extrinseca vt a casu vel ꝑcussione supꝛa ca/
put vnde ꝯpꝛimaꝰ cerebꝛū ꝯp̄sso craneo suꝑ ip̄z: ⁊ sic latera vē/
triculoꝛum cerebꝛi adinuicē applicenꝰ vel alioꝛuz meatuū: ⁊ ꝑꝑ
talez occursuz fit oppilatio attenuatoꝛia: ⁊ similr̄ ēt si fieret clau
sio ⁊ oppilatio ēt attenuatoꝛia ꝑ ꝯp̄ssionē ⁊ stricturā venaꝝ apo
plecticaꝝ vt sepe solēt facē pueri: vt dixit Aggregatoꝛ bꝛixiēsis:
pōt etiā fieri vt dicebat textus Auic. ab oī cā doloꝛē cāte: vñ
cerebꝛū cōtrahiꝰ ⁊ sic cōstringiꝰ vel alias a vapoꝛe vel a quali/
tate vel mā mala qualitate īpꝛimēte sine doloꝛe vt cā venenosa
vñ etiā cerebꝛū ꝯtrahiꝰ: tū vt fugiat nocumentū ⁊ nocentē rē:
tū vt melioꝛ fiat conatus ī exp̄ssione ⁊ expulsiōe rei nocētis: ve/
rum ē tñ qꝛ nisi ꝯiungaꝰ mā que de se sit tanta vt sine ꝯtractōe
⁊ spasmo sit apta ⁊ sufficiēs facere oppilationē ꝓhibentē trāsi/
tum spūum aīaliū ad mēbꝛa nō eēt dicēda talis dispositio apo/
plesia sed magis epilēsia. Sed itellecta sola oppilatōe sine spas/
mo cū cōditōibus vt supꝛa dꝫ dici apoplesia ⁊ aliqñ ⁊ ibi. 2° fit
ꝑ replōnē: ⁊ hoc duplr̄ ꝯñatur qꝛ talis replō aut est aꝑans aut
non aꝑans. Nā mā oppilās iter vētriculos exñs ⁊ causans aꝑa
īnexionē ad substantiā cerebꝛi facit coartationē ī meatu ⁊ oꝛigi
nibus neruoꝝ vel cursuū ⁊ extensionē fm̄ modū supꝛa dictū: ⁊
sic pōt eē cā apoplesie: ⁊ talis est ex speciebus apoplesie ꝑuerse
siue mā aꝑans fuerit cal'a siue frida vt dicit Aui. Si ēt fuerit mā
non aꝑans: hoc multiplr̄ eē potest ⁊ ꝑ viam defluxus ad ip̄as
vacuitates cerebꝛi ⁊ ꝑ viā ēt paulatine cōgestionis: vñ pōt a ꝑ/
cussione ꝑ venas ramificatas ꝑ miringas cerebꝛi ⁊ ꝑ ꝯmissuras
⁊ pāniculos fluere mā sanguinea ad vacuitatē vētriculoꝝ ⁊ fa/
cere oppilatōez. Pōt ēt a friditate comp̄sso cerebꝛo expꝛimi hu
midū aqueū flegmaticū a cerebꝛo ad vētriculos ei⁹: vñ ei⁹ coꝛ/
pulētia oppilabiꝰ vētriculus saltē fm̄ ꝑtez oꝛiginū neruoꝝ siue
cursuū ⁊c̄. ⁊ fiet apoplesia ꝑ similitudinē quā ponit Gal. tertio
affo. in ꝯmēto affo. xiii. s. si hyems australis ⁊ pluuiosa fiat ⁊c̄.
vbi ponebat similitudinē qꝛ manu ꝯpꝛimēte spōgiaz plenā aq̄
expꝛimiꝰ de spōgia humiduz aqueū: ita de cerebꝛo expꝛimi pōt
humidū aqueū ad vētriculos vt supꝛa. Pōt etiā fieri ꝑ viaz
paulatine ꝯgestionis vt cōiter euenit maxīe ꝑ aggregatōez fleg
matis ī vētriculis cerebꝛi ex debilitate virtutis digestiue ⁊ ex/
pulsiue ip̄ius cerebꝛi p̄cipue cuz cerebꝛū ex flegmate vel sangui
ne flegmatico meli⁹ nutriaꝰ: vñ qꝺ suꝑfluit ⁊ flegmaticū existit.
Aliqñ ēt fit ab hūoꝛe melācolico vt vult Gal. in ꝯmēto affo.

sexte ꝑticule: Apoplesia accidit a.xl.anno vsq; ad.lx.vel.lxx. vbi volebat ī hac etate fieri apoplesiā ꝑꝑ humorē melācolicum multiplicari ī his etatibꝰ: pōt fieri a vaporibꝰ oppilātibꝰ vt primo ⁊ essentialr̄ multiplicatis ī vētriculis ipsius cerebri vel ꝑ cōmunitatē aliūde: ⁊ ꝙ dictū est nō tm̄ de cursibꝰ spūū sensibilis ⁊ motiui terminati ꝑ cerebrū ⁊ a cerebro originalr̄ itelligēdū est: sȝ ēt ꝑ cursus itelligēde sunt vene ⁊ artarie apopletice ī quibus facta oppilatōe causat̄ apoplesia: que cōiter fit ꝓpter defluxuȝ humidi ꝯglobati ⁊ īspissati a cerebro versus cor. vnde facta oppilatōe ī ipsis vijs ꝓhibet̄ trāsitus spūs aīalis a cerebro ī cor ⁊ vitalis a corde ī cerebrū: qui vitalis aliquo mō dicit̄ aīalis vt supra fuit declaratū. ⁊ hoc intelligit Arist. pª ꝓblematū ꝓblemate 9° ad finē: ⁊ Gal. 3° affo. ꝯmēto allegato: ⁊ Hyp. 4° regiminis acutoꝝ: ⁊ illud est qđ solet dici ele cazuto lagozola: est tm̄ minꝰ eueniēs q̄ȝ de causis supradictis qūocūq; tm̄ sit aut apoplesia est ipa oppilatio ventriculoꝝ ⁊ cursuū ⁊c̄. aut est sequens eā. Et ex hoc correlarie sequit̄ ꝯtra cōiter scribētes modernos: maxie ꝙ ex dolore in mēbris vicinis cerebro sine oppilatōe cōtrahēte vel ꝯuertente spūs aīales ad cerebrū vn̄ fieret ociositas in mēbris de sensu ⁊ motu ꝙ talis dispositio nō eēt dicēda apoplesia quā tm̄ ipi dicūt eē apoplesiā. Ideȝ dicūt ipsi ꝙ si ꝑ itēperātiaȝ in cerebro nō acquiret̄ in spū aīali tꝑamentū ꝯueniens ꝓ sensu ⁊ motu ita ꝙ mēbra ociosa remanerent ñ stāte oppilatōe: tūc eaȝ ociositatē ponūt apoplesiā: qđ nō est veꝝ lȝ eādeȝ sniaȝ posuerit Jacobꝰ de forliuio ꝓbabilr̄ sup affo. supallegato. xlij. secūdi afforismoꝝ. Et ita dicūt stante malo tꝑamento vel mala ꝯplone vel debilitate ī corde: vn̄ ñ generet̄ spūs vitalis ꝯueniēs ad debitas ꝑparatōes sensus ⁊ motꝰ ī eo: vn̄ fiat ociositas ī mēbris dicūt ēt tūc talē ociositatē eē apoplesiā: qđ ēt nō est veꝝ vt ex dictis pȝ cū nō ꝯiūgat̄ ī dictis casibꝰ oppilatio ī ventriculis cerebri vel ī cursibꝰ ⁊c̄. vt supponit̄: sȝ dicta ociositas ad dictas cās seqns ponēda est ī alijs caplis. Nā primꝰ casus reducēdus est ad somnū vel subeth. 2ꝰ ad stuporē. 3ꝰ ⁊ quartꝰ ad sincopiȝ vt pȝ ex dictis supra ⁊ ēt ex dicendis ifra ī suis capitulis apparebit: nūc ponant̄ cāe spāles de ipsa apoplesia.

Cāe spāles apoplesie extrinsece.

Causarū quedam sunt extrinsece quedā sunt intrinsece corꝑales. Extrīsece sunt circa aerē vt aer frigidus. Nā frigiditas tribꝰ mōis pōt esse cā apoplesie. Primo ꝯstringēdo vētriculos cerebri ⁊ meatus spūs sensibilis ⁊ motiui ⁊ inspissando humidū in eis ꝯtentū: ⁊ sic frigiditas aeris ē cā imediata apoplesie. 2° mō fridītas ē cā mediata apoplesie: nam debilitādo digestiuā cerebri ⁊ stomaci multiplicat̄ humiditas ī cerebro ⁊ fit apoplesia ⁊ multiplicat̄ in stomacho ⁊ mittit̄ ad cerebrum. 3° mō fridītas est cā cōstringēdo substātiā cerebri ⁊ ab eo exprimēdo humidū ī venis apopleticis. Et hoc ponit Gal. dicēs ꝙ in venis medijs inter cerebrū ⁊ cor pōt fieri oppilatio. Idem vult ꝑhus ī fine ꝓblematū ꝓblemate 9° ēt aer humidus ⁊ grossus ē cā qr facit in relaxatōeȝ pāniculoꝝ ita ꝙ anfractus vnus cadat super alterū ꝓpter relaxationē ⁊ mā ibidē media existēs causat oppilationē ⁊ sic apoplesiaȝ: ⁊ sic causat̄ ab aere ventoso ⁊ frigido ⁊ humido ⁊ grosso.

Cibus ēt quilibet multe quātitatis causans replōnē cuiuscūq; qualitatis siue caliditatis ⁊c̄. pōt eē cā apoplesie ꝓpter multitudinē. Cibus eīm modicꝰ pōt eē cā apoplesie mediata ꝓpter resolōnē spūum: vn̄ modicū humidū sufficiet ꝓhibere trāsituȝ spūum ad mēbra ⁊ sic poterit fieri ociositas mēbroꝝ ꝑꝑ debilitatē ⁊ paucitatē spūum. Qualitas aūt cibi ad hoc facit vt cibus frigidus vel grossus vel viscosus: ⁊ sic ista oīa gīant apoplesiā. Vn̄ dicit Gal. 4° de iterioribꝰ ca° 2°: ꝙ cā apoplesie ē mā frigida ⁊ grossa vel aliqn̄ subtilis sȝ viscosa. nā loquēs đ mā epilēsie stuporis ⁊ apoplesie dixit: Cā quaꝝ triū passionū mā frigida ē ⁊ grossa aut sine dubio viscosa. Potꝰ ēt vini maxie ⁊ ebrietas ē cā apoplesie: nā causat multū oppressionē ī virtute spiritꝰ aīalis replō vini. Nā vinū sicut ꝯfortat calorē nālem: ita maxie nocet spūi aīali ⁊ vinū calidū ⁊ humidū ē illud de quo hic intelligit̄. Potus ēt aque ⁊ reꝝ frigidaꝝ ⁊ sirupoꝝ frigidoꝝ qr inspissant humidū ⁊ sic fit oppilatio ⁊ ē cā fortis eiꝰ. Iō remedia frida ad caput ⁊ maxie si sint humida ⁊ ꝯiungat̄ in eis australis frigiditas talia faciūt apoplesiā p̄cipue si occurrāt capiti pleno ⁊ paruo vt sunt inunctōes ⁊ fomētationes ⁊ similia. Somnꝰ diurnus ⁊ maxie super dorsuȝ factus ⁊ maxie in loco frigido ⁊ humido ⁊ capite nō decenter eleuato neq; extremis ꝯdecenter calefactis ⁊ cooꝑtis: vn̄ ex tali accubitu fit casus sup̄fluitatū ad vētriculū posteriorē ⁊ oppilatio ꝯñter ⁊ apoplesia lȝ ēt ī apoplesia fiat oppilatio ī vētriculis anterioribꝰ cerebri ⁊ nō tm̄ in posteriori vt dicit Auic. Rō ē qr si nō fieret in vētriculo anteriori vltra oppilatōem posterioꝝ facies apopletici eēt apparēter sana qđ tm̄ nō cōtingit. Fit tm̄ ꝯueniētior oppilatio ī posterioribus vētriculis q̄ȝ in anterioribꝰ ꝓpter casuȝ mãe ī partē decliuiorē: ⁊ qr vētriculi posteriores sūt strictiores accubitꝰ ergo supra dorsum ē cā apoplesie: ⁊ sic somnꝰ multus ꝑꝑ retētionē superfluitatū: ēt quies nimia ē cā apoplesie multiplicās mām fridam flegmaticā que ꝑ motū resolueret̄. motꝰ ēt nimiꝰ debilitat ⁊ infrigidat lȝ per nām calefaciat: vt dicit Auic. qr sup̄fluus resoluit spūm. Etiā oēs cāe ducētes ad repletionē pñt eē cā apoplesie vt multū comedere cibaria mlt̄e substātie que nimis replēt: etiam cāe inaniētes sunt cāe apoplesie vt nīmꝰ coitꝰ nimia vigilia: etiā passiōes aīales vt tristitia ⁊ timor. Nā inspissat̄ cerebrum ⁊ humidū ⁊ spūs ingrossant̄: gaudiū superfluū ēt debilitans ⁊ resoluēs: oīa ista per accidēs inducūt apoplesiā. Et oēs has cās sub epilogo notauit Gal. de accidēti ca° 3° reducēdo ad quattuor cās ī genere. Vna ē extrinsecū occurrēs frigidum vel calidū maxime fridū. 2ª cā est quātitas ⁊ qualitas cibi ⁊ potus vt declaratū est vt frigidus ⁊ humidus sit cibꝰ: vt dictū ē. 3ª cā est ꝯstrictio ⁊ largitas. nā per ꝯstrictionē pōt fieri a cā extrinseca apoplesia cōstrictis venis apopleticis siue laqueo siue manu ꝯprimētibꝰ fit apoplesia: ita etiā qn̄ alie vie medie oppilātur vt euitet̄ trāsitꝰ spūum fit apoplesia: vt de suffocatorio dat exēplum Gal. qr fit extinctio cādele ꝑ suffocatoriū: ⁊ sic cōstrictio pōt eē cā apoplesie: ⁊ sic largitas mēbroꝝ vt tꝑe estatis nimiꝰ calor laxat mēbra ⁊ fit apoplesia. ⁊ addit: ⁊ nimius motus ⁊ nimia quies.

Cause intrinsece apoplesie.

fortes medicine debēť ad curationē stuporis sicut ad curatiōeȝ
palesis īmo fortiores ī palesi. Nā fortiori morbo fortior debeť
medicina vt in ꝯmēto afo. quarte particule: eleborus periculo-
sus ⁊c. mitiores ergo debenť medicie quecūq3 ī stupore q̄ȝ ī pa-
ralesi cū palesis sit maior morbus ex quo palesis dixit ablataȝ
operationē tactiuā ⁊ stupor diminutā ⁊ ꝓinde sequiť ⁊ ē sn̄ia
sedē partis: ꝙ cū inueterauerit hec passio q: tunc nō sufficiant
medicine dicte mitiores iā declatur ꝙ ē passio ꝓxima palesi: ⁊
sic cum eisdē debebit curari cū quib⁹ curať palesis vt aliquo-
tiēs cū pillulis fetidis ⁊ cū dieta appropriata: īmo ēt cū anacar-
dino si expediat ī ꝓuocatione febris vt supra dictū ē. Et ex hoc
īsinuat ꝙ in morbo debili ē exhibēda medicīa debilis: ⁊ ita ma
le faciunt qui in oī dolore leui capitis sumūt pillulas cochias:
vbi sufficeret leuis medicīa hoc ē qꝺ itēdit lr̄a: lege eā. Sequiť
illa pars: tremor aūt ex eisdē curať. Hec ē 2ª ps pricipalis ca
pituli ī qua Rasis ponit curā tremoris ⁊ duo facit. Nam ponit
curā gn̄alez. 2° spālem duaꝝ causaꝝ spāliuȝ. 2ª ibi: Qꝺ si ex
superflui vini potu ⁊c. ⁊ illa pars pōt diuidi in duas: qm̄ p° po
nit curā tremoris ex superfluitate potus vini gn̄alr. 2° ponit cu
ram

ram eiusdē torture ꝯtingētis ex sup̄fluitate potus aque frigide. De p̄ᵃ p̄te dixit: tremor aūt ex eisdē curaꝛ ex qbꝰ sanaꝛ stupor. De 2ᵃ p̄te dixit spālr magis q̄ si ex sup̄flui vini potu euenerit eger erit ab ipo abstinēdus: silr aquā q̄ ex niue bibēs .i. extreme fridā hāc icurret passiōez ab ipa absticat: ⁊ balneū calidissimū i- grediaꝛ i quo tādiu morā faciat donec sudet ⁊ i sole assidue mo- reꝛ. Pro itelligētia p̄tis p̄rio notādū q̄ tremor etiā equiuoce sumiꝛ. nā aliqñ ē accidēs virtutis expulsiue nālis factū a virtu- te ad excutiēdū rem nocētem que ꝯtingit in tremore i principi- is paroxismorū p̄pter expādi nām nociuā supra musculos ⁊ mē- bra neruosa: ⁊ de ista nō est sermo hic. 2° modo sumiꝛ tremor vt est actꝰ vel op̄atio lesa: q: diminuta virtutis motiue neruo- rum: ⁊ talis est motus quidā ꝯpositus p̄ter nām ex motu virtu- tis ex vna parte ⁊ morbi ex alia vt quāto virtus eleuat mēbruz tanto morbus vel eiꝰ mā ipm deponit: ⁊ est quasi duellū ꝯtinuū iter virtutē mēbri substentatiuā: ⁊ ipm mēbrum cū mā vel ma- teriam eius grauitatē: ⁊ de hoc dixit Auēzoar scribēdo tremo- rem hūc q̄ est motus agitatiꝰ ex pugna iter morbū ⁊ virtutem que cuz superat eleuat mēbruz cū sup̄atur deprimiꝛ: iō ꝯcludit q̄ collum ex parua causa incurrit tremorez propter pondus ca- pitis q̄ sustentat. Secundo notandum q̄ quia ex eisdem fe- re causis pendet stupor ⁊ tremor scz ex oppilatione vel malo tē- peramento spiritus vel membri ⁊c̄. nam i vtroqz ē debilitas in op̄atiōe virtutis aīalis: sz in stupore ē debilitas in virtute aīali sensitiua: ⁊ in tremore debilitas in virtute aīali motiua: stātibꝰ ergo cāis similibꝰ dictorū nocumentoꝝ ex eisdem curabiꝛ tre- mor ⁊ ex quibus sanaꝛ etiā stupor. dicebat tamē Ger. q̄ que- dam sunt medicine ⁊ quidā cibi qui magis appropriare videnꝛ tremori q̄z stupori: exēplificat de cibis de cerebro leporis assato q̄ ꝯuenit p̄priꝰ i tremore lz etiā ꝯpetat ⁊ i stupore ⁊ i p̄alesi. Et dixit Auēzoar i caplō de tremore q̄ capita lepoꝝ p̄parata cum brodio qd̄ diciꝛ thafea fit cuz aq̄ ⁊ sale ⁊ modico oleo: si ꝯtinuēꝛ eoꝝ exp̄ientia est p̄bata. Nā nō dicimꝰ vt ipse dixit ea virtute ꝯplōis sup. manifeste valere sz a p̄prietate sue substātie: q: vz oībꝰ specie bꝰ tremoris: ⁊ ibi ponit vnam sniam catholicā dixit q̄zuis multi loquuti sint de p̄prietatibꝰ: quaꝝ sciētia est ipossibi- lis sup. haberi. Nā itellectꝰ nr̄i deficiūt qñ deus voluit nobis ponere mēsurā sup. ad itelligendū quā nō possumꝰ p̄terire: vñ Gal. ꝯfiteꝛ nō posse sciri a nobis illud .s. de cāis p̄prietatū. Vñ addidit Auēzoar: Sciētia eniz ⁊ sapiētia solius dei excelsi ē quā dat cui vult ⁊ qñ vult ⁊ quō vult. Nā vt dicit occultauit nobis multas medicias ⁊ brutis reuelauit: nā reuelauit oībꝰ medici- nas vlceris pulmonis q̄s nobis occultauit. Notādū vltīo q̄ ex potatōe multi vini fit tremor p̄ modum q̄ dictꝰ est i p̄alesi: q: idigestū penetrat ad neruos ⁊ ibi acetosaꝛ ⁊ ꝯñter corrūpit ꝯple- xionē nerui vel spūs eius: ergo cura est dimissio vini: ⁊ loco eius fiat aq̄ mellis de q̄ supra dictū ē: ⁊ nō tātuz nocebit sz erit eius cā curatiua: qd̄ aūt potꝰ aque fride sit ad iducenduz tremorem satis constat ⁊ ꝯñter eius cura per calefactionez ⁊ exiccationez.

Pro itelligentia ampliori capituli: ex ordine sunt q̄dā vidēda. Prio de qd nois ⁊ qd rei ipsiꝰ stuporis ⁊ ꝯñter tremoris: deinde sunt ponende distinctiōes ⁊ spēs haꝝ disponūz. 3° videbiꝛ de cāis. 4° de signis p̄nosticis euentꝰ absolute: postea ad bonum vel ad maluz: deinde de signis demōstratiuis geneꝝ postea spe- cieruz. vltimo veniemus ad curam.

Quid nois stuporis.

Circa p̄ᵐ ergo vt de qd nominis ⁊ quid rei est p̄rio notāduz q̄ stupor sumiꝛ multiplr. Prio p̄ lesione virtutū sensi- tiuaꝝ iterioꝝ p̄cipue imaginatiue vt qñ quis videꝛ valde occu- patꝰ circa aliqd tñ nihil p̄fert diciꝛ stupidus ⁊ est stupor mētis. Aliqñ sumiꝛ stupor large p̄ longo sonno: ⁊ hūc modū reprobat Gal. 2° affo. cōmento 3°. Aliqñ ēt sumiꝛ q̄si idē sit qd̄ in poten- tia sensus ⁊ motꝰ añs ad apoplesiaz sicut subeth. Aliqñ ēt vsus huiꝰ nois stupor est sinonimū nomini p̄alesis vt dicit .A. i prin- cipio capituli. Aliqñ sumiꝛ stupor p̄ dormitatōe mēbri vel mē- broꝝ vt hic sumiꝛ p̄ dispōne media iter ꝯpletā siue vltimā lati- tudinē .i. p̄alesim ⁊ sanitatē .i. diminuta est actio saltē sensus ta- ctus vt dixit Raš p̄° ꝯtinentis: ⁊ Gal. 5° de accñti caplō 2°: di- xit q̄ dormitatio ē alicuiꝰ mēbri p̄ua mollitia saltē vtplurimū. ⁊ iō diciꝛ dormitatio q: dormiēs nō exercet op̄a qbꝰ declaraꝛ corpꝰ eē sanū: nō est tñ p̄pterea corpꝰ egrū: q: nō semp̄ lesuz in op̄ationibꝰ sicut ēt i dormiēte est diminuta op̄atio tactiua ⁊ nō absolute ita vt i stupore vt supra dictuz est circa litteraz.

Quid rei stuporis.

Quid rei autem dicit Auic. q̄ est morbꝰ officialis faciēs eue- nire in sensu tactuali nocumētum .s. aut destructionez aut di- minutionē cum tremore si est debilis: aut mollificationez si est confirmatus: quoniā virtus sensibilis non solum prohibetur a penetratiōe .s. aliquotiēs: sed ⁊ motiua quāuis i quibusdā ho- ris iueniaꝛ stupor absqz difficultate motus p̄pter diuersitatez neruoꝝ motus ⁊ sensus: ex quo tex. sequiꝛ q̄ in stupore p̄prie ē nocumentū in sensu tactiuo ⁊ nō in op̄atione motiua q: dimi- nutio: ⁊ hoc ē qd̄ dicit Gal. 4° de accidēti caplō 5° dicit q̄ stu- por est accidēs sensus tactꝰ: vñ diminuta sensatio ē illa que p̄- prius attribuiꝛ stupori: ablatio vero sensus nō sic appellaꝛ stu- por. Et nota q̄ ablatio sensus ⁊ motus si fiat s̄m totū ē idez qd̄ apoplesia: si s̄m partē ē paralesis: si s̄m particularē p̄tem fiat est paralesis p̄prie illiꝰ partis. sz si fiat ablatio motus ⁊ nō sit abla- tio sensus sz diminutio tantū: diciꝛ stupor q: ad hoc q̄ dicaꝛ stupor requiriꝛ q̄ sit diminuta sensatio mēbri de necessitate: ali- quādo tamē cuz ea est ablatio motus. Sz p̄ intelligētia descri- ptionis nota q̄ Aui. dicebat stuporē esse officialē egritudinem ⁊ hoc q: plerūqz cōtingit p̄pter oppilationē i neruis qui ē mor- bus officialis vel q: stupor nō accidit nisi mēbris sensibilibꝰ .i. manifestaꝛ in organicis vt dicit Costa primo cōtinētis: sz nō ē disputatio de hoc vtilis: vtruz .s. sit morbꝰ an accidēs. Sed dubitaꝛ q: dicit cuz tremore si sit debilis ⁊c̄. ē ne semp̄ hoc ve- rum q̄ cū stupore cōiungaꝛ tremor aut p̄alesis. Pro hoc nota q̄ neqz semper cōiungiꝛ tremor neqz semper mollificatio: imo nō est mollificatio absolute cū stupore: neqz si fuerit fortis neqz debilis: sz exponiꝛ cū mollificatōe si ē fortis .i. accidens ad mol- lificationē nō q̄ dicaꝛ sub noīe mollificatiōis: cū stupore tñ vt sepe ꝯiūgiꝛ tremor qñ cāe stuporis .i. qbꝰ debilitaꝛ sensus tactꝰ p̄ easdē vt sepe debilitaꝛ motꝰ volūtariꝰ: ⁊ sic cuz stupore con- iungitur tremor. tamen dicit Gal. 4° de accidenti capitulo 5° dubitādo ē ne semp̄ verū q̄ qñ ē diminuta op̄atio sensitiua sit ēt diminuta motiua. Rñdet qñ virtus sensitiua ⁊ motiua p̄ eū- dem deferꝛ neruuz vt discoop̄to musculo: tūc si debiliteꝛ op̄a- tio sensitiua ita q̄ fiat stupor fit ēt tremor q: debilitaꝛ motiua eo q̄ maior quātitas spūuz requiriꝛ ad motū q̄z ad sensuz ideo ⁊c̄. ⁊ adducit rōnē ad hoc. nā sensus stat i quodā pati: motꝰ non stat i quodā pati sed i quodā agere. Nā dixit loco allegato sen- sus tactus suscipit actionē ab alio ē eīm quasi pati: iōqz parum virtutis aīate sufficit ei: motus aūt lacerti nō suscipit actionem ab alio sed ipse facit i alio quoniā ipse mouet corpus. vñ necesse fuit multā aīate virtutis habere qualitatē: iō cute excorticata ⁊ lacertus discoopertꝰ apparens nullatenꝰ hz motū ⁊ si sensum ipse nō amiserit. Virtus tñ tactiua mālis magis imutaꝛ qñ fue- rit debilis q̄z qñ fuerit fortis vt corp̄a debilia tp̄e hyemis tre- munt ⁊ non sic fortia tremūt. ergo virtus mālis tactiua a certa cā debili imutaꝛ: ⁊ non sic imutareꝛ si eēt fortis: ergo facta di- minutōe in sensu fit etiā in motu. Secus ē si per diuersos ner- uos deferaꝛ virtus sensitiua ⁊ motiua: vt si virtus sensitiua sit i neruo expanso sursuz ⁊ virtus motiua sit i neruo posito in p̄- fundo tunc poterit ledi pars superior nō aūt iferior motiua ⁊ sic p̄hibebiꝛ sensus ⁊ nō motus. ideo volebat dicere Auic. q̄ si sit debilis fit stupor.

Quid rei tremoris.

Expedito de quid rei stuporis cōuenit q: Rasis in caᵒ d̄ stupore simul determiauit de tremore. Determiare hic de tre- more p̄rio videbiꝛ de quid rei ēt eius ⁊ preter ea que dicta sunt supra in textu s̄m Auēzo. describēdo tremorē q̄ ē motus agita- tiuꝰ ex pugna inter morbuz ⁊ virtutē s̄m Gal. dicaꝛ 5° de ac- cidenti caᵒ 2° q̄ tremor p̄prie sumptus qui ē accidens virtutis volūtarie motiue dr̄ eē motꝰ cōpositus ex motu mēbri morbidi vel ifirmi ⁊ motu virtutis ita q̄ ē motꝰ cōpositꝰ ex motibꝰ ꝯrīs vno .s. deorsuz vt a grauitate mēbri vel a mā i mēbro exñte alio sursuz a virtute eleuāte. vñ dicit Gal. q̄ cū hō ē sanus s̄z im- periū volūtatis pōt ad quālibet partē positionis mouere mem- brū ⁊ ipsū extēdere ⁊ sic tenere mēbrū i omni situ. ⁊ cū mēbruz ē mortuū ⁊ paraleticū deponiꝛ i totū ⁊ a virtute eleuari nō po- test: sed cū ē ꝯpar grauitas mēbri ad deponēdū virtuti motiue ad eleuandū vel quiescere faciendū ita q̄ ē bellū quasi ꝯtinuuz iter virtutē motiuā ⁊ grauitatē mēbri fit tremor p̄prie sūptꝰ. Nā nisi motus tales nō habeāt inter se cōtinuitatē vel succes- sionē non diceret vere tremor. vñ si ēt grauitas mēbri nō de- poneret ita q̄ virtus nō conareꝛ subleuare mēbrū nō fieret tre- mor s̄m Gal. loco allegato qd̄ declarat ex eo. Nā si ponaꝛ ca- put tremulū supra culcitrā mollē quiescit: sz cū virtus conatur sustētare mēbrū p̄p̄ laborē ꝯcurrēte capitis grauitate ad alterā positionē fit tremor ita ēt qñ virtus vult releuare manū tremu- lā vel scribere fit tremor. sz qñ manꝰ i certo situ qescit apodiata nō fit tremor: sed vbi tñ vellet i certo situ sustētare manū graui- tate mēbri inclināte ad ꝯriū ⁊ virtute nō simplr dñante nec gra- uitate simplr dñante tunc fit tremor. vñ augmētata virtute po- nitur sursuz cū vero grauitas fit fortior moueꝛ deorsuz ⁊ sic fit tremor. iō .A. declarās tremorē dicit: tremor est morbꝰ officia- lis eueniēs p̄pter defectuz virtutis motiue a motu lacertorum s̄m ꝯtinētē ꝯpar grauitati cōpari intromittēti sua motione mo- tionē volūtariaz quare ꝯmisceꝛ motꝰ volūtarij cum motibus non voluntarijs: ⁊ est tremor nocumentū in virtute motiua si- cut stupor insensibili virtute. vnde sicut stupor est lesio diminu- ta quia diminuta sensatio tactiua membri: ita tremor est dimi- minuta actio virtutis motiue volūtarie q: deficit in mouendo mēbrū aut sustētādo: diciꝛ ergo q̄ ē morbus officialis: ⁊ sic est dispō p̄ter naturā: ⁊ ē officialis q: nāe organice q: morbꝰ i situ cuz mēbruz nō possit moueri ad situz intētuz a nā vel ꝯseruari in situ intēto a nā: vt tñ diciꝛ eē talis motꝰ ꝯpositus vr̄ magis accidēs q̄z morbus: sz pro quāto intēdiꝛ dispō que ē in mēbro talis vel sic est morbus ⁊ diciꝛ morbus officialis: neqz obstat si dicaꝛ motus talis sursuz factus ē factꝰ a virtute q: est s̄m intē- tionē nāe ⁊ motus grauitatis deorsuz ē motus nālis: ergo talis motus nō est p̄ter nām: ⁊ sic nō est morbus: dicaꝛ q̄ sicut cōce- dendū est q̄ fiat a virtute: nō fit tñ a virtute nāliter intēdente ⁊ oī modo nā nō impedita sic itendente natura. nā virtus mēbrū subleuans leuat ipm a termīo quodā a quo ad terminū ad quez vltra quē eleuaret nisi impedireꝛ: ⁊ sic ē p̄ter nām sic intēdente hoc euenit ergo p̄pter defectū virtutis motiue: q: nā nō p̄uenit adid qd̄ intēdit. dicit ꝯñter ita silr eē de grauitate mēbri que deorsuz magis: ⁊ ad terminū vlteriorē descēdendo moueret ni- si eēt virtus subleuās: vñ etiā ex p̄te huius ē p̄ter nām: iō totus motus ꝯpositꝰ est p̄ter nām: addit ex defectu a motu lacertoruz s̄m continuitatez q̄ declaraꝛ: nam virtus motiua: verbigratia niteretur facere motuz continuuz ab a ad b: ⁊ cū veniat ab a ad

c terminum infra b grauitas membri deponit membrum: ⁊ sic
non continuatur motus ſm cõtinuitatez compar grauitati cõ/
pari intromittenti sua motione motionez volũtariaz idest vir/
tus motiua in subleuãdo est compar grauitati intromittẽti du/
plr̃ exponẽdo ly intromittẽti.i. resistendi sua motione deorsum
idest grauitate mouẽte deorsum virtus ẽ sibi ꝯpar intromittẽti
ẽ cõpar virtus virtuti mouẽti sursuz vel alr̃ ꝯpar ⁊c̃.i. virtus ẽ
ꝯpar grauitati intromittẽti.i. incitãti q̄ꝛ grauitas excitat virtu
tem ad mouẽduz sursuz: verbigratia vbi mẽbruz a virtute inci
tatur vt sustentet̃ mouet̃ a grauitate deorsum: tunc ergo talis
grauitas sic mouẽs incitat virtutẽ vt eleuet mẽbrum: ẽ ergo cõ
par virtus motiua grauitati.s. cõpari ĩtromittẽti.i. incitãti vir
tutem ad motionẽ voluntariam.i. ad volũtarie mouen̄. sursum
quare cõmiscent̃ motus volũtarij cũ motib⁹ nõ volũtarijs.i.
cuz motibus deorsuz: ⁊ sic illa successio motuũ facit tremorez.
⁊ dicit hic Gẽtilis ꝙ totus tremor ẽ accidẽs virtutis volũta/
rie motiue. nã cuz membrũ sua grauitate mouet̃ deorsuz ẽ ac/
cidens: q̄ꝛ defectus virtutis volũtarie motiue cuius est mẽbrũ
sustẽtare. ⁊ cũ mẽbrũ mouet̃ sursuz est accidẽs virtutis ⁊ ẽ eius
actio preter nãm ⁊ nãlis: q̄ꝛ factus a nã ꝓter nãm tñ q̄ꝛ nõ ſꝫ to/
talem intẽtionẽ nãe: q̄ꝛ forte ad altiorẽ terminũ vellet mouere si
posset ⁊ ẽ aliqualr̃ nãlis q̄ꝛ ad eleuandũ ĩclinat nã. Sꝫ hic no
ta ꝙ grauitas mẽbri nõ ẽ simplr̃ ꝯpar virtuti motiue q̄ꝛ nõ fie/
ret motus: sed ad hunc ĩtellectũ dicit̃ ꝯpar q̄ꝛ sicut virtus nõ ẽ
simplr̃ dñans sed debilis ad mouendũ. neqꝫ grauitas simplici/
ter dñans ad virtutẽ: imo cũ ad certũ terminũ eleuat virt⁹ de/
primit̃ vbi ad altiorẽ terminũ eleuaret̃. silr̃ cũ ad certũ terminũ
descẽdẽdo deprimit̃: deprimeret̃ magis nisi a virtute eleuaret̃.
est ergo ſm hunc modũ ꝯpar. Posset tñ dici ꝙ ꝓ aliquãto tp̃e
vel instãti dicit̃ ꝯpar: vt cũ incipit mouere ꝑ remotõez ꝺ pñti
vt ẽ notũ in phia. Jã ponẽde sũt distĩctõẽs quedã: quarꝫ pria
sit ꝙ stupor aliqñ accidit ſm totũ: aliqñ ſm partẽ: aliqñ ex nocu
mẽto cerebri: aliqñ ex nocumẽto nuche: ⁊ qñqꝫ ei⁹ principiũ ẽ ex
spõdili: aliqñ ex nocumẽto particularis mẽbri sicut palesis fit ſꝫ
diuersas partes mẽbrorꝫ. Et similis distĩctio põt poni de tre/
more. Dicebat Auic. tremor qñqꝫ ẽ in oĩbus mẽbris.s. excepto
capite: ⁊ qñqꝫ ĩ corpore.s. toto: qñqꝫ in capite solũ: ⁊ qñqꝫ fit tre
mor in vtrisqꝫ manib⁹ ⁊ nõ in pedib⁹: ⁊ qñqꝫ sup. ecõtra lꝫ vt/
plurimũ magis fiat ĩ manib⁹ q̃ꝫ ĩ pedib⁹: de cã videbit̃ infra.
Alia distĩctio cõis ⁊ stupori ⁊ tremori. nã aliqñ accidit talis
successiõe aliorꝫ morborꝫ ⁊ aliqñ pñcipiãdo. Et successiõe aliorꝫ
aliqñ accidit per viã crisis manifeste ⁊ aliquotiẽs nõ. Jtẽ qdaꝫ
ẽ recens quidã antiquus ⁊ ꝯfirmatus. Jtẽ ⁊ ẽ vltia distĩctio
quelibet talis dispõ: aut ꝯtingit ĩ corpore forti ex cõplõne etate
vel sexu: quedã ĩ corpore debili vel nãlr̃ vel ex cã accidẽtali. Ex
pedito hoc 2° principali veniendũ ẽ ad tertiũ puta ad causas ha
rum dispositionuz.

Cause stuporis.

Causarꝫ igit̃ prius stuporis quedaꝫ sunt primitiue: quedã corꝑales. Nã
aut sumit̃ ex parte virtutis cũ debilitat̃.s. cũ minuit̃ mensura
spũum qui requirunt̃ ad sensuz tũc fit stupor: vt cũ quis ẽ ꝓxi/
mus sincopi vel morti. nã tũc mẽbra ĩcipiunt stupere ⁊ hoc mõ
vigilia supflua ⁊ oẽs cãe debilitãtes sũt cãe stuporis ex ꝑte vir/
tutis vel fit stupor: ⁊ hoc mõ correspõdẽter tales vel similes cãe
minuẽdo virtutẽ motiuã sũt cãe tremoris ex parte instrumẽti:
qꝺ ẽ spũs vel istrumẽti qꝺ ẽ mẽbrũ: nã oꝫ spũm cẽ dispositũ vt
in eo recipiatur virtus motiua siue sensitiua: ideo spissitudo in
spũ ꝓpter malã q̃litatez vel ab aliqua cã occulta vt a venenoso
aĩali facit spũz nõ debitũ istrm̃ virtutũ. nã q̃libet talis facit ipꝫ
ĩhabilez vt ĩ eo virt⁹ debite recipiat̃. Jn mẽbro ẽt põt cẽ ĩdispo
sitio ad recipiendũ ĩpressionez spũs vel a malitia ꝯplõnis fride:
ẽt a malitia ꝯplõnis calide: vñ aliqñ ĩ febrib⁹ stupent mẽbra aut
fit ꝑꝑ oppilatõez ꝓhibẽtẽ debitũ trãsitũ spũuz: ⁊ hec oppilatio
ꝯtingit aut a cã extrĩseca aut ꝑꝑ ĩpressionẽ alicui⁹ grauis põde/
rãtis: ⁊ qñ vnuz crus ꝯprimit aliud ⁊ ita ligature ⁊ cõstricture:
vel ꝯtingit ex mã replõnali vt a mã sanguinea flegmatica: etiã a
colera ⁊ a vẽtositate ⁊ a vaporib⁹ grossis fieri põt. Et ex hoc po
test declarari qõ q̃re pedes magis stupescũt q̃ꝫ man⁹ ⁊ alia mẽ/
bra: Rõ ẽ q̄ꝛ pedes sũt magis lõgiqui a corde ⁊ a cerebro: iõ cũ
minorent̃ spũs magis ledit. Sꝫ hec rõ vt statiz videbit̃ de tre/
more hꝫ difficultatẽ: ẽt ad pedes defluũt vapores magis grossi
vñ fit ĩdispõ respectu spũs ⁊ respectu ĩstrumẽti: ⁊ iõ ĩ idrope tu/
mescũt pedes. 3ª cã est ⁊ est fortior: qm̃ pedes sunt pñcipalr̃ fa
cti ad motuz ꝓgressiuũ: iõ tact⁹ pedis nõ est ita ꝓportionat⁹ si/
cut ĩ alijs mẽbris: q̄ꝛ aliud tẽperamentũ requirit̃ ad motũ aliud
ad sensuz: ⁊ ibi ĩ neruis est tꝑamentũ magis ꝓ motu ⁊ sic nõ ꝓ
sensu ꝑꝑ duritiez ĩ eis existẽtem: ideo nõ sic penetrare põt virt⁹
sensitiua. Jdeo dicebat Aui. ꝓpter hoc ꝯtingit ĩ tactu pedis cũ
ꝯpositione ad tactũ man⁹ sicut stupor. Pꝫ ẽt q̃re ĩ dormitatõe
cruris appꝫt ꝙ pes sit multũ põderosus ⁊ multe grauitatis. rõ
est q̄ꝛ ĩ stupore ẽ diminuta virt⁹ sensitiua ⁊ motiua: mẽbruz er/
go est tanq̃ꝫ passuz ⁊ virtus tanq̃ꝫ agens: pes ergo multũ resi/
stit ꝓpter grauitatẽ. Pꝫ ẽt q̃re stante stupore fit quedã formi/
catio in mẽbris que ẽ quidã motus ĩordinatus spũum vel va/
poruz ꝓpter oppilationẽ viarꝫ. nã virtute debili exñte multi va
pores imprimũt ĩ virtutẽ sensitiuã qui virtute forti exñte nõ ĩ/
primerẽt saltẽ cũ nocumẽto: ⁊ sic senes hñt fere oĩa mẽbra stupi
da ꝑꝑ corꝫ frigiditatẽ ⁊ siccitatẽ.

Cause tremoris.

Ex his ẽt sũmarie colligunt̃ cause tremoris. Cãe igit̃ ei⁹ sũt tres ĩ gñe
q̄ꝛ oĩs cã vel sumit̃ ex parte virtutis vel instrumẽti vel vtrius/
qꝫ. Ex parte virtutis vt si debilitat̃ virtus ĩfra debilitatez que
facit ad paralesiz: nã tremor ẽ media dispõ ⁊c̃. sicut ẽt ⁊ stupor:
⁊ hoc mõ oẽs cãe que faciũt ad virtutis minorationẽ.s. spũum
sũt instrumẽta minoratõis motiue vt dictũ ẽ supra vel ẽt distẽ/
perãtia spũum ita ꝙ nõ habẽt qualitatẽ ꝓportionatã que ꝯtin
git in timore ex aspectu rei terribilis vt aspiciẽdo ab alto: ⁊ hoc
mõ transiens supra trabẽ in altuz tremit: vel cũ quis dꝫ orare
corã venerãdo quẽ timet: ĩsurgit tremor q̄ꝛ ꝯuertit̃ spũs ad mi
nerã.s. cor ⁊ miorat̃ spũs: ẽt passiões aĩales fortes sũt cã tremo
ris maxĩe timor vt ex aspectõe lupi ⁊ occursu ad hominẽ furio/
suz ⁊ inimicũ inuentũ in excogitato ẽt ⁊ tristitia. Et in hoc po/
nit. A. nõ soluz esse debilitatez: sꝫ ẽt ꝓpter diuersuz motũ ꝯtin
gentẽ in spiritib⁹: ⁊ ad hãc cãz reducit̃ coitus fact⁹ supra reple
tionẽ q̄ꝛ debilitat ⁊ resoluit spũm: ẽt facit diuersuz motuz ĩ spi/
ritibus: res etiã dissolutiue calefaciẽtes ⁊ ẽt multũ infrigidãtes
vel simplr̃ vel cũ mala qualitate vt potus aque fride ledit ⁊ mor
sus scorpionis aquatici ledit cuz frigiditate formali ⁊ cũ ꝓprie/
tate venenosa. ⁊ dicit Gentilis notanter dicit. A. de scorpione
aquatico q̄ꝛ hꝫ venenũ frigiduz: ⁊ terrestris hꝫ adurens ⁊ cali/
dum aut scꝺo principalr̃ sumit̃ ex ꝑte instrumẽti: ⁊ hoc mõ aut
distemꝑando ĩstrumentũ.s. neruos vel musculos vel ꝓpter ex/
cessiuam frigiditatẽ in instrumẽto.s. ꝓpter humiditatẽ mollifi
cantez instrumentũ ĩfra illã a qua fit palesis vel ꝓpter siccita/
tem faciẽtẽ duritiẽ: vñ difficulter mouet̃ mẽbruz ⁊ neru⁹ a vir/
tute: lꝫ cõiter nõ fiat mẽtio de siccitate. ĩmo dicit Gẽtilis ꝙ su
mendo ꝓprie tremorẽ vt sumit̃ in hoc caplo siccitas nõ addu/
cit ad hunc tremorẽ. nã ſm hoc ĩ ethico fieret tremor: sꝫ fit mo/
tus tremulus mẽbri qui ꝓprie nõ ẽ tremor: nõ ꝙ fiat duellũ: tñ
nõ incõuenit imaginari ꝙ siccitas sit cã tremoris ꝓprie sumpti
ꝓ quãto oĩs ĩmoderata discrasia in instrumẽto ledit actũ pro/
prie virtutis illius ĩstrumẽti vel mẽbri ꝑ idẽ mediũ sicut ⁊ ꝺ stu
pore: vt dicit Gal. dãdo exẽplum de aere vel aqua ĩspissatis in
quib⁹ ꝓpter grossitiẽ nõ põt lumẽ solis bene penetrare ⁊ nõ se/
quit̃: ergo in ethico fieret tremor: est tñ ꝯcedendũ ꝙ multotiẽs
fit tremor cuz ad illã vltimã siccitatẽ venit: ñ tñ semꝑ ẽ ĩ ethico
tanta siccitas sufficiẽs facere tremorẽ ꝓprie lꝫ ẽt forte remissior
siccitas q̃ꝫ que ꝯiungit̃ in ethico si subito induceret̃ possꝫ ẽẽ cã
tremoris ex maiori ipius lesiõe q̃ꝫ si paulatine ĩduceret̃. Alia
cã sumit̃ ex ꝑte oppilatiõis ex mã grauitãte mẽbrũ ⁊ oppilante
plerũqꝫ flegmatica lꝫ aliquãdo sanguinea melãcolica ẽt coleri/
ca lꝫ rarius pñt ad hoc ducere: ⁊ illa mã flegmatica ĩuuit Aui.
⁊ est patiẽs.i. apta resolui a calore nãli ꝓpter subtilitatẽ ipsius:
⁊ aliquãdo nõ est patiẽs a virtute vel ꝓpter grossitiẽ ⁊ multitu/
dinem eius vel ꝓpter eius excessiuã frigiditatẽ. vñ dixit Gen/
tilis videm⁹ ĩ senib⁹ tremulosis accidere bauas subtiles ex ori/
bus eorꝫ: ⁊ nõ ẽ bonũ signũ. nã lꝫ mã subtilis sit: ⁊ vt sic videa/
tur apta resolui a virtute: tñ q̄ꝛ est multũ frigida fit nõ patiens
a virtute: imo est multũ resistẽs resolõni. Põt etiaꝫ fieri dicta
oppilatio ĩ neruis a cã extrinseca neruo vt de apate nerui vici/
ni vel ꝯplexione ⁊ ligatura: vt dicebat̃ supra de stupore. Et ali/
quando ⁊ tertio principaliter sumit̃ causa ex parte vtriusqꝫ.s. ĩ/
strumenti ⁊ virtutis: vt quãdo causa ledens instrumentũ etiam
ledit spirituz: vt esset mala cõplexio frigida q̃ ledit simul ⁊ tẽ/
peramẽtũ ĩ spũ ⁊ instrumẽto motiuo: tũ q̄ꝛ ĩmobilitat: tũ q̄ꝛ cõ/
trariat̃ ꝯplõni qualitatiue spũs: ita dico ꝺ hũiditate remolliẽte
instrumẽtũ puta neruũ ⁊ ingrossante spũm: nã tũc fit nocumẽ
tum simul in ĩstrumẽto ⁊ ĩ virtute. vel alr̃ dicit Auic. Nã si sint
due cãe ⁊ ex vna ledet̃ instrumẽtũ seorsũ ⁊ alia cã ledet virtutẽ
seorsuz: quarũ.s. neutra seorsũ ẽ sufficiẽs cã ad causanduz tre/
morẽ sed simul ꝯplicate fit vna cã totalis sufficiẽs ex parte ĩstru
mẽti ⁊ ex parte virtutis: ⁊ exponũt sicut accidit ĩ multũ potãti/
bus. nã mẽbris ⁊ instrumẽtis neruosis debilitatis a vino lꝫ ta
lis debilitas in musculo vel instrumẽto per se nõ sit sufficiens
ad tremorẽ inducẽdũ: tñ quecũqꝫ cã debilis ĩpressiõis aliquid ẽ
minuẽs de virtute erit sufficiẽs simul cũ debilitate in instrumẽ
to ad ipsũ inducẽdũ. Nã videm⁹ ꝙ ex modico timore tales tre/
munt vel ex offensiõe vel occursu inimici a quacũqꝫ cã debili ⁊
hoc ꝓpter debilitatẽ in instrumẽto simul cũ debilitate virtu/
tis vñ fit cã vna totalis sufficiẽs vbi si instrumẽtũ cẽt bñ ꝓpor
tionatũ ex vna istarꝫ causarꝫ nõ ĩduceret̃ tremor. ⁊ sic patꝫ q̃uõ
aliquando contingit tremor ex debilitate virtutis nõ cõcurrẽ/
te mala dispositiõe in instrumẽto: ⁊ aliquãdo ex ĩdispõne ĩ ĩstru
mẽto: ⁊ aliqñ ex ĩdispõe ĩstrumẽti puta musculi vel nerui ⁊ aliqñ
ex vtrisqꝫ simul. Sꝫ dubitat hic Aui. q̃uõ ꝯtingat tremor ĩ ma
nib⁹ nõ exñte eo ĩ pedib⁹: ⁊ rõ dubietatis sumit̃ ex hoc. Nã cũ
pedes sint distãtiores a mineris q̃ꝫ man⁹ ⁊ tremor sequat̃ virtu
tis debilitatẽ videt̃ ꝙ si debilitas sit in manibus ex qua sequat̃
tremor sequit̃ a fortiori qꝺ ĩ pedib⁹. Rñdet̃ dãdo tres rñsiões.
Pria rñsio est ꝙ vbi cẽt oppilatio in origie neruorꝫ argumẽtuz
faceret euidentiã: nã ĩ tremore nõ fit ĩtegra oppilatio. Facta er/
go oppilatõe in cerebro ex qua minoret̃ q̃ꝫtitas spũuz cũ in lon
ginquũ veniẽtes debilitent̃ videt̃ fieri maior debilitas in pedi/
b⁹: sꝫ vbi fiat oppilatio ĩ neruis venientib⁹ ad brachia nõ facta
ĩ neruis veniẽtib⁹ ad pedes fit tremor ĩ manu ⁊ nõ in pede: ⁊ sic
ĩtelligat̃ de reliqs cãis tremoris. ⁊ ista rõ ẽ quasi rñsiua ad vnã
obiectõez q̄ꝛ posset quis dicere. Jstẽ mãe oppilãtes demãdant̃
a cerebro ad neruos ꝑ nuchã: ergo citius mã dꝫ expelli ad origi
nez nuche q̃ꝫ ad ꝑticulares neruos: ⁊ sic stabit argumẽtũ. Rñ/
det tex. A. ꝙ nã defendit ⁊ ꝓhibet mãz ne recipiat̃ in nucha ꝑꝑ
finẽ intentũ a nã: q̄ꝛ opatio nuche requirit̃ ĩ toto ⁊ illã mãz mit
tit ad ꝑticulares neruos qui nõ sunt ita necessarij ꝓ ꝯseruatiõe
toti⁹. Tertia cã sumit̃ ex eo q̄ꝛ virt⁹ motiua fortior est circa pe/
dez q̃ꝫ circa manũ inuens ꝙ spũs delat⁹ ad pedẽ est fortior ĩ mo
uendo

nendo q̃z delat⁹ ad manũ ꝓpter finez: qm̃ maior mot⁹ requirit
ad pedẽ q̃z ad manũ: ⁊ sic maior q̃ntitas spũuz ad pedez demã/
dat ꝓ fine lz sit distãtior sicut ẽt ad epar magis de calore ĩfluit
q̃z ad pãniculuz pleure lz ille sit ꝓpinquior cordi q̃z epar: debi/
litata ergo virtute motiua pz q̃ virt⁹ motiua pedis sufficit mo
uere pedez ⁊ nõ motiua manus manũ. Circa tñ hãc rõez posset
fieri obiectio: sz nõ curemus ⁊ ex his cãis fit integra cã.

Signa. Inter signa quedã sunt ꝓnostica quedã demon
stratiua. Signa ꝓnostica sunt duoꝝ modorum.
nã quedã sunt ꝓnostica euẽtus: quedã ad bonũ: quedã ad ma/
lum: ⁊ hoc ⁊ in stupore ⁊ ĩ tremore. Signa ꝓnostica euent⁹ sũt
oẽs cãe ipsaꝝ dispositionũ cũ precesserũt vt febres dissolutiue
vel timor vel fritas aeris ⁊c̃. sunt etiã signa antecedẽtia ad pa/
ralesim: de quibus dictuz est supra. Signa ꝓnostica harũ di/
spositionũ p̃ter ipas easdez dispõnes que sepe antecedũt ad pa
ralesiz vt obtusio in sensib⁹: grauitas ĩ motu: vertigo ⁊ reliqua
dicta supra in ꝑalesi. Signa vero ad bonũ vel ad malũ: ⁊ p°
in stupore ⁊ prius ad malum sunt dicit. A. cũ perseuerat stupor
⁊ ꝓlongat̃ ducit ad mollificationẽ: pz vt fuit dictũ circa litte/
ram q: cuz ꝓlongat̃ ꝯfirmat̃ cã ⁊ auget̃: ⁊ ꝯñter ad deteriorez
ducit dispõem ĩ intẽtõe differẽte a stupore ⁊ tremore ⁊ ẽ para/
lesis vt dictuz ẽ supra. Jõ dicebat. A. q̃ oĩs stupor ꝑticularis
mẽbri cũ ꝑseuerat ⁊ fit fortis: nũciat ꝑalesim aut spasmũ adue/
niẽtez ei mẽbro. nã mã debiliter oppillãs faciẽs diminutionẽ ĩ
sensu cũ auget̃ faciẽs maiorẽ oppilationẽ põt eẽ cã spasmi ⁊ pa
ralesis fm̃ q̃ mã vel ĩbibit̃ relaxãdo magis vel sua grossitudine
dilatat: ⁊ sic ĩ lõgũ abbreuiat ĩde fit ꝑalesis aut spasm⁹. Aliud
ꝓnosticũ speciale ad maluz q̃ sequitur ex precedenti stupor fa/
ciei nunciat torturam. naz ex quo stupor terminatur ad parale/
sim vel spasmum ⁊ tortura faciei sequatur paralesim aut spas/
mum aut vtrũqz partiuz faciei vt capitulo seq̃nẽti videbit̃: pz
quomõ stupor faciei significat torturam. Aliud signũ prono/
sticũ dicit. A. scias q̃ stupor cũ ꝑseuerat ⁊ nõ remouet ipz eua/
euatio: deĩde succedit vertigo nunciat apoplesiã. Rõ sumit̃ ex
hoc. nã cuz stupor mãlis de quo ẽ sermo ꝑ eũonem nõ cessat si/
gnificat̃ multitudo mãe: nõ tm̃ circa neruos sz ẽt circa cerebrũ
qd̃ ꝯtinuo mãs demãdat ad neruos: qd̃ nisi ita eẽt ꝑ eũonẽ mi/
noraret̃. Succedẽte ergo vertigĩe significat̃ cõicari multos va
pores ad vẽtriculos cerebri qui faciũt vertigĩnẽ: qui vapores ĩ/
spissari a friditate cerebri ad nãm aqueã deduci pñt oppilare vẽ
triculos cerebri ⁊ facere apoplesiã vel sup. epilensiã. Aliud ꝓ
nosticũ circa stuporẽ ẽt ad malũ de mente Aui. est q̃ stupor p̃te
rea nũciat apoplesiã vel epilensiã ⁊ spasmũ aut ꝑalesiz cõez. Sz
hic nota ꝑꝑ male ĩtelligẽtes qui sepe ĩcutiũt timorez ĩfirmis ꝑꝑ
vnũ textũ q̃ nõ oĩs stupor ꝓprie sumpt⁹ nũciat ꝑalesiz vel apo
plesiã: sz ille tm̃ de quo ante dictuz ẽ. s. qui est q̃si toti cõis ⁊ nõ
sedat̃ ꝑ eũones ⁊ succed[illegible] vertigo. Nã de tali est suspitio vt di/
ctũ est ⁊ cũ Aui. hoc di[illegible]rit ĩdistĩcte q̃ stupor nũciat apoplesiã
⁊ epilensiã ⁊c̃. nõ accepit stuporez ꝓprie: sz accepit stuporez pro
subeth vel somno lõgo vt aliq̃n accipiebat̃ ab antiq̃s vt fuit su/
pra dictũ ĩ ꝯmento affo. Somn⁹ ⁊ vigilia: ⁊ ita ẽt voluit Gen/
tilis suꝑ hoc passu: ⁊ tũc veꝝ est q̃ subeth vel somn⁹ lõgus ꝑse
uerãs significat replonez cerebri a mã flegmatica vel vaporib⁹
grossis aptis ꝯuerti ꝑ ĩspissatõez ĩ flegma: ⁊ sic si mã fluat ĩ ven
triculis cerebri vel ĩ origines cursuũ spũuz aĩaliuz faciet epilen
siaz vel apoplesiã: ⁊ si ad nuchã vel neruos diuerso mõ oppilã/
do facere põt ꝑalesiz guzeç vel spasmũ: ⁊ ista ꝓnostica ẽt quasi
cõia sũt ad tremorẽ. Nã sicut stupor est lesio ĩ virtute sensibili:
ita tremor est nocumẽtũ ĩ virtute motiua. Sz de tremore spe/
cialr̃ dicit̃ q̃ magis ꝑuersus est tremor sinistri lateris q̃z dextri
qd̃ ĩtelligit̃ q̃ntuz ad curã de tremore mãli ĩtelligẽdo a cã ĩtrin/
seca ꝯtingẽte. Aliud signũ ꝓnosticũ ad maluz ĩ tremore: tre/
mor ꝯtingẽs ĩ apoplesia vel litargia est signũ maluz ⁊ ad mortẽ:
nã significat virtutẽ maxĩe oppssam aliqualr̃ moueri ⁊ excitari
vt exhoneret̃ a mã: manentib⁹ ergo dictis dispõnib⁹ ⁊ nõ mino
ratis significat q̃ de ꝓximo extinguet̃ calor nãlis: ⁊ ita expien/
tia manifestat. Ultimũ signũ ad malũ ⁊ est ẽt Aui. q̃ tremor
in senib⁹ medicamĩe nõ remouet̃. Signũ vero ad bonũ est cũ
ad ꝑalesiz succedit tremor: ẽ significatio bona. nã sig̃tur nãz vi
cere mãz ⁊ deoppilare meat⁹ vel saltez minorari cãz aliã facien
tez ꝑalesiz ex quo ad ablatã oꝑationẽ motiuã ꝯtingẽtez ĩ ꝑalesi
sequit̃ diminuta oꝑatio motiua q̃ est minor lesio. Aliud signũ
ꝓnosticũ ⁊ est Hyp. 6ª ꝑticula affo. ⁊ ponit̃ ab Aui. ⁊ pª quarti
ĩ caplõ de causone: ⁊ 2ª tertij ĩ caplõ de tremore cui accidit in fe
bre causoni de tremore: tũc sensus ꝑmixtio resoluit caz ab ipso:
⁊ lz Gal. nõ acceptauerit istũ affoꝛismũ eẽ de mẽte Hyp. vt pa
tet in ꝯmẽto. tamẽ Auic. verificat ipm̃ ꝑ duos modos pª quar/
ti. Unus intellectus est q̃ quãdo cum causone cõiungit̃ tremor
verus dissoluta mã a caliditate fe. mollificãte neruos: si super/
ueniat alienatio significat̃ cerebrum calefieri ⁊ cõseq̃nter ner/
uos: ⁊ exinde potest fieri resolutio materierũ in eis contentarũ:
⁊ sic alienatio erit signũ cure quia resoluit tremorez ab eo. Ali/
us modus est vt intelligat̃ textus isto modo q̃ cũ in causone sit
alienatio tũc tremor suꝑueniẽs significãs expulsionẽ mãe cau/
sonis ad extra venas ꝯñr sig̃tur terminationẽ causonis: q: cau/
son ẽ febris ꝯtinua cuius mã peccat ĩ venis vel in locis ꝓxĩs cor/
di: ⁊ sic per tremorẽ declat̃ termĩatio causonis. Et hec fuit snĩa
Hypo. 2° affo. a causone hito tremor superueniẽs soluit egri/
tudinẽ. Signa vero generis de tremore ⁊ stupore satis nota
sunt ex se: ⁊ signa speꝝ gñaliũ vt. s. si fiat ex replõne toti⁹ corpo
ris vel tm̃ ex replõne neruoꝝ dicebat Costa p° ꝯmẽtis declat̃
ex replõne toti⁹ corporis. ⁊ si fuerit post purgationẽ corporis ⁊

post exhibitionẽ parui nutrimẽti ⁊ ĩnequalẽ digõnẽ tunc scit̃
q̃ suꝑfluitas ẽ in neruis ⁊ ẽt stupor suꝑueniẽs ex debilitate ner
uoꝝ ⁊ replone coꝝ cognoscit̃ ex assidua mora stupefactõis ⁊ as/
siduo euẽtu ⁊ recessu. nã aliqua sũt corꝑa ita nãlr̃ debilia in ner
uis radicalr̃ q̃ ex oĩ facili cã ledẽte neruo stuporẽ incurrũt ⁊ tre
morẽ ⁊ ita faciliter reducunt̃. Si vero fuerit aliqua cã de primi
tiuis dicebat Auic. signa sũt cãe que precesserũt ⁊ augumentũ
stuporis vel tremoris ex eis cũ additõe eaꝝ ⁊ eius diminutio. s.
stuporis vel tremoris sup. cũ diminutõe haꝝ causaꝝ. Nã si p̃/
cessit timor vel passio aĩalis signũ ẽ q̃ illa fuit cã tremoris etiã
ꝓpter orare ante hoĩem honorãdũ ẽ cã ⁊ alia dicta de cãis vt
ꝓpter portationẽ oneris grauis vel ꝓpter febres dissolutiuas
vel alias cãs silr̃ resoluẽtes que p̃cesserũt. ⁊ si fuerit a mã corpo
rali oppilãte humorali declatur per signa ipsoꝝ hũoꝝ sepe di/
cta siue flegmatica fuerit siue alia mã.

Cura. Jaz veniẽdũ ẽ ad curã. Et prio ẽ ꝯmemorãdus cañ.
Rasis in textu. s. q̃ cura eius nõ ẽ differẽda: q̃n cĩm
ꝓlongat̃ tp̃s huius egritudinis. s. stuporis vel tremoris ꝑducit
ad ꝑalesim. Et idẽ dicebat Aui. ĩ cura tremoris ⁊ velociter vta/
tur cura ipsa mollificatõis. Intelligat̃ tñ cum mitiorib⁹ sicut ⁊
morbus ẽ remissior. ⁊ hec quãtũ ad dietã ⁊ medicinã: vñ ĩ his
morbis non ẽ necessaria dieta ita tenuis sicut ĩ ꝑalesi. sz in reli/
quis cura haꝝ egritudinũ cũ dieta ⁊ potõe similis ẽ cure pale/
sis cum he dispõnes antecedãt ad cã. Nã dicebat Gal. ĩ libro
heresuz caplõ 6°: quecũqz eim sanant passiones iaz fientes hec
⁊ anteq̃z fiant ꝓhibẽt ꝯsistere ita q̃ in dieta quãtũ ad aerẽ ĩ cã
cõiter ꝯtingẽte que ẽ mã flegmatica oppilãs opz poni corpora
in aere calõ ⁊ sicco ⁊ fugiant vẽtos ⁊ loca hũida ⁊ paludosa fri/
gida: ⁊ vbi oporteat aerẽ rectificari rectificet̃ modis alĩs sepe di
ctis. ⁊ exercitiũ ẽ eis ꝯueniẽs si exercitet̃ añ cibũ moderate quo
usq̃z aꝑtis poris sudor ĩcipiat emitti: ⁊ postea fricet̃. ⁊ si nõ pñt
ãbulare pri⁹ ẽt exercitet̃ fricatõib⁹ ad aꝑtõez poroꝝ ⁊ ita frica/
tões ante ⁊ post exercitiũ ꝯueniunt: ⁊ nõ tantũ stante stupore ⁊
tremore vniuersalib⁹: sz etiã in ꝑticulari membro. nã tũc exer/
citiũ illius mẽbri est maxime ꝯueniẽs: qm̃. A. ĩ cura stuporis lo
quẽs de ꝑticulari mẽbro stupido dixit ꝯfirmãdo viã lniaz di/
ctam prius in caplõ cure ꝑalesis: cũ ergo appet stupor ĩ aliquo
mẽbro ꝓpter cãm antecedẽtez aut primitiuaz sicut frigus: aut
aliud adueniẽs principio neruorum: opz vt nõ sis cõtentus cu/
ratione loci supple soluz: sz sit oĩs cura in principio vie ad ipm̃.
Sed ne aliquis ex his verbis crederet nõ oportere aliquid ope/
rari circa mẽbruz lesum addidit ⁊ ex curis quidẽ cõferẽtib⁹ stu/
pori. s. ꝑticularis mẽbri ẽ exercitiuz illi⁹ mẽbri ⁊ assiduatio mo
tus eius. Et hoc idem ĩtelligat̃ de tremore: q: ex hoc viuificat̃
calor mẽbri ⁊ aꝑitur oppilatio nerui veniẽtis ad membruz: ⁊ ita
rectificat̃ cõplexio eius. Sõnus [illegible]it in quãtitate moderatus: vt
vj. vel. vij. horaꝝ nocturnus n[illegible] diuturnus ĩ loco obscuro ⁊ a
frigore tuto capite alto: vt ali[illegible] dictũ est in dispõnibus cerebra/
libus fugeat accidẽtia aĩe m[illegible]ime tristitiã. nam irasci leuiter ⁊
gaudiũ moderatũ iuuant: a [illegible]oitu abstineãt ⁊ suꝑfluitates omni
die diligẽter ex[illegible]ate vel beneficio artis cũ clisteri vel
suppositorio: de quib⁹ supra dictum est. De cibo dixit. A. oz vt
cibus sit velocis digõnis. nã tarditas digõnis facit longã eua
porationẽ ad cerebrũ: sit ergo panis coꝝ de tota farina bñ fer/
mentatus ⁊ salitus optime coctus laudat̃ fm̃ aliquos panis de
milio ⁊ panico ꝓpter siccitatẽ: ⁊ si pinset̃ cuz aqua decoctionis
yue ⁊ saluie erit ꝯueniẽs p̃paratio: ⁊ in hoc singulr̃ obseruet̃ vt
quecũqz grana vel frumentũ ex quib⁹ fit panis sint diligẽtissi/
me purgata a lolio: ⁊ hoc obseruet̃ in oĩbus passiõibus neruoꝝ
qm̃ loliũ sua ꝓprietate nocet neruis: debilitans eos ⁊ spũm ĩ/
grossans aĩalem: ⁊ spãliter nocẽs virtuti volũtarie motiue: vt
experiẽtia manifestat in comedẽtibus de pane cuz lolio. nã fuit
stupidi ⁊ quasi hamẽtes. vitet̃ panis de siligine ⁊ oẽ viscositati
attinens. risũ bene coctuz cum lacte amigdalaruz ⁊ zuccaro ⁊
melius cuz lacte pinearuz est ferculuz in casu conueniens. De
carnibus vtãtur carnibus auiuz mõtanaꝝ: vt dicsaꝝ durdoꝝ
⁊ aliaꝝ auiũ electarum: vt ꝑdicũ fasianoꝝ turturum ⁊ coturni/
cũ ⁊ querquedulaꝝ ⁊ colũboꝝ iã volare incipiẽtiũ vt alĩs dictũ
ẽ ⁊ ꝯcedũtur carnes edoꝝ ⁊ castratoꝝ in hieme ⁊ capriol oꝝ ⁊ le
poꝝ ⁊ carnes serpentũ preꝑatoꝝ fm̃ supra dictũ ordinẽ. ⁊ d̃ ꝓ/
prietate mirabili valent carnes nicticoracũ. i. olocoꝝ ĩmo dixit
Nicolus reꝑi q̃ q̃daz mulier sexagenaria curata fuit a tremore
capitis cũ sola comestiõe nicticoracũ de nidis suis. nã d̃pilabat
eas ⁊ decoquebat eas cũ viscerib⁹ suis ⁊ comedebat eas nihil
ꝓijciens. hñt ẽt mirabilẽ ꝓprietatẽ in asmate vt expientiã ego
cognoui: ⁊ ita carnes ciconcaꝝ laudant̃. vitẽt oẽs fruct⁹ humi/
dos: pñt vti aliquib⁹ piris post alias mẽsas cũ zuccaro: sz fistici
pince ⁊ auelane sunt in casu vtiles. In reliquis vero ⁊ de potu
videat̃ que sũt scripta de ꝑalesi ꝓpter abbreuiare. Sed singlr̃
hic in fine capituli de tremore dixit Auice. ⁊ que ex cãis est eis
melior ⁊ minoris nocumẽti ẽ aqua pluuialis ⁊ silr̃ oĩ egritudini
neruose. Jõ hac vtant̃ ĩ decoctõe cibarioꝝ suoꝝ.

Medicinalia. Circa regimẽ medicinaliũ dicit Auice.
sũmarie ĩ cura tremoris ponit ĩntẽtões
curatiuas. vnã. s. ad digõnẽ ⁊ preꝑationẽ mãe. aliã ad eũonez.
tertiã ad ꝯfortationẽ neruoꝝ cũ appropriatis ⁊ alteratõez male
ꝯplõnis inducte: ⁊ ẽt diuersionẽ que sepe dz eẽ pria in ordine.
Has intẽtões intellexit cũ dixit in principio cure fac q̃ in alijs
capitulis fecisti ex aꝑtiõe oppilationũ ⁊c̃. ⁊ sic ĩsinuabat digõez
mãe ⁊ destructionẽ mollificatõis ⁊ eũonem. ⁊ sic ĩsinuabat post
digõnẽ ad quã sequit̃ destructio molificatõis. s. stuporis ⁊ tre/
moris que sũt debiles mollificatões ⁊ ꝯfortatõe neruoꝝ supple

cū appropriatis ⁊ humectatōe si necessitas ē. ⁊ in hoc declat alteratione vltra ꝯfortationē ⁊ euōnez cē necessariā nō tm̄ humectando si est necessitas: sz etiaz exiccādo vel calefaciēdo vel īfrigidando: sz explicuit de humectatiōe vt remoueret errores credentiū q̄ nūquaz est lapsus ad siccū in mēbris neruosis: iō voluit exēplificare de humectatiōe: ⁊ addit ⁊ fricatiōe ⁊ ꝯpressiōe scilz mēbroꝝ ꝓpter cāz dictā supra de exercitio ꝑticularis mēbri ⁊ expulsiōe. s. cum clisterīs vel vomitib⁹ si ē necessaria: ⁊ ex his potes regulare totū regimē curatiuuz. Pro euātōe ergo primo circa flobothomiā dicat̄ q̄ nisi ī sanguinea flobothomia ē verenda: qm̄ per eā virtus debilitat̄: ⁊ cerebrū ⁊ nucha infrigidant̄: ⁊ in sanguinea fiat abundanter. nā dixit. A. multotiēs remouet stuporē sola: cuius sunt signa cōia sicut ī reliquis egritudinib⁹ neruosis. In reliquis obseruent̄ que dicta sunt supra de palesi vt nō approximent̄ a principio medicine fortes solutiue: sicut neqꝫ medicine digestiue: nūquā tamē sunt ita fortes de digestiuis ⁊ euātiuis sicut ī paralesi sz de digestiuis singularibus in mā flegmatica subtili ībibita: que vtplurimū ē mā haꝝ dispōnuz ⁊ palesis. ponit Auēzoar vnā descriptionē singularē ī caplo de tremore dixit sic: sirupus ꝯferēs tremori ꝯfortās mēbra vniuersalr ⁊ ꝓprie caput. ℞. rubee tinctoꝝ sticados corticum citroꝝ corticū subtiliū fisticoꝝ añ. ℥. j. thuris masculi masticis rosaꝝ añ. ʒ. v. liquiritie mūdate sicut quarta ꝑs oīuz terēda terant̄: ⁊ oīa preter masticē infundant̄ ꝑ noctem in. xv. libris aque feruentis mane ponātur sup̄ ignē in olla: ⁊ cū eis associet̄ in decoctiōe auri lib. j. bulliat̄ vsqꝫ ad defectū medietatis: colletur ⁊ collature addat̄ sirupi corticū citroꝝ lib. v. cū melle apum despumato lib. j. ⁊ masticis ligati ī pecia añ. ℥. s. ⁊ iteꝝ coquat̄: ⁊ fiat sirupus dosis quolibz die. ℥. ij. cū. ℥. v. aque extinctiōis ferri in qua totiēs extinguat̄ donec ei⁹ medietas ꝯsumat̄: ⁊ postea collet̄. Ista descriptio vt pz ꝯsiderāti ē singularis efficatie nā cōfortat oēs mineras virtutū: maxime cerebri ⁊ cordis digerendo ēt mām subtilē flegmaticā ībibitā. Et ex hac descriptiōe colligunt̄ duo singularia. Unū. s. q̄ mastix ꝓpter passibilitatē resolutiōis nō tollerat longā infusionez neqꝫ nō nisi modicam decoctionē ⁊ ponat̄ ī petia vt pz. Scdm̄ ē q̄ ipē exhibet d̄ hac quātitate sirupi. ℥. ij. ⁊. ℥. v. aquaꝝ: sūt ī sūma. ℥. vij. ⁊ ita q̄si semꝑ obseruat: ⁊ ita de hoc alīs dixi ita obseruandū eē. Ad digestionē ēt valet mel rosatum sirupus de absinthio ⁊ alij ī processu de quib⁹ dictuz est: postea veniēduz est ad euātionē cum puluerib⁹ vel pillulis ad istā intētionē valētibus de quibus supra in palesi: semꝑ tamē vtendo mitiorib⁹ q̄z in palesi. Sz nota singulr̄ q̄ñ. A. laudat hic q̄ exhibeant̄ oībus decē diebus. ʒ. ij. s. pillulaꝝ cochiaruz: ista medicina est nimis fortis. Iō dicit Gētilis hic nō credat̄ q̄ iste pillule cochie sint ille qb⁹ vtimur: imo dicit q̄ stant de his descriptiōes diuerse: ⁊ ad hoc adducit bonū textū 7ª quarti de cura alopicie in fine capituli vbi dicit: ⁊ puberes tollerāt. ʒ. s. de pillulis cochijs ⁊ hūtes annos. x. tertiā. ʒ. vni⁹. Ecce pz q̄ñ posuit timorē ī vsu caꝝ: ⁊ nō sic hic ⁊ ex hoc oz intelligere q̄ diuerse sunt descriptiōes quibus vtimur: sz ille quib⁹ vtimur sunt fortes valde. Sumat clisteria ⁊ vomitiua sicut dictuz ē supra: ad intētionē aūt alteratiōis ⁊ cōfortatiōis ꝑ exterius valet oleū de andachocha. i. trifoliū: dicit Gentilis ⁊ male. Nam primo continentis ex diuersis colligitur q̄ plures sunt species trifolij: ⁊ q̄ andachocha est vna species ⁊ non est cōmunis quia eleuatur magis in altū: emplastrū etiam ex eo valet. Gerardus dicit q̄ est trifolij similis: ⁊ eleuatur in altum: vz etiam emplastruz mirabiliter Rasis primo cōtinentis: de quo narrat ipse q̄ posuit cuidam mulieri in qua erat defect⁹ sensus ⁊ ꝯualuit cū hoc. ℞. piretri baccaꝝ lauri stafisagrie euforbij sansuci boraginis se. sinapis piperis castorei ⁊ myrrhe añ. ℥. j. hec oīa terant̄ ⁊ ꝯficiāt̄ cū succo cucu. asinini ⁊ emplētur ex inde locus: ⁊ ibi ēt iter medicinas laudat oleū balsaminū adipē ericij ⁊ asini siluestris ⁊ storacē ⁊ costū ⁊ oleū eius. In medicinis aūt per interius ad istā ītentōez ꝯfortatōis ⁊ resolōnis ⁊ alteratōis dicebat Rasis vbi supra. Et medicie stuporis sunt duoꝝ generꝝ: quoꝝ vnū ē abstergē ⁊ mundificare neruos ꝑ purgationē. s. insensibilē: ⁊ aliud ē calefacē ipsos. Et ad hanc intētionē laudauit Auic. sticados. ʒ. vni⁹ aut duaꝝ soluz aut cū hierapigra ex qua sint facte pillule. laudauit ēt vt dent̄ in potu pille facte ex rutha ⁊ scolopendria. nā iste valēt ꝯfortatōi ⁊ alteratōi. Et notate istū modū practicādi laudāt̄ pulli cicone comesti ⁊ si fiat aq̄ distillata iuuat: vz electuariū ad ꝯfortationē ⁊ resolutionē Gētilis precipue ī tremore factū vt īfra. ℞. saluie rorismarini acori añ. M. j. decoquātur ⁊ collent̄ ⁊ in collatura ponat̄ zuccari lib. j. ⁊ croci. ʒ. s. ⁊ reducātur ad spissitudinē ⁊ tunc addant̄ pincaꝝ. ℥. j. xiloaloes nucismus. macis cardamomi añ. ʒ. s. dosis. ʒ. ij. in ieiuno stomacho valēt vētose posite supra loca ⁊ empla maxie cū sinapi rubificātia post euōnes. Dixit Rasis p̄° ꝯtinētis q̄ medicine de sinapi oī hora remoueantur: nec opz expectare q̄ fiat vesicatio: fricatōes ⁊ reliqua q̄ ponūtur in cura paralesis fiant: oleū supra dictū de costo vulpe ⁊ de reliquis sicut dictū ē in palesi silr̄ de melle anacardino. hec que dicta sunt supra valēt in cā cōiter cōtingēte māli. sed ī cāis puta si fuerit ex frigiditate tm̄ sufficit calefactio. ⁊ si fuerit ex potu aque ponant̄ in stupha sicut supra dictū ē circa īfam. ⁊ si fuerit ex potu multi vini tunc curent̄ ēt vt dictuz ē. Sed de eis dicit Rasis q̄ bibuli tremuli abstineāt a vino inuēs q̄ bibulis ē difficilius abstinere q̄z sumere medicinas: tn̄ est euandus q: vinū per accidēs gnāt flegma.

Caplm̄ duodecimū de tortura oris.

Um os homīs cōtorquet̄ ⁊ vnuz de oculis suis claudere nō valet. ⁊ si precipit̄ ei vt sufflet: flat⁹ ab vna tātuz parte exire videt̄: ipsuz tūc ꝯtorsionē pati dicim⁹. Cuius curā icipiemus cuz solutōe vētris ex pillulis fetidis. Nutrimētum vero eius atqꝫ ipsi⁹ potū ordinabim⁹ vt in caplo de paralesi dixim⁹. Egro ꝑterea quotidie ī mane anteq̄z comedat: sinapiz, cū sirupo aquoso gargarizare faciem⁹ ⁊ mittemus euz in domū obscurā ⁊ precipiem⁹ vt vnā nucez muscatā in parte oris que torta est teneat. Narib⁹ quoqꝫ tunc īsufflabim⁹ condisi vt sternutatio ꝓuocet̄. Spondiles quoqꝫ colli eius ⁊ faciez ei⁹ ⁊ frōtem ex oleo costino inungere ꝯuenit. est quotidie de anacardino vni⁹ aurei pondus sumēduz. Et si passio hoc modo soluta nō fuerit: ad vētris solutionē ⁊ egri ꝑseruatōez redeūdū est. De tortura vero que nō repēte sz paulatiz accidit nō loquimur: ipsa nāqꝫ nō ꝯtingit nisi in frenesi ꝑnitiosa morte iaz iminente ⁊ est ex siccitate.

Um os homīs ꝯtorquetur.

Post expeditū caplm̄ de palesi ⁊ stupore ⁊ tremore dn̄s Rasis sequit̄ ponēdo caplm̄ de tortura tanq̄z de dispōne ad palesiz sequēte: īmo sepe ē particularis palesis realr̄ vni⁹ partis faciei lz ēt aliqñ sit spasm⁹: vñ fm̄ veritatem ipsa tortura realr̄ non ē morbus ꝯ distinctus palesi ⁊ spasmo: imo ē aliquis eoꝝ vel ambo simul ī facie ꝯtingēs. ꝯueniēter ergo determinauit post palesiz vlēm de tortura oris tanq̄z palesi ꝑticulari ⁊ pri⁹ ēt de tortura oris q̄z de spasmo a quacūqꝫ cā ꝯtingēte cū si tortura oris sit spasmus faciei vel partis ei⁹: ⁊ vt in pluribus pendet a nucha tm̄ cā spasmi vt ex cā replōnali. vt videbit̄ in cāis. ⁊ sic ꝯueniēter posuit caplm̄ de tortura oris mediū inter caplm̄ palesis stuporis vel tremoris ⁊ caplm̄ de spasmo. ⁊ diuidit̄ pn̄s caplm̄ pria diuisiōe ī duas: qm̄ p̄° ponit signa declarantia torturā per que dz cōcludi aliquē eē tortū. 2° ponit curam. 2ª ibi: Cuius curā ⁊c̄. De prima parte dixit: Cum os homīs ꝯtorquet̄ ⁊ vnū de oculis suis claudere nō valet. ⁊ si p̄cipit̄ ei vt sufflet flatus ex vna parte tantuz exire videat̄ ipsum tunc torsionē pati dicimus. Pro intelligentia partis primo aduertendū q̄ licet tortura ad mētē medicoꝝ possit multis mēbris corꝑis accidē. s. oībus quib⁹ accidere pōt palesis vel spasmus ꝑ hoc q̄ mēbrū male figurabit̄ cū tortura sit idē vt dictū est realr̄ qd̄ palesis vel spasm⁹ verūtn̄ q: tortura qñ est ī facie reputat̄ res magis feda. iō auctores d̄ tortura faciei fecerūt spāle caplz: ⁊ ita stat rubrica d̄ tortura oris. i. d̄ tortura faciei. nā solēt antiqui ꝑ ora itelligere facies. Scd̄o aduertendū q̄ ī hac tortura ponit duas sensibiles lesiōes Ras̄ ī oꝑatōib⁹ ꝑtiuz faciei. Una ē lesio oꝑatōis oculi ꝑ hoc qd̄ dixit q̄ ꝑ eaz torturā vnuz de oculis suis claudere nō valet. posuit 2° lesionē sensibilē alterius oꝑatiōis alteri⁹ mēbri vel mēbroꝝ in facie vt labioꝝ oris ꝑ hoc qd̄ dixit: ⁊ si p̄cipiat̄ ei vt sufflet vel sup. expuat flatus vel supple sputū ab vna ꝑte tm̄ exire videt̄ ꝓpterea q̄ labia nō pn̄t debite eleuari fm̄ q̄ ꝯuenit ad expuitionez vel exsufflatōez. Ex his pōt ꝯcludi q̄ tortura ē vere morb⁹ cū sit dispō ledens oꝑatōes sensibilr̄ ⁊ tota cā horū signoꝝ sumit̄: q: si est palesis vni⁹ ꝑtis ex mollificatōe lacertoꝝ mouentiū palpebras oculi vel labia: verbigrā: partis dextre tūc tota illa ꝑs cadit supra sinistrā ⁊ ꝯñter inequalr̄ disponunt̄ ꝑtes labioꝝ vt nō sibi inuicez recte obuiēt: ⁊ sic ab vna ꝑte appet remoueri pars a ꝑte ⁊ ꝑ illā fit exitus sputi vel flat⁹: ita silr̄ de oculo relaxato musculo faciēte eleuatōez palpebraꝝ ꝓhibet̄ eleuatio palpebre: ⁊ sic vn⁹ oculus n̄ pōt aꝑiri: ⁊ ꝑ eūdez modū pōt declarari si fiat ex spasmo ꝯtrahente. Nā ꝑ ꝯtractionē lacertoꝝ facientiū ad motuz labioꝝ ex vna ꝑte claudunt̄ labia fm̄ ꝑtez oppositā ita q̄ vna ꝑs oris videt̄ dilatari ⁊ alia ꝯstringi: ⁊ sic per vnā partē solū fit expuitio: ⁊ ita de musculo palpebraꝝ vni⁹ oculi ꝯtracto versus anguluz siluestrē fit clausio oculi ex eadē ꝑte ⁊c̄. Sz hic debetis notare q̄ lz qd̄ dictū est vtplurimū sit eueniēs nō tn̄ in oī palesi vel spasmo dictoꝝ lacertoꝝ mouētiū palpebre oculoꝝ vel mouentiū labia de quib⁹ spālem fecit mentionē tanq̄z de mēbris in facie participātibus magis motu locali manifeste. Nō tn̄ hoc est semper veꝝ qm̄ fm̄ multas ꝯtingētias cadit oppositū. nam vbi spasmaret̄ musculus eleuans palpebrā superiorē versus supcilium musculis alteri⁹ oculi debite dispositis tūc vterqꝫ oculus posset aperiri imo alter eoꝝ staret cōtinue aꝑtus ⁊ tn̄ ibi eēt tortura q: mala figura partiū faciei ⁊ malus situs vt videbit̄ si ēt spasmarentur equaliter musculi labioꝝ ꝯtendo ad dextrū ⁊ sinistrum ipsa labia tunc fieret in illis recta obuiatio: ⁊ sic vna ꝑs nō videret̄ eleuari ab altera. Et tunc veꝝ ē q̄ nō tanta difformitas appareret sicut altero musculoꝝ paletico tm̄ vel altero tm̄ spasmato vel vno spasmato ⁊ opposito paletico q: tūc multo maior appareret difformitas vt pz ꝯsideranti. ⁊ sic pz q̄ nō semꝑ ꝑmutat̄ in tortura ⁊ remouet̄ bonitas obuiatiōis labioꝝ ⁊ palpebraꝝ simul: sed aliquādo solaꝝ palpebraꝝ absqꝫ labijs: ⁊ aliqñ ecōtra. Est tn̄ verū qd̄ dicit Rasis q̄ cū os hoīs ꝯtorq̄tur ⁊ ibi accepit os ꝓprie ⁊ vnū de oculis claudere nō vz ⁊c̄. q̄ tunc ipsum dicimus pati torsionē lz ēt alijs modis ꝑ malā figurā partiū faciei debeat corpus poni in caplo torture vt īfra videbit̄ in quid nois huius termini sequit̄ illa pars. Cui⁹ curā icipiem⁹

incipiemus. hic ponit curā ⁊ duo facit. Primo ponit curā torture vtplurimū euenientis. s. a palesi vel spasmo replonalibꝰ. 2º excusat se de nō ponere curā torture a siccitate cū sit icurabilis vtplurimuz. 2ª ibi ad finē capituli: De tortura vero que nō repente ⁊c. Prīa pars posset diuidi in tot partes quot puncta pricipalia ponit in cura eius ⁊ sunt octo vel nouē: ꝑtes patebūt legendo lrām ⁊ declarādo singula puncta: dixit pīo ꝙ eius curam incipiemꝰ cū solōne ventris ex pillulis fetidis. qd̄ dictum dz intelligi nō absolute nisi in cāu vbi eēt timor de apoplesia vt videbit infra. Nam apparētibus signis apoplesie simul cū tortura bū eēt incipiendū a solōne ventris cū medicina forti. sz alr nō vt stante sola lesiōe in partibus faciei cū bonitate oꝑationū animaliū eēt ꝓcedenduz vt dictuz ē in caplo de stupore incipiēdo a debilioribus laxatiuis anq̄z veniamꝰ ad fortia ⁊ ita priꝰ digerere mām ⁊ postea eūare sicut dictū ē ēt in palesi eūando priꝰ cū clisteribus ⁊c. Dicit 2º ꝙ nutrimentū eiꝰ atqz eiꝰ potū ponimus vt in caº de paralesi. Rō ē clara cū vt dictū ē tortura sit multū ꝑticularis palesis: ⁊ ita quātū ad qualitatē cibarioꝝ est ordinādū dieta sicut dictū ē in palesi. sed vbi nō ꝯiungat palesis alioꝝ mēbroꝝ nisi faciei neqz sint accidētia d̄ apoplesia futura non opz dietā eē eque tenuē sicut in paralesi vniuersali vel vnius partis fm totū cum tortura sit minor morbus sicut in simili dicebat in stupore respectu paralesis. Dicit tertio: egrum preterea quottidie in mane anteq̄z comedat: sinapiz cum sirupo acetoso gargarizare faciemus qd̄ dictū ē intelligēdū prius fcā eūone. Nā in corpore pleno maior ꝑ gargarismata fieret attractio de mā ad faciē q̄z fieret eūo. ⁊ hoc dz intelligi nō amplius fluente mā sed iā in totū fluxa. qm̄ tunc per gargarismata euacuabit mā ꝯiūcta in dictis musculis partiū faciei ꝯtenta. ⁊ dz ꝯuerti gargarisma ad illā partē vbi dicit eē lesio ⁊ que sit pars lesa in toto videbit magis i signis. Sed dicebat Gal. 3º interior caº vltīo: lacerto sinistri lateris labio mouēte idē labiū ad dextruz vertit. ⁊ idē quarto de interioribꝰ expressius caplo pº in fine dixit ꝙ latus sanum erga. i. ꝯtra molificatū trahit: molificatū vero ad ꝯtriuz trahit: ⁊ ita ex situ partiū faciei pōt isinuari que sit pars lesa ⁊ maxie circa eā gargarizare. verbigrā decoquant. ℥. ij. sinapis cū aqua isopi: postea de dicta aqua facta colatura cū sirupo acetoso fiat gargarisma sumēdo. v. vel. vj. coclearia ꝓ vice ⁊ fiant ante prandiū stomacho ieiuno expulsis superfluitatibus. nā i gargarismate maxie ꝯueniūt oēs auctores. iō de eo dicit Rasis pīo ꝯtinētis caº 4º de mente Serap. gargarisma ē magis necessariū i tortura q̄z i aliquibꝰ alijs morbis: iō debent multiplicari ⁊ assiduari in ipsa. Uerū ē ꝙ ista verba nō reperiunt talr in breuiario eiꝰ sed forsitā alibi i volumie magno: ⁊ sicut dictū ē de hoc gargarismate ita itelligi pōt de sibi similibꝰ in virtute: verbigrā decoquēdo radicē acori cū zinzibere ⁊ nucemuscata ⁊ cubebis in aceto: postea facta colatura cū melle colato gargarisma fiat. Cōsequēter dixit ordinādo aerem i quo debēt situari ⁊ dimittemus, cū in domū obscurā ita ꝙ vult eū situari i aere obscuro. De cā huius dicti videbit ꝑꝑ aliquas difficultates: circa hoc dicit ꝯñter ꝑcipiemꝰ vt vnā nucem muscatā in parte oris que ē torta teneat. Istud dictum hz rōnez clarā. nā facta cūone a cerebro nucha ⁊ a neruis totius ⁊ ꝯsequēter facta particulari eūone a lacertis principalr lesis faciei ⁊ labioruz ⁊ palpebrarum oculoruz cum gargarismate appropriato succedit cōsequenter intētio confortatōis neruorum ⁊ ipsoruz lacertoꝝ ⁊ resolutōis reliquiaruz que remanserunt: ⁊ hoc totū cōplet tenēdo vnam nucez muscataz in ore ruptaz in duas medietates vt meliꝰ euaporare possit. Sz est notāduz ꝙ dicit ꝙ teneat i ꝑte oris extorta: qd̄ ꝑ ly extorta vt intelligat ꝑs torta ad sensuz: qm̄ aliquotiens illa est ꝑs sana: sz ipse voluit ꝙ ponat i parte egra vt meliꝰ virtus ꝑueniat ad locū lesuz ꝯfortādo. Pro quo igit est notādum ꝙ i tortura faciei illa pars dicit egra que hz spasmū vel palesim: ⁊ sana dicit illa q̄ ista nō hz. Nā iste egritudines vel altere caꝝ cāñt torturā. i. fedaz figurā ⁊ maluz sitū: ⁊ iō pars paletica cadēs supra partez sanā illa pars sana ꝯtrahit ⁊ sic appet feda: ⁊ tñ in ea nō ē paralesis vel spasmꝰ vt suppono. Per hoc ergo dixit ꝙ teneat i parte oris q̄ ē extorta itelligit per partē extortā ꝑtez egrā. nā quecūqz pars egra paraletica vel spasmata necessario est torta large sumēdo ly torta nō soluz ꝓ ꝯtracta sz ꝓ oī ea i qua est malus sitꝰ partiū siue sit elōgata ⁊ relaxata siue sit ꝯtracta pur ꝙ sit diuersus sitꝰ i partibꝰ a situ nāli: q̄r q̄cūqz pars faciei i qua est laxitas vel mollificatio mutat sitū suuz i partibꝰ eiꝰ a nāli situ: sic etiā ꝑs spasmata mutat sitū suuz ꝑ cōtractōez: ⁊ ita oīs pars egra hoc mō vocat extorta large. sed q̄ dicat illa pars qua sit actualr egritudo cui oz occurrere cū medicis: q̄r de hoc diuersi diuersa senñūt: nūc non declarabit sz ifra loco suo. Addit vlterius: naribꝰ quoqz insufflamꝰ ꝯdisi vel sup. aliud stimulatiuū vt sternutatio ꝓuocet ad eūanduz māz ex dictis musculis imediate sicut dictū est de gargarismatibꝰ: ⁊ talia sternutatoria multū ꝓficiunt ad excutiēduz māz extra itersecatā ⁊ ꝓfundataz i musculis ꝑꝑ fortē ⁊ violētū motū eiꝰ. Addit ꝯñter ad intētōez ēt ꝯfortatiōis ⁊ resolutōis nō tm̄ ex locis lesis sz ēt ad ꝯfortatōez pricipioꝝ vt originū neruoꝝ illoꝝ musculoꝝ ad quā ēt attēdere oz vt supra visuz ē: ideo dixit spōdiles quoqz colli ⁊ faciē eiꝰ ⁊ frōtē ex oleo costino inungere ꝯuenit vel supple alio cōfortatiuo oleo vel vnguēto vt supra dictū est. Nā talis tortura accidit ꝓpter lesionē ꝓuenientē i neruis ꝓcedētibꝰ a tertio pari vel quīto neruoꝝ cerebri vel ꝓcedētibꝰ a quāpluribꝰ spondilibꝰ colli ad musculos faciei: iō oz ad huiꝰ musculos ⁊ ad origines neruoꝝ eoꝝ facere iunctōes. Addit: ⁊ quotidie de anacardino pōdus auri vnius assumēdū est: de quo electuario dictū ē supra i cura palesis quō ꝯsumit māz ⁊ exhibet cū aqua decoctōis acori ⁊ ꝓuocat febrez ⁊ ꝯñter postponit exhibitōez eiꝰ q̄ est vltie virtutis qñ reliq̄ non suffecerit. pōt ergo fieri electuariū magis domesticū tētādo curaz cū eo ⁊ reliqs dictis prius. ℞. acori ꝯditi. ℥. j. s. nucismuscate cubebaꝝ ziziberis añ. ʒ. ij. oīa simul ꝯquassent cū lib. j. zucari fiat electuariū: sz nō exhibeat nisi facta purgatōe vt dictū est. Ultīo circa hanc partē dixit: ꝙ si passio hoc mō soluta non fuerit sup. cū dictis ad vētris solutionē sup. iterato veniēdū est ⁊ i hoc singulr valet hiera hermetis: ⁊ egri ꝑseruatōe viēduz ē. Nā cū eidē ꝑseruat cuz quibꝰ curat. s. cū dieta ⁊ reliquis cōuenientibꝰ vt supra ꝓxime fuit allegatū de mēte Gal. quecūqz eniz sanāt fiētes egritudines ⁊ antequā fiāt ꝓhibēt ꝯsistere.

De vltima parte pricipali excusat se ponere curam specialez torture pendentis a siccitate vel spasmi de inanitōe que paulatim inducit ⁊ non repente sicut spasmus vel paralesis materialis ꝓpter ipossibilitatē quasi curatiōis vt est sentētia afforismi: Spasmus ex ellro mortale dixit de tortura vero que nō repente vel paulatiz accidit nō loquemur: ipa eim nō cōtingit nisi in frenesi ꝑniciosa vel sup alio morbo acuto vel alia cā vehementer exiccāte morte iam iminente: ⁊ est ex siccitate: ⁊ sic finis capituli textualiter.

Quid nomis et quid rei torture.

Expeditis textualibus ex ordie videat pīo de quid nomis ⁊ quid rei. Scd̄o ponētur species ⁊ distinctiōes eius. Tertio ponētur signa, ꝓnostica: postea demōstratiua generis ⁊ specieꝝ. Quarto ponet cura regiminis ⁊ medicinaꝝ. Primo ergo circa quid nois nota ꝙ hic terminus tortura multis modis sumit. naz aliqñ iportat actionē cū dolore corporis torquētis ꝓpter dolorē vt scd̄o tegni: tortio vero in vētre: aliqñ vero ꝓprius iportat oēm remotionē cuiuslibet figurati a situ ꝑtium eiꝰ vel in figura: ⁊ hoc mō tortio vel tortura cuilibet ⁊ recto ⁊ obliquo cōicari pōt. Tertio ꝯtrahitur magis ad mēbra que talr ꝯtorqueri pñt ꝓpter malū situm ꝑtiū eoꝝ: ⁊ hoc mō vt dicebat circa litterā i oī membro i quo pōt accidere paralesis ⁊ spasmus i oī tali pōt accidere tortura: q̄r per palesim elongāt ꝑtes a situ suo nāli ⁊ societate debita ⁊ per spasmuz ꝯtrahūt: ⁊ hoc mō sumit tortura apud medicos q̄r est morbus officialis i situ saltem sumendo suuz ꝓ societate. Ueruz q̄r sepe manifestat talis situs malus i facie: iō auctores solum faciūt mentionē de tortura faciei ⁊ nō alioꝝ membroꝝ: ēt q̄r maior feditas est ex ꝑte faciei quādo labia vel palpebre nō simul ꝯiungunt: q̄r sunt mēbra seꝑata ⁊ distincta. iō aliqui auctores magis ꝯtrahētes fecerūt caplm de tortura oris: sz vt supra diximus ꝑ torturā oris pñt etiā intelligere torturam faciei. tortura ergo faciei vel oris est mala figura ⁊ feda partiuz faciei qñ. i. nō fit debita obuiatio labioꝝ ad inuicē: ita. s. ꝙ medium labij supioris nō occurrit medio labij iferioris: ⁊ sic pz qd nomis. Quid aūt rei diffinitiue declarat ab Aui. 2ª tertij caº ꝓprio ꝙ tortura ē morbus officialis i facie fm quē mouet pars faciei ad partē inaturalē ⁊ alterat forma ⁊ figura eius nālis. s. faciei ⁊ remouet bonitas obuiatōis vtrorūqz labiorū ⁊ ambaꝝ palpebraꝝ ex parte. Dicit pīo morbus officialis. nā ē mēbri organici. s. faciei q̄r alterat figura ꝑternālr ⁊ ē sensibiliter ledens oꝑatōes maxie in flatu ⁊ expuitōe. est ēt morbus in situ q̄r ꝑtes mutāt debitū sitū a nāli ad inālē: ⁊ nō tm̄ i situ ꝓ loco: sz ēt ꝓ societate: vt pz ⁊ dicebat ꝙ mouet ad ꝑtē inālez ꝙ duplr pōt itelligi. Uno mō ꝙ ꝑs sana ꝑꝑ partē egrā moueat ad ꝑtē inālē. nā paletica ꝑte dextra ⁊ ipa cadente supra ꝑtē sinistraz ꝓpter mollificationē ipius dextre: tūc pars sinistra sana existens fm ꝑtez illius mouet ad situz illi nō nālez ꝑ modū infra declarandū: vel alr pars faciei mouet ad ꝑtez inaturalē. i. pars sana mouet ad partē nō naturalez. i. ad eā que nō est nāliter disposita vt ꝯtingit qñ pars sinistra spasmat ꝑte dextra sana existēte: tunc propter spasmū ꝑtis sinistre ꝯtrahit ꝑs dextra ad ꝑtē inaturalē. i. inaturaliter dispositā. s. ad spasmatā vel alr in tortura mouet ꝑs faciei ad ꝑtem inaturalē. nā cuz in oī tortura fiat morbus in situ necessario oz ꝙ pars faciei ꝑmutet a nāli situ addit ⁊ remouetur bonitas ⁊c. ex ꝑte. i. ꝙ hec bonitas obuiationis remouet ex ꝑte. s. sana vel ex parte egra vt dictuz ē paletica vel spasmata: q̄r qñqz ꝯtingit ex parte sana: quādoqz ex egra vel ex ꝑte. i. ꝓpter cām in vna ꝑte. s. in vno labio vel in vna palpebra: ⁊ sic alterat forma faciei: ⁊ ꝯñter remouet bonitas obuiationis labiorum adinuicez. Nota tñ ꝓ intellectu huius nō esse necessariū i omni tali tortura faciei corrūpi bonitatē obuiationis labiorum. Nam ꝯtingit male disponi musculos motiuos palpebrarū vel frontis nō lesis musculis maxillaruz vel labioruz in quo casu fiet tortura faciei vt frontis vel palpebrarum nō facta tortura labiorum ⁊ cōtra ꝯtingit in disponi musculos labiorū ꝑternāliter nō indispositis illis qui mouēt mēbra superiora versus frontez sepe tñ cōtingit ꝓpter vicinitatez neruoꝝ musculoꝝ mouētiuz ⁊ labia ⁊ palpebras ⁊ alias ꝑtes faciei. qd̄ stāte nocumēto i musculis labioruz: stat etiā nocumentū in musculis palpebrarū: ⁊ econtra: iō diffinitio cadit sup illd̄ qd̄ vtplurimū ē contingēs.

Distinctiones.

Iā sunt ponēde distinctōes: quaꝝ pª ē ista. Prīa ē ista quedā ē tortura faciei facta incipiēdo: quedā ē seqnēs ad alios morbos maxie cerebrales vt ad subeth apoplesiā vel epilensiā: ⁊ quedaz cū eis cōiungit ⁊ quedā nō. Alia distinctio cū palesi vel spasmo ꝑtiuz faciei que sūt idē qd̄ tortura eiꝰ vt dictū ē aliqñ ꝯiungit palesis ꝓprie sūpta vniꝰ lateris ifra caput vel alioꝝ mēbroꝝ multoꝝ siue spasmꝰ ipsoꝝ mēbroꝝ ⁊ aliqñ nō. Alia distictio ē de inci-

piēte: quedā ꝯiungit̄ cū obtusiōe sensuum ⁊ grauitate motꝰ ⁊ vertigine ⁊ reliquis añecedētibꝰ ad apoplesiā: quedā stat cū bonitate operationū animaliū aliaꝝ ab oꝑationibꝰ partiū faciei.

Alia distinctio talis tortura aut ē recēs aut ē antiqua. ⁊ etiā quelibet ē talis aut ē multū feda ꝓpter multū ꝯuerti figurā a nāli ad inālem: quedā modicū feda. Ultima distinctio: quedā cōiūgit̄ in corpore forti ⁊ robusto ꝑ etatē vel ꝯplōnē: quedaꝫ in corpore debili nālr vel accidētaliter.

Cause.

Istis stantibus veniēdū ē ad cās. Cāe aūt torture sūt due in gñe. s. ꝑalesis aut spasmꝰ vt īnuit Rasis ī diuisiōibꝰ caplo ꝓprio ⁊ silr ꝑrio ꝯtinentis multotiēs: ⁊ Aui. 2ª tertij caº ꝓprio. nā ꝓpter quācūqꝫ cāꝫ mollificatōis vel spasmi in partibꝰ faciei ꝯtingit fieri malā figurā ⁊ parteꝫ faciei ꝯhi ad partē nō nāleꝫ vt supra declaratū ē. fit aūt aliquotiēs ⁊ sepe vna parte tantū egra exñte ⁊ alia sana. sed ꝑter cās tales vt ꝓpter paralesiꝫ vniꝰ partis alia ꝑte sana exñte vel ꝓpter spasmū vniꝰ partis alia ꝑte sana exñte aliqñ ꝯtingit q̄ vtraqꝫ pars dicit̄ lesa. dico ēt eēntialr ⁊ nō tm̄ per cōitatē. nā non repugnat vnā partē paraleticari ⁊ aliā spasmari: ⁊ sic pars spasmata trahit ꝑtē ꝑaleticatā habilē tractui versus eā: cōtingit ēt vtranqꝫ ꝑaleticari sed inequalr ⁊ vtrāqꝫ spasmari ⁊ inequalr fm̄ q̄ nerui motiui diuersaꝝ partiū sunt diuersi. nā vbi forte spasmarēt̄ equaliter nō appareret illa mala figura qm̄ eēt ꝯresistētia ꝑtis ad partē ⁊ sic nō fieret tractus alicuiꝰ ꝑtis ad aliā partē vt pꝫ cōsiderāti. ⁊ iō cā vñ fiat mala figura stāte vna ꝑte sana ⁊ reliqua egra maxime sumit̄ ex hoc qȝ nāliter musculi motiui diuersaꝝ partiū faciei vt ꝑtis dextre ⁊ sinistre tenēt nāliter illas ꝑtes taliter situatas fm̄ certū modū ⁊ quādā ꝓꝛiam ita vt nō vltra naturaliter dilatari possint vel corrugari: ⁊ iō mollificato musculo vnius partis decidit illa ꝑs mollificata q: nō sustentat̄ ex musculo super aliā partē. ⁊ alia ꝑs ēt si sana fuerit deponitur ⁊ ꝯhi videt̄ q̄uis sana existēs ꝓpter aliā partē nō ꝯresistere: imo in illo casu pars que ē sana ꝯtracta apparet ⁊ pars mollificata que est egra nō videt̄ lesa. Cōtingit ēt oppositū. nā spasmato musculo partis dextre tunc violēter ꝯuertit̄ ꝑs sana ꝓpter alligationē ad partē egrā maxīe si ꝯheret̄ mollificatio illius partis: tunc maior fit spasmus ⁊ ꝯtrctio ēt in parte principalr egra spasmata ꝓpter nō ꝯtra resistere reliquā partē ad tractū partis egre. verum ē tm̄ q̄ lꝫ a paralesi ⁊ a spasmo fieri possit tortura vt dictū ē. ⁊ sic queciūqꝫ cāe ēt añecedēs ⁊ primitiue que sunt vel esse pñt cāe paralesis vel spasmi: sunt ēt vel eē pñt cāe ipsius torture. iō de illis spāliter discurrēdo non ꝓcedā remittēs me ad cās paralesis supradictas ⁊ ad cās spasmi infra dicēdas: tm̄ fm̄ sniam auctoꝝ vt multū ⁊ magis fit tortura a spasmo q̄ꝫ a mollificatōe vt dicit Auic. in tex. ⁊ hoc ē q: facilior ē dispō spasmꝰ q̄ꝫ palesis: ēt vt voluit Rasis 3º ꝯtinētis. Nā dixit q̄ tortura ē spasmus fm̄ plus ⁊ mollificatio fm̄ minꝰ. Et addit: ⁊ hoc dꝫ inquiri per signa sed nō multū refert eo q̄ cura dꝫ eē vna ⁊ eadē: quia spasmus est humidus. s. de quo ē sermo ⁊ non siccus. Est ergo necessaria inuestigatio ad agnoscēdū que sit pars ꝑīcipalr lesa vt ei medicamē ꝯueniēter applicari possit: q: que sit pars egra vel sana ē a doctoribꝰ aliquotiēs dubitatū ꝓpter diuersos textus auctoꝝ hincide. Et in hoc Gentilis fecit longā discussionē. sed ꝑꝑ abbreuiare q: nō ē necessaria talis inuestigatio curiosa per rōnes ponā signa ad distinguēdū. sꝫ anteq̄ꝫ ponamus huiusmodi signa prius ponēda sunt signa cōia primo pronostica: deinde demōstratiua.

Signa.

Signa igit̄ ꝓnostica sunt duplicia: quedam sunt talia futuri euētꝰ: quedā termiatiōis ad bonū vel ad malū. Signa futuri euētus sūt saltus vel iectigatio vel motus partiū faciei ⁊ dolor circa ossa faciei. Dicit Rasis ꝓº ꝯtinētis stupor circa coriū faciei. i. cutiꝫ: iectigatio aūt vel saltꝰ ē añs ad torturā ⁊ maxīe cū fit a spasmo. nā significat māām grossam induratā circa partē musculoꝝ ipsiꝰ faciei que ꝯuertit̄ in ventositatē que cū nitit̄ ad exitū facit saltū ⁊ iectigationē: que ventositas sua qualitate ēt pōt facere stuporē ī cuti. talis ergo ventositas cū perseuerat faciens saltū sigat māām ipotentē ad ipsam resoluēdū sꝫ sufficientē ꝯuertere māꝫ ī vētositatē: que mā faciet palesiꝫ si fuerit subtilis hūida: vel spasmū si fuerit grossa. sic ratōabiliter eē dꝫ perseuerāte saltu ⁊ ideo nūciat torturā. Stāte ēt dolore circa ossa faciei denotat̄ māām eē ꝓfundā. vñ ꝯñter significat futuꝝ spasmū maxīe si fuerit ꝑseuerans dolor ⁊ sic significat torturā. Idem dicit Auic 2ª tertij caplo ꝓprio in fine capituli de signis colligēs hec tria signa que dicta sunt ꝓnostica dicit: Et ex signis quidē torture euētus ē q̄ hō inuenit doloreꝫ in ossibus faciei. i. in ꝓfundo versus ossa ⁊ stuporē in cuti sua ⁊ multitudinē saltꝰ eius: vel sup. iectigatōis. signāter dixit multitudinē saltus eiꝰ ad denotādū ꝺ perseuerātia hoꝝ signoꝝ eē ꝯditionē necessariā ad significādū super torturaꝫ. Et sic voluit q̄ eius euētus declarat̄ ex dolore circa ossa. i. pāniculos ossa circūdātes: ⁊ partē ꝓfundā ipsiꝰ faciei ⁊ saltus vel iectigatio ⁊ stupor cutis: antecedit etiā aliquādo dolor capitis maxīe cum tortura debet eē spasmosa ⁊ quādo eius principiū est ex cerebro ⁊ ēt obtusio ī operationibꝰ animalibꝰ sensitiuis ī eāu dcō. Hec tm̄ vltia signa nō semꝑ antecedūt neqꝫ ꝯcomitant̄ ad torturā: vt cōicata lesione tm̄ musculis faciei ⁊ nō cerebro lꝫ fiat tūc dolor ⁊ saltus ⁊ forte stupor ī partibꝰ faciei nō ꝓpter ea sequit̄ obtusio ī operatōibꝰ nobilioribꝰ aīalibꝰ neqꝫ dolor capitis. Signa vero ꝓnostica terminatōis ⁊ ꝓº ad maluꝫ dicit Raſ ꝓº ꝯtinentis q̄ qñ tortura trāscēdit sextū mēseꝫ fit icurabilis: tunc eiꝫ declarat̄ q̄ fortis fuerit cā eius euentꝰ ⁊ maxīe si cū bono regimīe in dieta medicinalibꝰ non curant̄ ī sex mensibꝰ: tūc euidens fit signū q̄ nō est curabilis: imo dicit Raſ dꝫ curari tortꝰ per menseꝫ. ⁊ si non curat̄. s. medicis debite applicatis: tūc nō ē spes curatōis saltēꝫ vt ī pluribꝰ. Ex hoc tm̄ non fiat argumētū: qȝ si ē icurabilis q̄ ꝓpterea sit morbꝰ mortalis. Naꝫ dicit Raſ loco allegato q̄ vidit patiētes torturā per. x. ⁊. xx. ⁊. xxx. annos neqꝫ tm̄ sequutū est ꝑiculuꝫ. Et dicit alibi: dico q̄ vidi patiētē torturā ⁊ non morabat̄ ī camera obscura ⁊ semꝑ videbat lucē faciēdo oīa exercitia q̄ sibi icūbebant ⁊ nō obfuit ei ēt hoc maxīe veruꝫ est qñ nocumētū non est cōe cerebro vel origini neruoꝝ: qȝ declarat̄ ex bonitate sensuuꝫ īterioꝝ ⁊ ex operatōe eoꝝ: sꝫ tm̄ ē nocumētū cōicatū musculis ꝓprijs faciei. Nā dicebat idē Rasis: dico qñ in patiēte torturā non deficit patiēs ī suis operatōibus. s. aīalibꝰ eius morbꝰ nō est ex cerebro: ecōtra dicat̄ vt colligit̄ loco allegato q̄ tortura eueniēs vsqꝫ ad quartū aliqñ ꝓtēdit morteꝫ: ⁊ si effugiat quartū nō est tātꝰ timor. Uñ de hoc dicebat ēt Raſ loco allāto auctoritate Scardi. ⁊ inuit̄ ī quodā libro q̄ patiētes torturā timēt subitaneā morteꝫ vsqꝫ ad q̄rtuꝫ: ⁊ si trāseunt hūc terminū non formidāt de morte. Iō dixit Aui. caplo ꝓprio: Quida aūt existimauerūt q̄ in patiētibꝰ torturaꝫ timet̄ mors subitanea vsqꝫ ad q̄ttuor dies eoꝝ. si vero hos ꝑtrāsierīt euadūt: ⁊ hoc est q: q̄rta est dies creticus: vñ ꝑ malam crisiꝫ posset termiari ad apoplesiā quā ꝓnūciat vt loco allegato. A. dixit hoc. s. est qñ cuꝫ tortura stāt signa antedicta ad apoplesiā vel epilensiā fortē vel aꝑa cerebri de quibꝰ supra dictū ē: nō est tm̄ simplr dicēduꝫ q̄ post q̄rtū nō sit timor: imo post q̄rtū ⁊ vigesimū pōt esse timor maxīe cuꝫ iungunt̄ ī ꝓcessu signa apoplesie vel epilēsie vel aꝑatis cerebri: qm̄ cuꝫ ꝯuertit̄ ad aliqȝ horuꝫ est signū male termiatōis. Aliud signū ad maluꝫ tortura eueniēs ī etate decrepita fit vt ī pluribꝰ icurabilis pꝫ vt supra de tremore ⁊ simili cā ⁊ silr si accidat corporibꝰ alr multū debilibꝰ maxīe cuꝫ succedit ad morbos lōgos cerebrales. Signū vero ad bonū ī tortura est cuꝫ ipsa nō est feda ⁊ accidit ī corpore ex cā primitiua manifesta maxīe de occursu aeris fridi ⁊ in corpore in reliqs oꝑatōibꝰ nō leso sicut ex ꝑdictis colligi pōt. Signa vero generis sunt signa posita circa lr̄am fm̄ Rasim ī tex. ⁊ fm̄. A. sunt vt accidat iflatio faciei sup. maxīe ꝑtis lese: ⁊ hoc ꝑꝑ māꝫ replōnaleꝫ ꝯtingentē ī tortura ī ꝑalesi vel spasmo eiꝰ vñ fit iflatio: vel fit ēt ꝑꝑ difformitatē ꝑtiū faciei maxīe ī ꝑte ꝯtracta: qm̄ ibi aliq̄ partes sūt magis grosse. Aliud signū cōe etiā fm̄. A. est emissio sputi ex latere ⁊ non retinet̄ saliua partis vel forte patiētis. nā q: labia non bene sibi obuiāt non pñt in rectū sufflare vel expuere sꝫ lateralr: ⁊ ꝓpter hāc cāꝫ nō retinēt saliuā sꝫ effluit. Sꝫ ista signa. A. sunt signa torture vt multuꝫ contingētis sicut ēt signa Raſ vt fuit dictū in lr̄a puta torture cōicate ꝑtibꝰ oris: nā ī tortura partiū superioꝝ nō fierēt predicta.

Signa vero distinctiua īter partē sanā ⁊ egrā sumunt̄ ex eo q̄ pars sana ēt nō mota reducit̄ ad situꝫ suū nāleꝫ si pars egra ēt ꝑ violentiā trahat̄ ad situ nāleꝫ: vñ si pars sinistra eēt spasmata ⁊ pars dextra eēt ꝯtracta ad parteꝫ sinistrā: tūc pars dextra īmediate cedit ad situꝫ suū nāleꝫ tracta ꝑte sinistra: ecōtra antē pars egra si fuerit nō nisi difficulter ad situꝫ suū nālem reducit̄ maxīe si fuerit spasmata ⁊ si fuerit ꝑaleticata lꝫ videat̄ obediens vt ad situ nāleꝫ reducat̄: tm̄ in ꝯtinēti nō seruata eiꝰ retractione decidit vt supra. Signa vero specierum si fuerit a mollificatione stat aliqualis stupor ī ꝑte illa mollificata ⁊ obtusio ī operatōibus illiꝰ. ⁊ si fuerit pars spasmata fit aliqualis dolor ⁊ inobediens ad reductionē ad situ suū nālem: ꝑs ēt sana aꝑꝑet coloris melioris ⁊ magis tractabilis ꝯñter quāuis videat̄ aliqñ ꝯtracta ꝓpter casuꝫ alterius ꝑtis ad aliā partē: tm̄ ex colore ⁊ ī faciei cōuersione ad situꝫ nālem dicit̄ declarari eius sanitas vel egritudo: ⁊ qñqꝫ ꝯtingit vtrasqꝫ partes eē lesas: ⁊ tunc erunt signa lesionis in vtraqꝫ ꝑte: ⁊ de hoc videat̄ ꝯsiliuꝫ per me factū ꝺ tortura oris. Rasis etiā ponit vnū signuꝫ ⁊ cum eo videt̄ cōsentire. A. maxime cuꝫ ē a paralesi ⁊ mollificatōe que difficulter magis cognoscit̄ quā q̄ est a spasmo q̄ aꝑiat̄ os patiētis fortiter ⁊ ꝑmatur lingua deorsuꝫ ⁊ inspiciat̄ circa colatoriū ⁊ palatū. naꝫ ibi est signuꝫ distinguēs parteꝫ dextraꝫ a sinistra fm̄ incessum vnius villi ⁊ eius: vñ dicit ipse q̄ vbi mollificatio fuerit ī parte dextra: exēpli gratia aꝑꝑebit illa pars vel pāniculus oris fꝫ parteꝫ palati mollificata deorsuꝫ extēsa mollis ⁊ humida ꝓpter cōtinuationē illius pāniculi cū reliquis pāniculis ītrīsecis partis faciei. Signa aūt declarantia cām si sit a spasmo distiguit̄ a cā mollificationis vt paulo āte dictū est: qm̄ in mollificatiōe nō cōcomitatur eēntialiter dolor sꝫ magis stupor ī spasmo: sic etiam pars spamata dicit̄ eē durior difficulter trahibilis: ⁊ pars mollificata faciliter est trahibilis ⁊ reducibilis ad nālem situꝫ ēt cū spasmo nō est abūdantia sputi ⁊ humiditatis defluentis ab ore sicut a tortura ex paralesi vel mollificatōe: ēt cōiter in mollificatione mēbra ⁊ oculi ⁊ palpebre vident̄ iferius deijci ⁊ oculi claudi: in spasmo vident̄ sursum eleuari vel circa aures cōtrai. alia fit eleuatio ꝓpter ꝯtrahi mēbra ad origines neruoꝝ: vñ in spasmo sepe ꝯtingit oculū vel oculos nō posse claudi: vbi in mollificatiōe fit clausio oculoꝝ vel saltē ꝑtis lese. Signa aūt matericꝝ humoraliū paralesis vel spasmi vt nūquid fuerit ex sanguīe vel flegmate vel ex alia mā hñtur ex his que dicta sūt supra sepe.

Cura.

De cura primo ī regīe in dieta nō habēdo cōsiderationē ad torturā que pēdere pōt a spasmo de siccitate vel ex aꝑate colli ꝑfocatiuo de quo videbat̄ facere mentionē Gal. 3º interioꝝ qm̄ tales rarissime fiunt ⁊ sunt: vt in pluribus mortales: sꝫ tm̄ cōtrahēdo sermonē nostrū ad eaꝫ que vt plurimum ꝯtingit. Primuꝫ obseruent̄ oīa supra dicta de regimine ꝑalesis: ⁊ qȝ infra dicet̄ de regimīe spasmi vt. s. infirmꝰ situet̄ ī

acre

aere calido ⁊ ſicco: ſʒ nō multū calido ī principio ſtāte repletōe totius: neqʒ exiccatiuo multū ne ſubtile exiccet groſſo remanēte ⁊ maxime in ſpaſmo: ſʒ vnū cōem in hoc ponunt cañ. auctores. ſ. ſtet tortus in aere obſcuro ꝙ nō eſt cōe in paraleſi neqʒ ī ſpaſmo. Gētilis dat diuerſas cās huius dicti: ſʒ oēs in hoc cōueniunt auctores cām exprimēdo ꝓhibitionē occurſus ⁊c. ſed nulla cā eſt iudicio meo melior niſi ꝙ cuʒ ſunt in lumīe ꝯprehēdunt ſe nō poſſe expuere neqʒ loqui niſi cum difficultate: ⁊ humiditates etiā bauas ex ore ꝓfluentes: p̄cipue in mollificatiōe vel paraleſi ne ſuꝑuenientes ad infirmos vıdeant' turpitudines ipoꝝ: etiā ipſi de ſeipis accipiāt triſtitiā ⁊ huiuſmodi paſſiones aīales. nam aer luminoſus videt̄ magis in caſu ſalteʒ in ꝓceſſu iuuare ſubtiliādo ⁊ reſoluēdo mām mollificantē: ſʒ ne ſint ludibrio alijs ordināt auctores vt ponant̄ ī loco obſcuro in camera calida ⁊ ſicca moderate. Circa cibos ⁊ potꝰ q: de reliquis nō nālibus ꝓpter abbreuiare nō eſt neceſſariū loqui cuʒ regimē ſit vt dictuʒ eſt obſeruāduʒ vt in ꝑaleſi ſtupore ⁊ tremore. aliq laudāt columbos ī principio ⁊ mel ⁊ aquā mellis: ſʒ. A. videt̄ non laudare: īmo dixit ⁊ nō deſiccent̄ cuʒ exiccatiōe mellis ⁊ pullis columboꝝ. aliqui dicūt ꝙ ꝑ talia ꝑ ſuā caliditatē reſoluit̄ ſubtile ⁊ terreſtrificat̄ groſſuʒ: iō in tortura ⁊ ſpaſmo timent̄: ſʒ Gētilis trahit iſtuʒ textuʒ per exiccationē ītelligēdo ſtipticitatē vētris cuʒ dixit ⁊ nō deſiccent̄ intellexit nō exhibeant̄ ſtipticātia vētrem: ⁊ ꝓpterea vetant̄ pulli columboꝝ q: tarde digerūtur ſʒª tertij: ⁊ ita mel coctū multū: ⁊ ꝓpterea dixit ipſe ꝙ laudauit aquā cicerū q: ſubtiliatiua. Pro cibo laudauit cuʒ oleo ad leniendum ne ꝓuocatione vrīne inducant ſtipticitatē ventris: ⁊ iſta ſnīa videt̄ magis cōformari textui qm̄ paulo poſt addit: ſi natura fuerit ſicca moueat̄ ī die ſc̄do cū cliſteri vehemētis lenitatis: qm̄ eſt ꝯueniēs quaſi inuat ꝙ lenitio ventris ſit in caſu neceſſaria. ⁊ iſtum cañ. poſuit ſignāter Auic. qm̄ ſumpta debita dicta exiccatiua: vt ſupra dictū eſt ī ſimilibus fecit medicū cautuʒ ne vēter ſtipticet̄: iō in ſtipticitate vētris vituꝑauit columbos ⁊c. ⁊ ita aliqui alij vituꝑant mel ⁊ oīa exiccantia in principio: ⁊ hec ꝓpter id qꝺ dictū eſt: ſed re vera oīa iſta ſtāt ī ꝯſideratiōe medici: ne a principio occurrāt multū exiccātia ne exiccetur ſubtile vel ꝓpter ſtipticitatē ventris. De potu autē in cōſuetis vino ſi paruʒ detur ſtāte magno deſiderio erit tollerabile: ſʒ regulr̄ magis ē vinū dimittendū: brodiū cicerū multuʒ cōuenit: ⁊ carnes ſilueſtres ⁊ capretoꝝ: vt in ſimilibꝰ dictū eſt cauēdo ab humidis: ⁊ humidis herbis in virtute venter teneat̄ mollis. naʒ ⁊ ventris lenitio ē maxime iuuans vt dictū eſt.

Medicinalia. In regimīe per medicinas circa digeſtiua ſeruet̄ regula ꝙ dimittant̄ ſubtiliatiua multū ⁊ fortiter digeſtiua a prīcipio. ſʒ dent̄ decoctōes ſubtiliatiue mediocres ⁊ in ꝓceſſu fortiores cū appropriatis de quibus ſupra in de ꝑaleſi ēt ſi penderet tortura a ſpaſmo. nā cura ſpaſmi nō multū diuerſificat̄ a cura ꝑaleſis. Circa cūoneʒ vero ē obſeruandus cañ. ſicut in digeſtiuis vt a debilioribꝰ ꝓcedat̄ q: tn̄ cūonū q̄dā ē regularis quedā coacta ꝙ cūone reglari nō dʒ cūari a prīcipio cū ſolutiuo: īmo tardāda eſt cūo vſqʒ ad q̄rtū vel ſeptimū q: ſʒ ꝙ mā fuerit minꝰ apta cūoni lōgiꝰ digerat̄ ⁊ tardius cūetur. ⁊ hoc quia morbus dat inducias ⁊ calide medicine a principio agitādo mām nocēt ⁊ fortes debilitādo: ⁊ maxime cū virtus in morbis cronicis ſit multū cuſtodiēda. In cura tn̄ coacta vbi ſit ꝑiculum de caſu ī epilenſiā fortē vel apopleſiaʒ ꝑ ſigna que p̄ceſſerūt ꝙ oʒ a principio cūare nō expectata digōne ꝓpter ꝑiculuʒ īminēs. iō dicit Raſis ī textu noſtro: huiuſmodi curā ī ſolutōe vētris īcipiemus cuʒ pillulis fetidis. Hoc dʒ intelligi coacte ⁊ ſtāte replōne ſm totū ⁊ maxime ſm cerebrū. Et hic eſt alius modus exponēdi iſtū textum ab illo q poſitus ē circa litterā: ſed ſi non ſit talis tremor prius digerat̄ deinde cūetur. ⁊ pro hoc dicebat idē Raſis p̊ ꝯtinētis: ⁊ ē premeditandū in diſpōe torture: q: ſi ꝯtingat ſenſus patiētis turbari ⁊ corpus eē pōderoſius ⁊ nō agile in ſuis motibꝰ dʒ purgari cū difficili purgatiōe. ſʒ ſi corpus ē ſm diſpoſitionē nālē: tunc ē ſciēdū ꝙ paſſio ē ſolū in illo mēbro qꝺ ē leſuʒ in ꝑtibus faciei ⁊ ē mundificatū ⁊ nō dʒ īcurrere aliqꝺ malū niſi illꝺ qꝺ prius hūit ⁊c. ⁊ tūc ſup. nō dʒ cūari cū difficili purgatōe: ſʒ tūc in cūone habeat̄ regula vt nō cūemus cuʒ debilibꝰ. i. lenitiuis q: talia leniētia mollificātia mēbra neruoſa nocēt. vn̄ non opʒ dare caſſiā a prīcipio donec digerat̄ mā ſed cūando cūet̄ cum ſolutiuis fortibꝰ ſm nām debilibꝰ: tn̄ in doſi ita ꝙ poſſint d̄ mā ꝓpria aliquid cūare. Vn̄ Raſis p̊ ꝯtinētis laudat ī cūone priꝰ aliquā digeſtiōeʒ dari de hiera hermetis: ſʒ bonū ē priꝰ interpollare ꝑ tres vel quattuor dies dādo hierā cū agarico ⁊ cum acoro ſticados que vident̄ tāquā materies medicinaꝝ ī talibꝰ diſpōnibꝰ. tn̄ cū dicit Auic. ⁊ neqʒ facias cūonē cū debilibꝰ nō ſufficiētibꝰ donec digō aliqua vice fiat. feſtinatio eīm ad medicinā exiccat mām ⁊ minorat eā ⁊ exiccat neruos ⁊c. Aliq exponūt illū tex. ꝙ nō facias neqʒ cū debilibꝰ. i. cū lenitiuis vt caſſia neqʒ cū acutis añ digōnē q: medicia acuta fortis īgroſſat mām ⁊c. ſʒ reuera iſta nō fuit ſnīa Aui. ſʒ hic voluit inuere ꝙ nō debemus facere cūonem cū debilibꝰ lenitiuis vt ipſi exponūt quia nō cū caſſia lʒ in ſe hoc dictū ſit verū: ſed nō ad mentē Aui. ſʒ voluit ſilr̄ qꝺ voluit Gētilis ⁊ bn̄ vt nō cūes cū debilibus abſolute q: nihil imprimūt in mām ſicut ē caſſia ſi. ideo dixit nō ſufficiētibꝰ vt ēt ipſi dicūt ſed ſup. cūa cū debilibꝰ ſufficientibꝰ q: ſunt vno mō debilia ⁊ alio mō fortia donec digeſtio ⁊c. q: licet nō ſit digeſtio perfecta ſed icohās in morbis huiuſmōi flegmaticis: multotiēs minuimꝰ de mā cū medicinis ſolutiuis debilibus ⁊ ſufficiētibꝰ vt cū infuſiōe turbith ⁊ agarici dimittēdo nō ſufficiētes vt purā caſſiā. ⁊ verū eſt ꝙ feſtinatio ad medicinam acutā. i. fortē vt coloquintida exiccat ⁊ minorat ⁊ reſtringit materiā minorādo: ⁊ ſic exiccat eā ⁊ deſiccat neruos q: non exn̄te mā ꝑata cūoni ꝯuertit ſe ad humidū neruoꝝ ⁊ debilitat̄ oꝑatio ideſt nō facit oꝑationē quā intēdis. Deinde fiāt diuerſiōes per cliſteria ⁊ cū vētoſis maxīe circa collū ſine ſcarificatōe ad calefaciēdū neruos ⁊ diuertēdo māʒ ne fluat ad muſculos faciei: ſed nō fiant a principio. valent ēt fricatōes mēbroꝝ īferioꝝ lotiones tibiaꝝ cū appropriatis decoctōibꝰ vt acori ſticados maiorane calamēti pulegij roriſmarini ⁊ ſimiliū. De hic veniat̄ ad ꝑticulares cūones cū gargariſmis que maxīe valēt ī cāu vt ſupradictū ē. Et d̄ his dixit Meſue; verū gargariſmata cūctis medicinis p̄ponēda ſunt cū caputpurgijs cuʒ ſint vtraqʒ cura vera qm̄ faciūt ad motū oris ⁊ partiū circūſtātiū facta tn̄ prius cūone. nā a prīcipio nocēt vt dicebat Auic. Intēdere auteʒ ad gargariſmata a principio eſt nocēs. ⁊ quādoqʒ attrahit qꝺ ꝓpinquuʒ ē ⁊ non reſoluit crudū. fiat deinde cōfortatio calidi naturalis iſtoꝝ mēbroꝝ ſed cūo ⁊ reſolō māe cum gargariſmus fiat cum oximelle cum modico ſinapis ⁊ piretro faciendo decoctōeʒ ſinapis ⁊ piretri vel ſinapis tm̄: ⁊ poſtea cū oximelle. ſ. fiat gargariſma de quo dixit Raſis p̊ ꝯtinētis: Dico ex auctoritate Oribaſij ꝙ flegma viſcoſuʒ purgat̄ cū ſeīe ſinapis mixto cū ſirupo' acetoſo facto gargariſmate ex eo. ⁊ addit: ⁊ eſt bonuʒ dictū. ⁊ alia gargariſmata nō trahūt niſi humiditatē ſubtileʒ. Fiāt ēt maſticatoria appropriata ex acoro nucemuſcata piꝑe longo piretro ⁊ cū modico cere fiat maſticatoriū. valēt ēt caputpurgia de quibꝰ dixit Aui. digniꝰ vero quo ſit caputpurgiū eſt auricula muris. voluit ergo ꝙ ſuccus auricule muris ſit mirabilis: eſt que auricula muris ſpēs ſimilis maiorane: vel ex decoctōe eiuſdē pōt fieri. ⁊ ſi ponat̄ paꝝ ſinapis vel nigelle eſt fortiꝰ. Laudāt aliqui flōmiā vene ſub ligua ī cronica tortura. ſʒ. Aui. artificioſe loquēs dixit: Si fuerit ſanguis dominās ⁊ recte etiā circa faciē. Cōiter laudāt oēs ⁊ iubent ꝙ hēant ſpeculū factum ex calibe: q: talia ſpecula ſūt plana reddūt faciē magis latam ⁊ repūtant maiorē diffor̄mitatē ⁊ ꝯūter ꝯuertūt ⁊ meliꝰ rectificāt faciē coꝝ: ⁊ ipſi īfirmi ſe iuuāt tunc manibꝰ ꝯuertendo ꝑtes coꝝ ad ſituʒ nāleʒ: poſtea facies reducta ad ſituʒ nāleʒ liget̄ cuʒ plumaccolis prius factis iunctōibꝰ reſolutiuis ꝯfortatiuis vt ē oleū de coſto de ſpica: ⁊ hoc in pēdente a ꝑaleſi. Vn̄ aduertēdum eſt hū ꝙ ſi tortura ſit a ſpaſmo nō debēt poni huiuſmodi localia calefaciētia exiccātia multū non p̄ueniētibꝰ mollificatiuis: qm̄ mā ſpaſmi ē groſſa iō oʒ p̄uenire cū mollificātibꝰ vt oleo amigdalarū dulciū de lilio ſimplici cū mucilaginibꝰ altee ⁊ fenugreci ⁊ ſimilibꝰ ⁊ poſtea venire ad olea fortia calefaciētia ⁊ exiccātia: nō ſoluʒ circa faciē ſʒ circa nuchā ⁊ collū. Et ſi ꝑaleſis ſit circa frōteʒ: primū extendat̄ pars ad ſituʒ nāleʒ ⁊ ligent̄ cū binda ⁊ plumaccolis īfuſis ī oleis exiccātibꝰ ⁊c. ſed ſilr̄ ſingula die ſpeculent̄ ⁊ nitant̄ ad rectificatōeʒ q̄ʒtuʒ poſſibile eſt. Laudat̄ ēt ſi in ore teneāt nuceʒ muſcatā ī ꝑte leſa fractaʒ vel mirabolanos kebulos vel nigros vel acoꝝ ꝯditū vel piretrū ꝯdituʒ. nā eſt fidelis medicina vt dicit Meſ. Laudat̄ ſilr̄ fieri euaporatōeʒ ad facieʒ facta decoctōe reꝝ calidaꝝ exiccatiuaꝝ in vino vel aceto ⁊ aq̄: vt camomille melliloti calamēti ſticados maiorane iſopi ſerpilij pulegij ⁊ huiuſmodi cū acoro nucemuſcata: que poſtq̄ʒ bullierint debita decoctōe fiat ſtupha ⁊ recipiat̄ fumꝰ ad faciē. naʒ ꝑ eā aperiunt̄ pori faciei ⁊ per ſudorē mā educit̄ ⁊ ꝯfortant̄ neruī ⁊ neruoſa mēbra. Et eadē decoctōe fiat artificiū tribꝰ vel q̄ttuor diebꝰ capiēdo lapides ignitos ⁊ ſuperponēdo ad dictā decoctionē: ⁊ cū pānis tegendo vas vel vaſcile ī quo ponunt̄ lapides igniti cū decoctōe recipiat̄ fumꝰ ad partē leſam faciei. ⁊ ſi fiat cū embotto erit fortior ipꝛimo. Et iſtud fiat añquā veniat̄ ad vnctiōes felicitabit̄ operatio. Laudauit ēt Raſ p̊ ꝯtinētis vt coquant̄ carnes ſilueſtres. ſ. ſicce ⁊ terātur ⁊ miſceant̄ cum oleo appropriato ⁊ calide apponātur ſuper locū torture. Et dixit ꝙ hec ē melior ⁊ magis experta cura que reꝑiat̄ ad hūc morbū. Cōfectōes ēt cerebrales oēs ꝯueniūt vt de metridato tyriaca ⁊ reliquis de quibꝰ ſupra: ⁊ īter alia valet electuariū Raſis p̊ ꝯtinētis d̄ quo dixit: Electuariū mirabile ⁊ exꝑtū ⁊ fuit reꝑtū ī quodā ātiquo tractatu cuiuſdā medici. ℞. zinziber ⁊ acorū terant̄ ⁊ ꝯficiant̄ cū melle: ⁊ det̄ de eo ad quātitateʒ vnius nucis mane ⁊ ſero. Ponit etiā vnū aliud electuariū ſingulare hic dicēs melior ⁊ expertior cura que reꝑiatur in hac egritudine ē dare oī die in quātitate vnius oui de ſemībus iuniperi tritis ⁊ puluerizatis ⁊ cōfectis cū tātūdem de melle. Poſtremo qn̄ alia nō ꝯtulerint veniēdū ē ad cauteria: de quibꝰ alias dictū ē: ⁊ de his dixit Meſue. Ad cauteria aūt approximandū: qn̄ iam alia nō ꝯtuliſſe experieris: ⁊ hoc erit vltimū ſtudiū ⁊ ſic finis. ⁊ de his dixit Raſis prio ꝯtinētis: ⁊ ſi hec oīa. ſ. medicinalia dicta nō ꝯferunt coquat̄ vena que eſt poſt aurē ⁊c. ⁊ ſic ē finis huius capituli de tortura oris ⁊c.

Caplm̄ iʒm de ſpaſmo tethano ⁊ alcuzeç.

Cum aliqꝺ mēbrū alicuiꝰ ꝯtrahit̄ ⁊ ad ſuaʒ redit originē aut plura ex mēbris ſic diſponūtur ipſa ſpaſmata eē ꝓnūciabimꝰ: ſpaſmꝰ aūt ſubito aut paulatiʒ inuadit. Spaſmo aūt ſubito eueniēti eadeʒ p̄parāda eſt cura quā in paraleſi cōferre diximꝰ. In eo tamē fricatōe manuū ⁊ inunctōe ex oleo coſtino plus vtimur. Spaſmus vero qui nō repente

c

ſed ſuauiter accidit poſt febrē aut poſt multā ventris ſolutōez
aut multū vomitū aut ſanguis fluxuȝ: malus eſt ⁊ vix curabi-
lis. Quicquid tñ accidit ei mederi incipiemus. Egro nāqȝ
ordei aquā ⁊ iura vnctuoſa ⁊ mollia miniſtrabimꝰ: ⁊ i aquaȝ
dulceȝ tepidā ipſuȝ mittemus: ⁊ inungemꝰ ex oleo viol'. tepi-
do ⁊ oleo de ſeminibꝰ cucurbite: ⁊ precipue neruoꝝ radices in
quibꝰ ſpaſmꝰ exiſtit. In tina quoqȝ diu moreť ⁊ ex oleo viol'.
inunganť. De vino bibat patiēs paꝝ: qđ tamē multū habeat
aque admixtioneȝ ⁊ cibis nutriať humidis.

Um aliquod membrū. Iſtud ē capi-
tulum de ſpaſmo ꝙ ſic ꝯtinuať ad ꝑcedēs. nā
c postquā ſupra in ꝑcedēti caplo determinauit
de tortura oris q: vt in pluribꝰ ꝑcedit ex ſpaſ-
mo vt dictū eſt ſupra fuit ꝯueniēs ad perfectā
intelligentiā torture facere ꝯſequēs caplm de
ſpaſmo. Declarādo ergo de ſpaſmo tria facit principalr: qm̄ ꝑ
ſigna declarat eē ipſius ſpaſmi vt ex dictis ſignis habeať qdā
ſignificatio ſpaſmi. Scđo ponit vnā diuiſionē vt inuat quaſdā
differētes ſpēs ſpaſmi. Tertio ꝓſequiť ad curam eius. 2ª pars
incipit ibi: Spaſmus aūt aut ſubito ⁊c̄. 3ª ibi: Sȝ ex ſubito ve-
hementi. De prima ꝑte dicit cū aliqđ mēbruȝ alicuius ꝯtra-
hiť ⁊ ad ſuā redit origineȝ aut plura ex mēbris ſic diſponūtur
ipſa ſpaſmata ꝓnūciamus. i. in eis declarať eē diſpōeȝ que eſt
ſpaſmus. Pro intelligētia ꝑtis eſt notandū ꝙ ex verbis poſi-
tis i littera Raſis manifeſtat duo pricipalr que ſunt velut dif-
ferentie ad declarādū ſpaſmū que ⁊ ſi ſit paſſio neruoſa differt
a paraleſi ⁊ ab alijs diſpōibus mēbroꝝ neruoſoꝝ. Primuȝ eſt
ꝙ mēbrū cū torqueť nō ſoluȝ cōtorqueť: ſed talis ꝯtorſio fit cū
reditu vel ꝯuerſione ad ſuā origineȝ: puta cerebrum vel ad nu-
cham que ſunt pricipia ⁊ origines neruoꝝ: ⁊ ꝯñter lacertoꝝ mē-
brorum neruoſoꝝ. nā ſi fieret tortio oſſis principalr ⁊ nō mēbri
neruoſi vt cū torqueť crus vel brachiū: ꝑ cōtorſionē oſſis non
deberet dici ſpaſmus ſȝ cū cōtorqueť membrū organicū ⁊ ma-
xime iuncturale ꝓpter ꝯtractionē lacerti quo mediate ꝑ alliga-
tionem ad iuncturā mediātibus cordis fit ꝯñter ꝯtractio illius
mēbri ſecū ꝯcathenati vt cōtracto lacerto brachij a cubito īfra
in ꝑte domeſtica exiſtēte cōtrahiť ꝯñter manus ꝑua ⁊ cōuertiť
ad ſuū principiū: puta verſus radiceȝ ipius lacerti ⁊ mediante
verſus nuchā ⁊ cerebrū. Signū qđ ponit ad declarandū ſpaſ-
muȝ ē vt ꝙ cōtrahať vnuȝ mēbrū tm̄ aut plura ex eis: ⁊ nō oīa
ꝙ manifeſtauit ꝑ hoc qđ dixit vnū aut plura: qm̄ ſi oīa vlr cō-
traherenť mēbra verſus originē: puta cerebruȝ: iā illa ꝯtractio
⁊ reditus ad ſuuȝ principiū nō deberet dici ſpaſmus vt ſpaſmꝰ
diſtinguiť ab epileſia: ſed ꝓprius dȝ dici epileſia vt paulo poſt
diceť cū declarabiť de quid nois ⁊ quid rei ipius ſpaſmi. De
ſcđa parte ponit vnā diſtinctionē đ ſpaſmo dicens: ſpaſmꝰ aūt
aut ſubito aut paulatim iuadit ex qua diſtinctione ipe īnuit di-
ſtinctionē cōiter datā de ſpaſmo inali. ſ. vel ad mām ꝓportōa-
to: ⁊ ē ꝙ quidā eſt ſpaſmus de replone vt qui ſubito fit: quidaȝ
eſt ſpaſmus de inanitione vt qui fit paulatim. nā vtplurimum
ſpaſmus repletionalis fit ꝑ defluxuȝ mãe que recipiť i muſcu-
lis vel lacertis: vñ fit dilatatio ꝓpter ipletioneȝ ſubito: ⁊ ꝯñter
abbreuiatio i longū: ſpaſmꝰ aūt ſequēs inanitionē ⁊ mioratiōnē
humidi qui dictꝰ ē ſpaſmus de ſiccitate paulatine induciť. quō
aūt ⁊ qualr fiant iſti ſpaſmi videbiť i ſcđo principali de ſpecie-
bus eius. De ſpaſmo aūt ad mām nō ꝓportionato nō fecit mē-
tionē tāquā breuiloquus: ⁊ qm̄ talis ſpaſmus vt ī pluribꝰ redu-
citur ad alterā illaꝝ ſpecieꝝ de quibꝰ dictū ē: vt infra ꝯſiderāti
patebit ſequiť alia ꝑs. Sȝ ex ſpaſmo iſta ē tertia ꝑs ī qua po-
nit curā ipſius ſpaſmi. Et duo facit principalr: qm̄ prio excuſat
ſe a principali determinatiōe ſpaſmi repletiōalis ꝓpter ea q̄ di-
cta ſunt ſupra i cura paleſis: q: cura fere ē eadē: ſȝ poneret vnū
ſpāle i ſpaſmo differēter a paraleſi. Scđo ꝯſequēter ipſe ponit
curā ſpaſmi de inanitiōe ſiue ſiccitatis. 2ª ibi: Spaſmus vero
qui nō repēte ⁊c̄. De pªꝑte dicit ſcȝ ſpaſmo ſubito eueniēti ꝑ
quirēda eſt cura q̄ȝ paraleſi diximus ꝯferre: deīde ponēdo cu-
ram ſpāleȝ differētē a paraleſi dixit in eo tñ. ſ. ſpaſmo fricatōe
manuū. ſ. ſpaſmataꝝ ⁊ inunctōibꝰ ex oleo coſtino plus vtimur.
Pro intelligētia huius ꝑtis oȝ notare ꝙ mā ſpaſmi vt multuȝ
differt a mā paleſis: vt latius ifra videbiť in hoc. ſ. ꝙ mā ſpaſ-
mi eſt groſſior q̄ȝ mā paleſis ꝓpter cās infra dicēdas: ſȝ in reli-
quis cōicent. ſ. i hoc ꝙ eſt mā frigida flegmatica: ⁊ in hoc ꝙ ē
recepta ī villis neruoꝝ lacertoꝝ vtraqȝ: vñ dicebat Aui. 2ª ter-
tij caplo de ſpaſmo: mā vero ſpaſmū faciēs nō efficit ſpaſmū ⁊
mollificat. i. nō facit paleſim: ⁊ eſt ſatis cōis modus loquēdi ni-
ſi ꝓpter ſuā groſſitudinē: ⁊ q: nō eſt ingreſſa ſubſtātiā villi ꝑuo
introitu. ſ. in poris ꝑuis ſup. tm̄ mēbri quo iuueť. ſ. ꝑ huiuſmōi
ꝑuū introitū ad mollificationē ⁊ paraleſim: ſȝ eſt coartata in fo-
raminibus magnis ⁊ ſua groſſitie dilatat ⁊ ꝯñter abbreuiat: vñ
mā paraleſis ſubtilior exñs ībibita in poris minutiſſimis mem-
bri elōgat ⁊ relaxat: ⁊ ex hoc fundamēto ſatis patet quomō ma-
teria paraleſis cōmunicat cuȝ mā ſpaſmi: ⁊ ꝯſequenter ipſiꝰ cu-
ra cōicat: q: cū intētiōe ad mām frigidam flegmaticam in ner-
uoſis mēbris ꝑter nām receptā. ⁊ iđ cū digerētibꝰ ⁊ eūantibus
quaſi equalr ⁊ cū ꝯfortātibꝰ cerebrū ⁊ neruos ēt equalr ſed i eo
qđ ē mā groſſior ⁊ magis i ꝓfundo ad itellectū datū ē īdigentia
fortioris reſoluētis ⁊ exiccātis. ⁊ ꝓ tāto inuebat hoc ī tertu per
hoc qđ dixit ꝙ vtemur plus fricatōe manuū i ſpaſmo q̄ȝ i pa-
leſi. ſ. calefaciēdo ⁊ exiccādo: ⁊ ex oleo coſtino qđ ē vehementer
calīm ⁊ exiccatiuū. ⁊ ex his duobꝰ innuebat ꝙ oē aliud ingeniū fa-
ciēs ad reſolutionē dȝ eē magis reſolutiuum ⁊ calefactiuuȝ in
ſpaſmo q̄ȝ in paraleſi. Sed ēt hoc dictū notat Gerardus đ ſo-
lo ꝙ in hoc dȝ differre medicina exteriꝰ applicata in ſpaſmo a
ꝑaleſi: qm̄ i ꝑaleſi poſſumꝰ exiccare non precedēte humectatōe:
ſed i ſpaſmo ꝓpter groſſitiē mãe vt dicit ipſe nō poſſumus tute
exiccare cū medicina forti exiccatiua vel reſolutiua nō ꝑcedēte
reſolōne ꝓpter dubiū induratōis mãe. vñ ipſe laudat priꝰ inun-
gi mēbrū ſpaſmatū cuȝ mollificātibꝰ ⁊ cū mucilaginibus fenu-
greci ſemis lini ⁊ ſimilibꝰ: ⁊ poſtea cū exiccātibꝰ reſoluētibꝰ ꝓce-
dere. ego tm̄ i hoc nō laudo ſimplr mollificatiua ſeꝑata ſubtiliā-
tibus ꝯfortātibꝰ q: mā non ē dura: ⁊ ſi dicať eē groſſa reſpectu
illius que facit ꝑaleſim. 2° q: nā mēbroꝝ neruoſoꝝ ē ꝯſeruāda
⁊ aliqualr ſicca cū nerui ſint nālr ſicci ⁊ facile reſoluať eoruȝ
virtus ab humido relaxāte vt clare ꝓbauit pluſq̄ȝ Cōmentator
3° tegni. Magis ego laudareȝ vt cū medicinis a dño ſubtiliā-
tibus reſoluētibꝰ ⁊ exiccātibꝰ aliquid apponať de medicis mol-
lificatiuis ad ꝓhibitōeȝ īduratōis ⁊ ad faciēdā equaleȝ reſolō-
nem i toto q̄ȝ ſimplr vna vice humectare tm̄ ⁊ mollificare ⁊ alia
vice reſoluere ſimplr vt ē cañ. in cura aꝑatū duroꝝ ꝓpter cām
ſupradictā: ſequiť alia pars. Spaſmꝰ vero qui nō repēte ⁊c̄. In
qua ponit curā ſpaſmi de īanitōe ⁊ duo facit. p° ponit vnū ꝓ-
noſticū in cura eius. 2° ꝓſequiť ī cura eiꝰ. 2ª ibi: Quicquid tñ
accidit. De pria ꝑte dicit: ſpaſmꝰ vero qui nō repēte ſed ſua-
uiter accidit poſt fe. ſup. longaȝ aut ēt acutā in pueris aut mul-
tā ventris ſolutōem aut multū vomitū ſup. factū a nā vel arte
aut ſanguinis fluxū ſup. īmoderatū malus ē. ſ. talis ſpaſmꝰ vt
vix curabilis. rō dicti ē ſatis clara. nā facta exiccatōe hūiditatū
nāliū tali ⁊ tāta ꝙ mēbra ꝯhanť ⁊ ſpaſmenť ſignificať magna
reſolō i virtute ⁊ maxīe q: vtplurimū talis ſpaſmus ē toti cōis
ꝓpter eūare hūidū toti cōem. ⁊ cū non fiat curatio eius niſi ꝑ
reſūptionē ⁊ reſtaurationē que nō pōt niſi i multo tꝑe fieri vir-
tute debili exñte igiť cū ſpaſmus ſit egritudo difficilis ex parte
accidētium ⁊ doloruȝ cōſequentiuȝ ad euȝ per cōtractioneȝ i-
uoluntariaȝ factam in membris neruoſis ſequitur ꝙ non niſi
tempore modico poterit cum his accidentibus virtus conſer-
uari: ⁊ ita non poterit morbus curari. ⁊ hoc lȝ ſit verum vt in
pluribꝰ tamē nō eſt vlr veruȝ: vt de quibuſdā i ꝓceſſu declara-
bitur: ⁊ maxime i pueris: ⁊ iđ dixit vix curabilis. Quicquā acci-
dit. In hac ꝑte ponit curā ⁊ pōt in tot ꝑtes diuidi quot īgenia
ponit curatiua. Primo ordiat dietā: poſtea balneū: ꝯñter inun-
ctiones. Vltio ponit ēt ordinē in potu. Pro intellectu oīum
ꝑtiū gnāliter ē vnū notandū ꝙ ex iſto tex. dñi Raſis poſſumꝰ
colligere ꝙ etiā in morbis ſilr curabilibꝰ medicus dȝ intendere
cū ſuis ingenijs ad curā quātū pōt: vt hic fecit Raſis ⁊ īſinua-
uit hoc ex modo ſuo dicēdi ꝑ hoc qđ dixit: quicquid tñ accide-
rit ⁊ ſic vtitur ad ꝓlongationē vite: nā cito morienť vbi lōgo tē-
pore pñt ꝯſeruari in vita. Scđo ad ꝓhibendū ne infirmi ducāť
ad deſperationē. Tertio vt ꝯplaceať aſtantibꝰ ⁊ amicis: ſȝ bene
laudo ꝙ hoc fiat cuȝ ꝓteſtatiōe nō ꝓmittēdo ſalutē vt multi be-
ſtialiter faciūt qui ꝓpter cupiditatem lucri ꝓmittunt ſalutē: ēt
in morbis deſꝑatis ⁊ i ꝓceſſu remanēt infamati: ⁊ tñ melius ē
bonū nomē q̄ȝ diuitie multe. Dixit ergo primo egro nāqȝ ordei
aquā ⁊ iura vnctuoſa ⁊ mollia miſtrabunꝰ. Pro ītelligētia hu-
ius ꝑtis notāduȝ ꝙ lȝ ſpaſmꝰ de inanitiōe aliquotiēs nō ꝯiun-
gatur febri neqȝ ſequať eā: q: tñ ille qui mortalis ē vtplurimuȝ
ſequiť ad febres lōgas: ⁊ cū qualibȝ exiccatōe mēbroꝝ diminu-
to humido nāli mēbroꝝ calor in mēbris exacuať ⁊ igneať cum
ſit calor elemētalis ꝓ magna ꝑte ꝯñter in exiccator: dieta dȝ ad
humidum declinare pria intētiōe: ⁊ ꝯñter mediate parūper ad
frigidū ꝓpter ꝓhibitionē igneitōis calidi nālis vel ſaltē nō de-
clinet ad calidū: iđ laudauit aquā ordei ⁊ iura piguia hūectātia
reſtaurātia. nā talia ſūt facilis digōnis q̄ ſunt neceſſaria ꝓpter
debilitatē digeſtiue: eſt ēt aqua ordei penetratiua in ꝑtes diffi-
ciles penetratōi vt ꝯiungiť in corꝑe extenuato vbi vie ſūt angu-
ſtate. Exigiť ēt ad ꝯuenientē nutritōeȝ boꝝ corpoꝝ vt cibi ſint
multū nutritiui modicaꝝ ſuꝑfluitatū ꝓpter neceſſariā maximā
reſtauratōeȝ: opȝ ēt vt dicta nutrimēta ꝑticipent vnctuoſo pin-
gui ⁊ adherēte vt melior fiat appoſitio ⁊ vnio cū mēbris ſiccis
⁊ iuiſcatio. Jccirco brodia vel aqua carnis ſunt i caſu multū cō-
ueniētia: tū q: facilis digōnis: tuȝ q: multi nutrimēti modicaꝝ
ſuꝑfluitatū: tuȝ q: viſcoſitate ⁊ vnctuoſitate ꝑticipātia: ⁊ ſi mi-
ſceanť cū aqua ordei ad penetratōeȝ maiorē in ꝓfundū mēbri ⁊
ad ꝓhibitōeȝ inflāmatōis dictoꝝ nutrimētoꝝ ⁊ ꝓhibitōeȝ in-
cēdij calidi nālis: tunc habebunť oēs ītentōes i caſu neceſſarie:
⁊ ex hac regula potes diſcurrere ad multa gñā cibarioꝝ in caſu
ꝯueniētia de quibꝰ fiat ſpālius ſermo loco ſuo. ſȝ maxīe hic lau-
dať aq̄ decoctōis orꝫ. ⁊ cancroꝝ: carnes ēt teſtudinuȝ ⁊ ſanguis
eiꝰ ex mirabili ꝓprietate laudať p° ꝯtinentis. Aduerte 1° ꝑ hoc
ꝙ dixit ponať ī balneo aq̄ dulcis tepide ad humectādū totiꝰ ha-
bitudinē dixit tepide ⁊ nō fride: q: in mēbris extenuatis actua-
lis friditas aq̄ ſi occurreret īduceret rigorē: nō dixit etiā calide
ne caliditate fiat reſolō q̄ maxīe ꝓhibēda eſt: ſȝ dixit tepide ſed
de ꝯditionibꝰ balnei: ⁊ qualia debēt eē videbiť latius loco ſuo.
Dixit ꝯñter ꝙ dȝ inungi cū oleo violato poſt exitū. ſ. balnei ad
retinēdū humiditatē balnei ītra mēbra ⁊ ad humectatōem. ⁊ ſi
forte poneret aliqd olei roſati ad clauſionē poroꝝ vt melius aq̄
recepta i poris claudať: ⁊ qm̄ ꝓfundare facit credo iuuabit. Et
dicit ꝙ fiēda eſt īunctio maxīe vbi ſunt radices neruoꝝ vbi eſt
ſpaſmꝰ: vbi ſi ſit ꝑticularis q̄rendus ē locus origīs neruoꝝ illiꝰ
loci: ⁊ ſi ſit vniuerſalis ꝑter caput fiēda eſt īunctio ⁊ ad nuchā ⁊
ad ſpōdiles ⁊ ad oēs iūcturas: q: humectato principio ⁊ radice
reliqua

reliqua ꝯſiter humectant. Dicit vltio: ⁊ de vino bibat parū qḋ tñ multū ſit aqua mixtū ita ꝙ nō ſufficit vt ſit paꝝ vinū ſi ſoluꝫ exhiberet̃ ꝓpter calefactōeꝫ eiꝰ ⁊ reſolōneꝫ ꝯſteꝫ: ſꝫ ſit multuꝫ aqua mixtū .i. dn̄ante aqua: ita vt magis ſit dicēdū aqua vinata ꝙꝫ vinū aquatū vt aqua zuccari vel ordei ĩ quibꝰ ñ acetoſat̃. nā vinū ponit̃ vt penetrare faciat aquā ĩ partes in quas nō penetraret: ⁊ ita ſi poneret̃ in brodijs faceret ēt ad citioreꝫ reſumptionē ⁊ reſtaurationē: ⁊ ſic finis capituli.

Quid nomis et quid rei ſpaſmi.

vt videbiṫ in ꝓcessu in talibus necessaria est prius mũdificatio
minoratiua. Addit ꝯñter q̃ post pãnuꝫ taliter calefactũ ĩcipiat
odorare nigellã. s. torrefactã positã ĩ petia linea q̃ ẽt est desicca/
tiua ⁊ aꝑitiua colatorij ⁊ poroꝝ nasi. Et addit q̃ ꝓuoceṫ sternu
tatio ad exp̃ssioneꝫ reliquie mãe mote. ⁊ in hoc bñ aduertatis q̃
talis sternutatio nisi ĩ modica mã ⁊ ĩ corpore quasi puro est ĩ ca/
tarro multũ nociua. Nã ꝓpter motũ eius vehemẽtẽ ⁊ ĩpetuo/
suꝫ fit multa agitatio: nõ tm̃ ĩ materiebꝰ ĩ cerebro exñtibus: sed
ẽt in mẽbris vicinis: q: tñ prima lesio cõicaṫ cerebro attrahunṫ
alie mãe de mẽbris vicinis ad cerebrũ ⁊ sic augeṫ catarrus. Iõ
iste textꝰ dñi Raṡ fecit plurimos ꝑiclitare medicos nõ ĩtelligen
tes: q: in oĩ catarro ĩ p̃ricipio apponũt calefactoria cerebro ⁊ in/
ducũt sternutationẽ q̃ vt in pluribꝰ est ad maximũ nocumẽtũ:
ĩtelligiṫ ergo cuꝫ sale vt dictũ est. Ordinat ꝯñter dietã in catar
ro q̃ est cõis ĩ oĩ catarro: dicit caueat ne supinꝰ iaceat: comedat
paꝝ ⁊ a vino abstineat. Nõ primi dicti est clara. naꝫ in catarro
ꝯmota mã fluente cauendũ ẽ ne ꝯuertaṫ mã ad nuchã ⁊ ad ner/
uos sꝫ accubitꝰ supra dorsuꝫ ad hoc facit vt pꝫ ⁊ dormiẽdo su/
per dorsuꝫ calesit vena chilis ⁊ ꝯñter multa fit euaporatio ad ca
put: q̃ euaporatio semꝑ est nocẽs in catarris ⁊ q: p̃stanṫ mãꝫ ca/
tarroꝝ ⁊ calefaciẽdo dissoluit: ⁊ ꝓinde vinũ est nocẽs ⁊ eiꝰ exhi
bitio: paucitas ẽt comestionis est ĩ casu multuꝫ iuuatiua sicut ⁊
repletio nauseatiua est multũ faciẽs ad catarros. Nã ꝑ modicã
cibationẽ modica fit euaporatio modicũ ẽt deferṫ nutrimẽtum
cerebro ⁊ ita ꝯueniẽter digeriṫ a virtute: vñ non ꝑ digõnẽ mul
tiplicabũṫ suꝑfluitates sicut ex suꝑfluo nutrimẽto multiplicãṫ.
Per abstinẽtiaꝫ quoq̃ꝫ ꝯuertiṫ calor ad ꝯsumendũ mãꝫ catar/
raleꝫ: ⁊ sic hoc totũ regimẽ in oĩ catarro ꝯuenit. ⁊ hoc est q̃d di
cit: q̃ si passio ex appositõe ⁊c̃. Nũc ꝯñter ponit curã difficilio/
ris catarri. Et p̃rio ponit curã ꝑ quedã ĩgenia mitiora cũ adhuc
mã non descẽderit ad pectꝰ taliṙ vt fiat tussis. Scd̃o ponit curã
ꝑ fortiora qñ ita fuerit descẽdens mã q̃ fit tussis ⁊ febris. 2ª ibi:
Q̃d si neq̃ꝫ flõmia ꝓfuerit. De prima ꝑte p̃º ĩ casu laudat flo
bothomiã ex cephalica. 2º laudat solutõeꝫ cuꝫ rebꝰ lenitiuis ⁊
ꝯpõneꝫ ponit. 2ª ibi: Et soluaṫ nã. De p̃ria ꝑte dicit q̃ si pas/
sio. s. catarralis ex appõne pãni calidi alleuiata non fuerit neq̃ꝫ
minuiṫ ꝑ ip̃m. s. catarrus fiat flõmia ex cephalica. Pro quo no
ta q̃ ex suo mõ loquẽdi inuiṫ q̃ ĩ catarro calido. s. cuius cã ẽ ca
lida vel mã calida bonuꝫ est flõmare de vena cephalica sumpta
ĩdicatõe tãtũ mõ a capite cuꝫ ad ip̃m sit prima ĩtentio ĩ catarro.
Nã si pãnus calidus nõ iuuat neq̃ꝫ minuiṫ catarrus sꝫ sup. ma
gis augeaṫ declaraṫ vel cãꝫ catarri fuisse calidã vel mãꝫ fuisse
calidã vñ nõ sumiṫ iuuamẽtuꝫ ex applicatõe pãni calidi: q: stã/
te cã vel mã frida rõnabiliṙ aliquo mõ minuereṫ ꝑ appositioneꝫ
pãni calidi minuẽtis malitiã ꝯplonis fride vel ꝓ ꝑte exiccãtis
mãm lꝫ vt dictũ ẽ supra ẽt stante multitudĩe mãe fride vñ fieret
catarrus per occursuꝫ pãni calidi multotiẽs replicati: non tan/
tum iuuareṫ catarrus: ĩmo liquefaciẽdo aliquando addereṫ ad
catarruꝫ: sed vbi non fuerit taliter peccãs ꝓpter multitudineꝫ
deberet aliqualiter iuuari a pãno calido: cum ergo non iuuetur
declarat mãm vel causaꝫ calidã: ⁊ ĩ hoc casu cõuenit flõmia ce/
phalice ad ĩfrigidãduꝫ mãm calidaꝫ si peccauerit vel ad minuẽ
duꝫ malã ꝯplionẽ calidã si fuerit ĩ cã cũ ꝑ flobothomiã fiat in/
frigidatio humoꝝ ⁊ mẽbroꝝ eñato sanguine ⁊ spũ habita ergo
intẽtione tñ ad caput ꝯuenit flobothomia calefacere respicien/
tis caput. Sꝫ notate q̃ tũc flobothomia facta ad ĩfrigidationẽ
dꝫ esse pauca ⁊ cũ flobothomo stricto: vt alṡ dictũ est ad eua/
cuationẽ sanguinis subtilioris. De secũda ꝑte dixit ⁊ soluaṫ
nam sup. ẽt facta flobothomia sup. posito catarro calido ex re/
bus que nõ exasꝑant. s. nec ĩmediate ꝑ manifestã qualitatẽ exie
cando: vt. s. medicine nõ sint sicce neq̃ꝫ mediate. s. nimis resol/
uendo ⁊ ꝯñter mẽbra exiccãdo ⁊ exasꝑando: ⁊ ita voluit medi/
cinas eẽ pure lenitiuas cũ lenitiuis factas: tamẽ forte q: fortes
medicine nõ cõueniũt in cã calida: tũ q: oꝫ semꝑ cauere a mem/
bris pectoris ne inducaṫ in eis asperitas ⁊ siccitas: qm̃ vt mul/
tum de catarro fluit aliquid ĩ pectꝰ cuius fluxe mãe ꝯueniẽtior
eñatio fit ꝑ cãnam cñ screatu ⁊ rascatiõe: ⁊ ita habiliꝰ eũatur ꝑ
illa mẽbra mollia exñtia: ⁊ aliqualiṙ reumectata q̃ꝫ exiccata: ma
xime cũ expulsiua mẽbroꝝ pectoris sicut alioꝝ aliquali humi/
do iuueṫ nõ sicco: debẽt etiaꝫ talia lenitiua in casu ad frigidum
declinare: vt pꝫ. ⁊ ita ordinat descriptionẽ vt ĩfra in casu ꝯue/
nientẽ que ẽt vꝫ in eo qui patiṫ tussiꝫ ⁊ asꝑitatẽ in pectore: ⁊ cũ
hoc indiget vẽtris solõne vt dixit: descriptio ẽ talis. ℞. iniubas
xx. sebesten. xxx. ista ad frigidũ ⁊ humidũ dclinãt passulaꝝ enu
cleatarum. ʒ. x. violaꝝ siccaꝝ que aliqualiṙ sunt solutiue. ʒ. iiij.
radicis liquiritie fricate. i. mũde que vel ẽ tꝑata vel ad frigidũ
declinat: licet aliqui dicãt ad caliduꝫ. ʒ. v. ficus citrinas. x. co/
quantur in tribus lib. aque donec redeãt ad vnaꝫ: ⁊ ita vult q̃
per decoctionem consumantur due partes ⁊ coletur in colatu/
ra dissoluanṫ. i. in parte collature. s. in medietate eius vt in. ℥.
vj. cassie fi. ʒ. vj. tereniabin. i. mãne. ʒ. x. ⁊ pꝫ q̃ totuꝫ ẽ cũ leni/
tõe soluẽs ⁊ solutiuũ lenificatiuũ ꝓpter cassiaꝫ ⁊ mãnã ⁊ ad fri
gidũ declinãs q̃ si nec flõmia ꝓfuerit. Iam ꝯsequẽter ponit cu
rã eius magis in ꝓcessu: pur respiciẽdo ad cãm calidã vel mãꝫ
calidã ⁊ duo facit. p̃º laudat ẽt flõmiã fieri debere maxime qñ
cõiungiṫ febris ⁊ ꝓpter fluxum mãe ad pectus ꝯmoueṫ tussis.
⁊ precipue si tussis fuerit aspera. i. clamosa cũ moueṫ q: decla-
retur mã subtilis. 2º põit regimẽ per debitã dietã simul cũ ap/
plicatõe quorũdã iulep. dicit ergo de ambabꝰ partibꝰ q̃ si ne/
q̃ꝫ flõmia ꝓfuerit. s. ex cephalica facta non fuerit sufficiẽs neq̃ꝫ
vẽtris solõ sup. facta cũ medicina vt supra ⁊ mã ad pectus de/
scendit ⁊ ꝯmoueaṫ tussis ⁊ febris. s. ꝓpter descensuꝫ talis mãe
qm̃ ꝓpter perceptũ nocumẽtũ a mã descẽdẽte fit tussis ⁊ ꝓpter
mãm recipi in instr̃is spũs non fit debita euẽtatio cordis ⁊ ꝯñr
fit ipsiꝰ suꝑinflãmatio ⁊ febris. Addit illico flomia fiat supple d̃
alia vena q̃ꝫ de cephalica. s. de vena cõi vel basilica fm̃ diuer/
sas dispõnes in plenitudine cõis. Nã hec flõmia iuuat ẽt infri
gidãdo ꝓhibiẽdo necessitatẽ euentatõis: ⁊ sic febrẽ minuendo.
iuuat ẽt p̃seruãdo a putrefactõe humoꝝ ne simul cũ catarro ex
effimera fiat putrida. Dixit ꝯñter ⁊ patiẽs a carne abstineat ⁊ ĩ
potu sumat aquã or. ⁊ iuraba violatũ. i. ꝯditũ violatũ. s. factũ
d̃ succo violaꝝ cũ zuccaro. ⁊ loco eiꝰ facit iulep violatũ ⁊ ẽt cõ/
serua violaꝝ vel zuccaꝝ vio. ⁊ ibi talẽ sup. dietã obseruet absti
nẽdo a carnibꝰ ⁊ sumẽdo ꝓ potu aquã or. s. excorticati cum iu/
lep violato q̃ꝫdiu calor fixus ꝑseuerauerit. i. calor febrilis ⁊ tus/
sis fuerit aspera. i. sicca. Pro intellectu huiꝰ ꝑtis circa die/
tam nota q̃ lꝫ supra ordinãdo dietã dixerit vt sit paꝝ comedẽ/
dum ⁊ a vino abstinẽdũ. hoc magis spãliter dixit q̃ ẽ abstinen/
duꝫ a carnibꝰ ⁊ ꝓ potu sumẽda aqua or. ⁊c̃. ĩsinuãs q̃ nõ tñ a

pͥcipio ē necessaria dieta tenuis: saltē qualitatiua: imo etiā in
ꝓcessu. nā ꝯstat ꝙ a pͥcipio debēt subtrahi carnes ⁊ vinū ad
ꝓhibitionē euaporatiōis: ⁊ ꝙ est tenui dieta vtendū absolute
ad minoratione mãe: sed ne aliquis crederet ꝙ in ꝓcessu cū iam
fluxa ē ꝑ pte mã in pectus ꝙ tute possumꝰ vti dieta grossa: ide/
circo hic spāliter posuit modū dietādi: ēt qñ fluxerit mã ⁊ affue
rit tussis: qm̄ lʒ possit plus aliqualr̄ dari de cibo ꝙ̃ a pͥncipio
ꝓpter minoratā esse mãʒ ꝑ flobothomiā vel flobothomias pce
dentes ⁊ resolōnē vētris factā ⁊ pcedentē tenuē dietā: tñ iussit
ꝙ etiā in ꝓcessu debemꝰ cauere a carnibꝰ ⁊ ab alijs sup. calefa/
cietibus: ⁊ ꝙ in potu sit fumēda aqua oꝛ. qñ. s. ꝯiungit febꝛis ⁊
tussis fuerit aspera. i. sicca vbi si minuat̄ tussis vel de sicca fiat
hūida: ⁊ febꝛis remittat̄ vel auferat̄ sup. tūc possumus aliq̃lr̄
magis ingrossare dietaʒ ⁊ aliquas carnes exhibere: pce tñ quia
tm̄ i pꝛādio ⁊ nō in cena ⁊ ad adiuuādū sereatū q: dclarat̄ obe
dientia mãe ꝑ minoratione tussis forte poterimꝰ dare vnaʒ. ℥.
vini albi debilis dulcis mixti cuʒ aqua zuccari vel liquiritie: ⁊
hoc dicit minoꝛatis accidentibꝰ de febꝛe ⁊ tussi. iō addidit: sed
postq̃ʒ caloꝛ quieuerit ⁊ fereare incepit vltra sup. igrossationeʒ
diete aliqualē hec decoctio cū miraba viol. dāda erit. i. sirupo
vio. donec pectꝰ mūdificet̄ ⁊ tussis sedet̄ ⁊ vox clara reddat̄: ⁊
ponit descriptioneʒ dicēs. ℞. ficus citrinas. vij. iuiubas. x. se/
besten. xx. pass. albaꝝ ⁊ enucleatarū. ʒ. x. liquiritie excoꝛticate
ʒ. v. coquant̄ vsq̃ ad dissolutionē. i. ꝯsumptionē duaꝝ ptium
decoctōis: vt supꝛa: ⁊ colleat̄ ⁊ dent̄ d̄ hoc oī die. ʒ. iij. sup. vs/
q̃ ad. v. vel. vj. cū. ʒ. v. sup. vsq̃ ad. ℥. j. miraba violati: patet
īspiciēti ꝙ ista decoctio ē calidioꝛ magis faciēs ad abstersioneʒ
⁊ mūdificationē q̃ʒ illa que posita ē supꝛa in medicina solutiua.
Cōsequēter excusans se qñ tussis fuerit diuturna remittit nos
si nō ponat hic integrā curā de tussi vel d̄ catarro diuturno ad
ea que dicent̄ īfra in caplō de tussi: ⁊ dixit si vero tussis inuete/
rauerit diuq̃ ꝑmāserit: ostendemus qualr̄ curāda sit cū de tussis
cura tractabimus. Qd̄ si cursus: hec ē alia ꝑs pꝛincipalis ca/
pituli in qua Rasis ponit curaʒ coꝛize ⁊ tria facit. Pꝛimo po/
nit curā gnālem cū antiquat̄: siue mã fuerit calida siue frigida.
2° ponit curā spāliter qñ ꝓuenit a mã calida. 3° quando ma/
teria est magis frigida. 2ª ibi: Et si quidē ꝑ nares effluit subti/
le. 3ª ibi: Qd̄ si neq̃ caloꝛ neq̃ rubedo in facie fuerit ⁊c̄. De
pꝛima ꝑte dixit ꝙ si cursus in naribꝰ diu ꝑseuerauerit erit fluxꝰ
restrigēdus suffumigādo quoq̃ narē ꝑ tractoꝛiū: ex quibꝰ ver/
bis pꝛimo colligit̄ ꝙ coꝛiza pꝛincipalr̄ dicit fluxū ꝑ nares. Col/
ligitur scd̄o ꝑ hoc qd̄ dicit cuʒ diu ꝑseuerauerit ꝙ ē restringē/
dus fluxus. Innuit ꝙ a pͥcipio nō sunt fluxꝰ restringēdi: ⁊ ma
xime cū fit fluxꝰ ꝑ nares q: regulr̄ debēt pꝛius ꝓcedere alie itē
tiones de digōne mãe ⁊ minoꝛatiōe eiꝰ: ⁊ si aliqñ cōuenit vt vi/
debitur i ꝓcessu sistere fluxū a pꝛincipio: hoc ē vt dicit Mesue
qñ timet̄ ne mã descēdat i pectꝰ ⁊ ꝓfundet̄ ⁊ inducat ꝑiculum
suffocatiōis: vel qñ ꝑ cā timemꝰ de apate mēbꝛoꝛum nobilium
quia materia fluens recipitur in eis qd̄ non contingere potest i
coꝛiza: ex quo materia expellitur ad extra. Et ideo non nisi in
pꝛocessu cum antiquat̄ pꝛopter debilitatem cerebꝛi ⁊ ꝑmissibilita
tem mēbꝛoꝝ ꝯsuetoꝝ recipē tūc p̄cedētibꝰ alijs completis itēn
tionibꝰ cōuenit sistere fluxum: ⁊ ponit moduʒ sistendi generalē
suffumigādo narē ꝑ tractoꝛiū. ⁊ in hoc suffumigatio que valʒ ⁊
in calida ⁊ in frigida ē que fit ex sandaracha. nā sua quadā sti/
pticitate ē ꝓhibēs fluxū humoꝝ ad nasuʒ ⁊ ingrossat mãm fa/
cienteʒ coꝛizaʒ si ponat̄ in scutella super carbones. ⁊ supposito
incisoꝛio perfoꝛato i medio cū cānula recipiet̄ fumus ꝑ embotū
ad nares sed ligent̄ oculi cū binda iposito coto i oꝛbita vel i cō/
cauitatibus oculoꝝ ne fumꝰ ad oculos ꝯtingē possit. De scd̄a
parte dixit ⁊ si quidē per nares effluit subtile ⁊ acutū ⁊ citrinuʒ
suffumigatio fiat ex sulfure pꝛius infuso in aceto ⁊ postea exicca
to aut ex fabis aut oꝛdeo excoꝛiatis i aceto pꝛius īfusis ⁊ postea
exiccatis aut ex zuccaro albo ⁊ sandalo albo sup. sile ignitis ita
vt effumare possint vel in aceto infusis post ignitionē coꝝ. Ex
quibꝰ verbis pꝛīo declarat nobis catarrū calidū per tria. s. pꝛīo
ꝑ subtilitatē ipiꝰ substātie humoꝝ q: mã cal'a vt multū ē subti/
lis vt infra videbit̄ in cāis. 2° declarat per acuitatē eiꝰ ⁊ pun/
ctionem in descensu. 3° per citrinitatē coloꝛis eius qd̄ educit̄.
Et ista duo signa sunt magis ēentialia ad significandū sup ma
teriā calidā: q: mã frigida aliqñ pōt a calido subtiliari. sed non
erit moꝛdicatiua neq̃ coloꝛ citrini. qd̄ si sit moꝛdicatiua ⁊ talis
coloꝛis nō fit nisi ꝑ pñtiaʒ hūoꝛis colerici talr̄ agentis ⁊ moꝛdi/
cantis ⁊ tūc fiat suffumigatio ad modū dictuʒ supꝛa ex sulfure
pꝛius īfuso i aceto: postea exiccato ita vt ꝯburi possit ⁊ facē eua/
poꝛationē. vel alr̄ ipso pꝛius puluerizato īfuso in aceto: ⁊ postea
exiccato pōt poni in petia ⁊ ex eodē fiat odoꝛamētū. Sed nota:
dubitāt aliqui ꝑ hoc ꝙ apponit̄ sulfur i catarro cal'o cū ipsū sit
vehemēter calʒ. ⁊ sic videt̄ facere ad augmētū acuitatis catar/
ri. Rñdetur ꝙ lʒ sit calidū per se cū tñ in aceto ponit̄ acquirit
frigiditatē ⁊ minuit̄ d̄ caliditate. sed per siccitatē eiꝰ cū fridita/
te fit ꝯfoꝛtatio viaꝝ fluxus mãe ad nares per ꝯstrictionē poꝛoꝝ.
Ista rñsio posset male īpꝛobari marie cū etiam sulfur laudet̄ a
Mesue in intētiōe. sed q: foꝛte posset aduersariꝰ dicere ꝙ ēt sul
fur remanet calidū infusuʒ in aceto lʒ minꝰ q̃ʒ pꝛius: ⁊ q: exhi/
beri pñt alia ad istā intētionē frigidioꝛa ⁊ nō minus exiccatiua.
Credo ego ꝙ lr̄a sit coꝛrupta ⁊ Mesue ⁊ Rasis ⁊ fuit erroꝛ scri
ptoꝛis. nā vbi debuit dicere fursur dixit sulfur. Et ita Auic. in
hac intētione dixit in caplō ꝓpꝛio: tamariscus aūt ⁊ rosa ad ca
lidū. ⁊ silr̄ tabarzeth. i. zuccaꝝ cādeū ⁊ fabe ⁊ oꝛdeū infusū i la
cte vaccino de quo butirū fit extractū ꝓpꝛie ⁊ zuccaꝝ ⁊ cam/
phoꝛa ⁊ fursur infusuʒ i aceto ex eis fiat suffumigatio ad calm.

⁊ ita posuit fursur ⁊ nō sulfur. De vltia ꝑte dixit ponēdo cu/
rā catarri frigidi declarās ipsuʒ per signa: dixit ꝙ si neq̃ caloꝛ
neq̃ rubedo in facie fuerit que sunt de signis caliditatis: neq̃
sup. acuitas neq̃ citrinitas i mã ꝑcipiat̄: ista declarāt mãʒ de/
scendētē frigidā. Et in hoc casu laudat vt suffumigatio fiat ex
costo aut ex thure aut ex vtrisq̃ simul mixtis factis foꝛmulis i
foꝛma lupinoꝝ ex eis ⁊ ponant̄ due vel tres super carbones ad
modū supꝛa dictū. vʒ ēt i hoc xiloaloes crudū mirabili iuuamē
to ⁊ stoꝛax. vñ dixit Rasis huiusmōi nāq̃ suffumigatio fluxuʒ
restringit. s. coꝛizalē a mã frigida. Et hoc totū pʒ ꝓpter calidi/
tatē stipticitatē ⁊ ꝯfoꝛtationē istoꝝ simpliciū: ⁊ sic est finis huiꝰ
capituli sūmatiʒ declarati.

Quid nois et quid rei.

Expedito igit̄ caplō sū/
marie vt clarius mã itel
ligat̄ quedā ꝑ oꝛdinē ex moꝛe sunt videnā. Pꝛīo de quid nois ⁊
qd rei huiꝰ termini catarrus. 2° videbit̄ de spēbus ⁊ differen/
tijs eiꝰ. 3° de cāis. 4° de signis. Et pꝛīo ꝓnosticus euentus:
dcīde ad bonū ⁊ ad maluʒ: dcīde de signis demōstratiuis gene
ris: postea specieꝝ: vltio dicet̄ de cura. De pꝛīo videlʒ de qd
nois dicit Mes. ꝙ catarrus dicit̄ a fluoꝛe ita ꝙ idē sonat catar
rus ꝙ fluoꝛ vel fluxus videlʒ mãe de mēbꝛo ad mēbꝛuʒ. vñ oīs
fluxus mãe de mēbꝛo ad mēbꝛuʒ absolute dʒ appellari catarrꝰ.
Idē vult Aui. 2ª pꝛimi caplō quīto vbi declarat de apate videlʒ
de fluxu mãe mēbꝛi ad aliud mēbꝛuʒ apatuʒ. nā taleʒ defluxuʒ
appellat cataꝛꝝ cū dixit sic: Et oē quidē apa ꝙ cāni nō hʒ ma/
nifestā ⁊ eiꝰ cā coꝛpoꝛalis mōstrat mãm de vno mēbꝛo ad aliud
ꝙ est sub eo fuisse mutata vocat̄ catarrus vel dicit̄ catarrꝰ reu/
ma q: ruens q: ruit mãʒ. Quid rei ēt magis ꝓpꝛie sumit̄ pꝛo
defluxu mãe a capite ⁊ ex cerebꝛo ad alia mēbꝛa: ⁊ fm̄ hoc fit di
stinctio. Nā dicit Aui. 5ª tertij i pͥcipio capituli de catarro ꝙ
catarrus ⁊ coꝛiza cōicāt i hoc ꝙ sūt fluxus materiei a cerebꝛo.
Sʒ distinguit̄ fʒ aliquos: nā catarrus est cū mã cerebꝛalis de/
fluit ad guttur ⁊ coꝛiza declarat̄ cū defluit mã ad nasum: lʒ di/
cit Aui. ꝙ ēt ꝓpꝛius sumit̄ coꝛiza qñ est defluxus frequēs mãe
subtilis acute moꝛdicatiuꝰ ꝑ nares ⁊ oculos ⁊ per ꝑtes extrinse/
cas faciei. Et ita catarrꝰ sumit̄ triplr̄. Uno mō cōiter. Alio mō
ꝓpꝛie. 3° mō magis ꝓpꝛie sumit̄. Catarrus cōiter fm̄ qd nois
ꝯtrahēdo ad fluxuʒ cerebꝛalē ꝓ oī defluxu mãe a cerebꝛo ad mē
bꝛa iferioꝛa siue fluat ad nares siue ad palatū siue ad pulmoneʒ
siue ad stomachū siue ad renes siue ad itestina: ⁊ sic discurrēdo
ad oīa mēbꝛa. Nā fluxꝰ ad neruos ⁊ iūcturas ēt vocat̄ catarrꝰ
⁊ sic cū fit d̄teriatio d̄ catarro fit d̄teriatio d̄ vna passiōe cōi fere
ad oīa mēbꝛa coꝛꝑis hūani. ⁊ iō dʒ singularis hēri diligētia i cu
ra catarri cū oēs fere passiōes mãles depēdentiā hēre possint ꝑ
viaʒ defluxus ex mã cerebꝛali. 2° mō sumit̄ ꝓpꝛie catarrus vt
dicit Mesue vt ē terminꝰ gñalis ad tres spēs catarroꝝ: vt. s. ē
pars cōis ad coꝛizā qui ē fluxus materieꝝ ad nares. vñ vt dicit
coꝛiza ab ossibꝰ nariū nomē accepit. Est eiʒ cū grauedine ⁊ cō/
strictōe nariū cū sternutatōibꝰ odoꝛatu difficili ⁊ oculoꝛuʒ la/
chꝛymatōe. vel 2° vt ē d̄fluxꝰ ꝑ colatoꝛiū ad fauces ⁊ dī brāchꝰ
lʒ Gal. 7° memur dixit ꝙ brāchꝰ ē q̃dā vocis dispō minoꝛ i vo
calisse. i. vocis raucedo. ⁊ sic declāuit brāchū ꝑ lesiōeʒ opatōis
vocalis. Sʒ Symō ianuēsis dixit ꝙ brāchi dicūt̄ amigdale q̃
sunt due eminētie iuxta radicē lingue in faucibꝰ silēs capitibus
mãmillaꝝ: vel tertio vt est defluxus nō tm̄ ad fauces fʒ ad gut/
tur ⁊ ad pulmonē vel stomachū: ⁊ hoc mō catarrus ē genꝰ ad
hec tria. 3° mō sumit̄ strictissime apud aliquos: ꝓut dicit flu/
xuʒ mãe a cerebꝛo ad guttur: ⁊ tādē ad pulmonē: ēt hos oēs flu
xus ꝯpꝛehēdit hic terminꝰ reuma: vt dicit Ger. sub versibus
quibusdā. Dum fluit ad pectꝰ dicat̄ reuma catarrus. Ad fau/
ces brāchus ad nares dico coꝛizam ꝓpꝛijssime. s. dum fluit ad
fauces dicit̄ brāchꝰ: ⁊ ad nares dicit̄ coꝛiza: sʒ spāliter Rasis
fecit mētionē de catarro qui ē defluxus ad pectus.

Distinctiones.

Quantū ad 2m vt rōne itelligat̄ est no
tādū ꝙ catarrꝰ duplr̄ ꝯsiderat̄. Uno
mō essentialr̄ vt ē ille fluxus ⁊ ita ꝯsiderat̄ fm̄ motū vel fluxum
tantuʒ. Alio modo fm̄ materiā eius fm̄ motum ⁊ fluxuʒ dupli/
citer vel fm̄ ipm̄ motū tātuʒ vel fʒ cāʒ motus eiꝰ. fm̄ motū sit
hec pꝛīa diuisio ꝙ quidā ē catarrꝰ modicꝰ subito factꝰ ⁊ quidā
paulatine. ⁊ subito factꝰ ꝓpꝛie vocat̄ reuma. Alia diuisio: qdaʒ
est talis multo tꝑe durās: quidā modico tꝑe factꝰ. Cōsiderado
vero fluxuʒ vel cataꝛꝝ nō ꝑ ipso motu sʒ ꝑ cā motꝰ sic ponit̄.
Alia diuisio ꝙ quidā est fluxus ꝑ grauitatē mãe: quidā ꝑ calefa
ctionē ꝯtingēs: quidā ꝑ ifrigidatōeʒ ⁊ ꝯstrictōeʒ fm̄ ꝙ dictū ē
circa lr̄am: q: ꝯsiderādo cām motus cā motꝰ cuiuslʒ catarri est
triplex: q: aut ē cā calefaciēs ⁊ eliquās subtiliās: ⁊ hoc mō oīs
cā calefaciēs fm̄ caput siue naturalis siue accidētalis ē cā catar
ri. i. motus ⁊ fluxus mãe aut cā 2ª generalis motꝰ ⁊ fluxus ē cā
cōstringens ⁊ cōpꝛimēs vel expꝛimēs sicut cū expꝛimit̄ hūiduʒ
ꝯtentū in lana ipsa cōpꝛessa. Et hoc mō ēt ꝯplones accidētales
frigide ⁊ modi male ꝯpꝛessionis ꝯtingētes pñt eē cā catarri. 3°
modo cā motꝰ ⁊ fluxꝰ ē grauitas mãe ita ꝙ nō ꝯcurrēte cā dis/
soluēte nec infrigidāte nec ꝯpꝛimēte sed sola multitudine mate
rieꝝ in cerebꝛo debilitata ꝯtentiua ex grauitate mãe deponit̄
ipsa mã. Si vero ꝯsideramꝰ ipsaʒ mãʒ catarri sunt ponende
alie diuisiones de catarro: vt ꝙ quidā e calidus quidā ē frigi/
dus. i. alicuius mã ē calida ⁊ quedā frigida ⁊ quedā ē tempata
in actiuis. Nā cū tempantia mãe in qualitatibꝰ pōt fieri fluxꝰ
ex aliqua causaꝝ de dictis vt manifestū ē. Et ēt de calo est alia
diuisio. nam quidā ē catarrus salsus: quidā amarꝰ: quidā acu/
tus moꝛdicatiuus vel coꝛrosiuus fʒ diuersitatē sapoꝝ ipiꝰ ma/
terie in oꝛgano cōicatoꝝ. Etiā ⁊ de frigido catarro ē diuisio ex
parte

parte sapoꝝ ꝙ quidā ē acetosus quidā insipidus quidā dulcis:
⁊ maxīe si fuerit tēꝑatus in actiuis cū mediocritate substātie.
Ex parte ēt substātie mãe fit diuisio. nā quidā ē catarrus gros/
sus: quidā subtilis: quidā medioeris: quidā equalis substātie:
quidā īequalis. Et de istis extremis diuisionū pñt fieri ꝯbina/
tiones diuerse ⁊ ꝯñter alie diuisiōes si ꝯsiderabis. Et in hoc
notabiliter ē aduertēdū. nā plerūqꝫ cā catarri ē calīa ⁊ tñ mā est
frida ita ꝙ cā motus. i. fluxus ē cā calefaciēs. ⁊ tñ qꝛ eliqñ mãꝫ
frigidā facit ad motū que nō subtiliata nec liquefacta nō moue
retur. illius ergo fluxus cā erit calida lꝫ mā dicaꝫ eē frigida. Et
ī hoc sepe decipiūtur medici. nā ex signis catarri dicēt catarrū
eē frigidū qꝛ ad tactū ꝑcipiꝫ frigiditas ī descēsu catarri ⁊ erit
sine sapore salso acuto ⁊c̄. ⁊ tñ illius cā forte fuit caliditas dissol
uens ex mora in sole vel similibus ⁊ attēdentes ad mām ꝓcedūt
cū calidis ⁊ sic ꝑpetuāt catarrū: ⁊ ecōuerso ꝯtingit ꝙ aliquoti/
ens mā catarri est calida: ⁊ cā est frigida. naꝫ peccāte mā calida
fm̄ caput sanguinea mixta colere: medicus iubebit fieri flōmiā
copiosaꝫ ꝑ quā dixit Aui. 5ª tertij ī caplo ꝓprio de catarro: ac/
cidit rarificatio que ꝑpat corpus ad recipiēdū calorē ⁊ frig⁹:
vnde occurrēte aere frido ⁊ vento boreali fiet ꝯstrictio ⁊ exꝑssio
mãe calide deorsuꝫ: ⁊ sic mā erit calida lꝫ cā motus ⁊ flux⁹ ē fri
gida: vñ si ꝑciperet salsedo vel amaritudo ⁊ medici ꝓcederent
cū intēse frigidis ītrinsec⁹ applicādo multuꝫ lederēt vt pꝫ. Est
ergo ī his bene aduertēduꝫ. possent ēt formari alie diuisiōes ꝗ
sunt cōes ⁊ materie ⁊ fluxi: vt ꝙ quidā iungiꝫ cū fe. quidā sine.
Item quidā iungiꝫ cū plectoria totius quidā sine. Et ex his eli
citur vna diuisio que tꝫ se ꝑtim ex ꝑte cāe motus: ⁊ ꝑtim ex ꝑte
materie. nā ꝗdaꝫ est cuius cā est calida ⁊ tñ materia est frigida:
⁊ aliquis cuius cā motus ē calida ⁊ materia ē calida: ⁊ aliqs cu
ius cā motus ē calida ⁊ materia ē tꝑata: ⁊ ita aliquis ē calidus
cuius cā motus ē frigida ⁊ materia frida: vt si cerebro colerico
occurrat cā catarri calida: tūc materia erit calida ⁊ cā erit cali/
da: aliqñ ēt cā erit frigida ⁊ mā frigida: vt exemplificabis tu.

Cause. De cāis vero nō attētis cāis fluxus que reducunꝫ
vel ad cās dilatātes ⁊ rarefaciētes vel ad īfridātes
ꝯstringētes vel ad virtutē debilitātes ⁊ mām aggregātes: ꝗcūꝗꝫ
sint ille ponēdo cās ipius mãe: dico ꝙ quedā sunt cāe primi/
tiue ꝗdaꝫ corꝑales: ⁊ haꝝ ꝗdā añtes sūt ꝗdā ꝯiūcte. Cāe primi-
tiue quātum ad mām nō quātū ad motuꝫ sunt oēs cāe potētes
debilitare digestiuā cerebri. nā talis ē habitudo digestiue cere/
bri ad cataꝝ qualis ē habitudo ēt digestiue stomaci ad liēteriā
vel diariā. nā sicut ꝑ indigestionē stomaci fit diaria vel liēteria
ita ꝑ indigestionē cerebri multe ꝑtes trāseūt in suꝑfluitates in/
digeste: que ꝯñter fiūt mãe cataroꝝ: siue ꝑ caliditatē hoc fiat:
siue ꝑ frigiditatē: siue ꝑ aliā qualitatē: vt multū tñ fit catarrus
ꝓpter cām frigidā corꝑalē ledentē ꝗꝫ ꝓpter cām corꝑaleꝫ cali/
dam. nā cerebrū nā frigidum existēs faciliter īdigestiua lediꝫ a
cā frigida: ⁊ rectificaꝫ plerūqꝫ eius digestio ꝑ calidūꝫ. ⁊ decla/
rans Aui. istū modū gnātionis catarri: dicit ꝙ cerebrū frigidū
isto mō nō digerit id qđ ꝑuenit ad ipm ex nutrimēto: ⁊ non re/
soluiꝫ id qđ ad ipm ascēdit ex vaporibus: vñ se hꝫ ad id qđ trās
mittiꝫ de nutrimēto vel de vaporib⁹ a toto sicut se hꝫ res ī elā/
bico ad id qđ descēdit ad ipm ex cucurbita. nā suꝑfluitates nu/
trimēti ⁊ vapores ad cerebruꝫ trāsmissi ingrossanꝫ vel eliquan/
tur ⁊ ad mēbra īferiora dimittunꝫ: ⁊ assidui sunt ī ipso fluxu. Et
ideo colligiꝫ ꝙ corpora quoꝝ mēbra inferiora sunt calida ⁊ ce/
rebrum ē frigidū sunt maxīe ꝑata ad catarruꝫ ꝓpter allegatas
cās: ⁊ hoc qđ dictū est: ē veꝝ. s. ꝙ habētes ꝯplexionem cerebri
frigidā sunt magis ꝑati ad catarrū a cā intrinseca per modū di
ctum. sed hñtes ꝯplōnem cerebri calidā sunt magis ꝑati ad eos
a cā extrinseca qꝛ sūt capitis rarioris ⁊ sic passibilioris. Cause
ergo primitiue sunt quecūqꝫ faciunt ad debilitatē cerebri ⁊ oīa
euaporatiua ad caput sūt cāe mãe catarralis. Et hoc modo aer
calidus non īquātū tm̄ liquefacit sed īquātū debilitat. Etiā aer
frigidus nō inquātuꝫ tm̄ cōstringit sed īquātū debilitat. Etiā
humidus nō tm̄ īquantū relaxat sꝫ īquantū debilitat. Et ita di
co de reliquis oīa talia sunt cā catarri. ⁊ ita cibi multe ꝗꝫtitatis
non solū inꝗꝫtuꝫ multū euaporantes per īdigōem stomaci: sed
ēt qꝛ plurimū trāsmittiꝫ đ nutrimēto ad cerebrū vltra ꝯueniēs
vnde nō cōueniēter digerit ⁊ ē cā catarri. i. multitudinis ma/
terie. ⁊ hoc mō ira cogitatio ⁊ studiū đbilitando cerebrū sūt cāe
multiplicatōis cataroꝝ. ⁊ silr̄ eū hoc iuuāt aliqñ nō tm̄ debi/
litando sꝫ rarefaciēdo ⁊ subtiliādo materiā in cerebro ꝯtentā ⁊
euaporare faciēdo materiā ī īferiorib⁹ ꝯtentā ad suꝑiora. Liba/
ria ēt frida ⁊ humida vt lac lactuce ⁊ plurima gñā fructuuꝫ pi/
sces carnes pingues: qꝛ oīa talia prestant nutrimētū frigiduꝫ ⁊
hūiduꝫ ⁊ ei⁹ suꝑfluitates ꝯñr frigide ⁊ hūide fiūt materie cōes
cataroꝝ: ⁊ ita đ similib⁹ ītellr̄ ēt qꝛ addunt ad ꝯplōnē frigidam
cerebri. Per hoc ēt faciūt ad catarros ⁊ ita potus aque frigide
ē de cāis eius: ⁊ silr̄ flōmia potest eē causa primitiua cataroꝝ
duplr̄. Uno mō debilitādo maxīe cū suꝑfluit ⁊ īfrigidādo. Alio
mō rarefaciēdo vt vult Aui. caplo ꝓprio. Naꝫ euāto sanguine
mollificanꝫ mēbra ⁊ sic fiūt passibiliora ⁊ a calido ⁊ a frido etiaꝫ
ꝑ aliuꝫ modū vt ꝯmouēdo mãs. Cāe vero añcedentes corpo
rales sūt humores ī cerebro exñtes nō adhuc fluentes sꝫ parati
fluere quicūqꝫ sint illi calidi siue fridi vel tꝑati. Cā vero con/
iuncta ē ipse flux⁹ humoꝝ lꝫ ad cās corꝑales añcedētes reduci
possint malitie ꝯplōnis cerebri ⁊ nāles ⁊ accidentales: ⁊ malitie
ēt ꝯpōnis de quātitate vel strictura vel ꝑuitate capitis. ⁊ sic ex
his ēt possum⁹ discurrere ad multas cās alias ꝗ efficere pñt ca
taꝝ fm̄ diuersos modos occursus ⁊ ipressionis ꝗ cāe ex preha
bitis faciliter pñt colligi. Et de his causis specialr̄ feci distictā
numeratione in aliqb⁹ meis consilijs factis de catarro: ad il/
la vos reducatis ad ampliorē doctrinaꝫ.

Signa. Signoꝝ ꝗdaꝫ sunt ꝓnostica: ꝗdaꝫ demōstratiua:
De ꝓnosticis primū dicaꝫ ꝗ sunt ꝓnostica euēt⁹:
deinde ad bonū ⁊ ad malum. De demōstratiuis ēt ponenꝫ de/
mōstratiua ī genere catarri calidi vel fridi fm̄ signa causaꝝ cō/
plexionaliū. 2º signa viaꝝ ꝑ quas descendunt catarri. Circa
primū sciēduꝫ ē ꝙ oē corp⁹ cui⁹ cerebrū est debile naturalr̄ vel
accñtalr̄ est paratū īcurrere catarros. Cōclusio ē nota qꝛ ꝓpter
debilitatē aptū ē multiplicare suꝑfluitates. Et ex hac īferꝫ alia
ꝯclusio ꝓnostica videlꝫ ꝙ corpora decrepitoꝝ sunt ꝑata ad ca/
tarros ⁊ ꝑcipue ꝗ sunt fridi cerebri: ⁊ iō branchi ⁊ corize ī valde
senib⁹ nō maturanꝫ. Aliud signū ꝙ hñtes caput ꝑuuꝫ ⁊ alia mē
bra mediocria vel magna in īferiorib⁹: talia corꝑa sunt ꝑata ad
catarros: pꝫ ꝯclusio qꝛ vapores multi eleuanꝫ ad caput qui ītus
clausi ꝓpter ꝑuitatē eius ⁊ ꝯñter īgrossati ⁊ īspissati ad naturaꝫ
aqueā deducti causant catarros. Alia cōclusio ēt ꝓnostica si
mēbra īferiora fuerint calida nō tm̄ magna sꝫ ēt mediocria ⁊ ce
rebrū fuerit valde friduꝫ: tales sunt īfelices ⁊ ꝑati ad catarros.
Cōclusio pꝫ qꝛ ꝓpter caliditateꝫ mēbroꝝ īferioꝝ eleuanꝫ multi
vapores q nō resoluunꝫ a frido cerebro sꝫ īspissanꝫ ⁊ ꝯñter fiunt
catarri. Alia ꝯclusio corporea calide ꝯplōnis ⁊ rara maxīe fm̄
caput sunt passibiliora a cā extrīseca vt īcurrant catarros ⁊ a cā
calida ⁊ frida ꝗꝫ opposito mō disposita. Cōclusio pꝫ qꝛ talia cor
pora sūt ꝑata ad recipiēduꝫ īpressiōes cāruꝫ extrīsecaꝝ ⁊ lique/
scunt materie ꝑ caliditatē ⁊ ꝯprimunꝫ ꝑ friditatē ⁊ sic faciūt ca/
tarros. Nā si cā frida fuerit fit ꝯstrictio poroꝝ ⁊ retinenꝫ vapo
res qui resoluerenꝫ ⁊ ꝑ ꝯpressionē faciūt catarros. Alia ꝯclu/
sio ꝓnostica: corꝑa fridi cerebri sūt ꝑata per nām īcurrere catar
ros a cā extrīseca corꝑali magis ꝗꝫ corpora calida ⁊ rara. Con/
clusio pꝫ qꝛ talia sūt disposita vt ī eis multe materie retineanꝫ
ꝗ resoluerenꝫ si eēt ī eis aptio poroꝝ: ⁊ sic frido cerebro exñte vt
supponiꝫ iste materie īgrossate ī catarro ꝯuerterenꝫ. Alia cō/
clusio ꝓnostica ꝗ ē Hyp. 2º epi. ⁊ Aui. 5ª tertij ꝙ corpora hñtia
splenē. i. aꝑata splenis nō sunt ꝑata ad catarros. Ratio est di/
cit Auic. fm̄ Gal. qꝛ in corporib⁹ cum vnum mēbruꝫ est lesum:
alia mēbra reddunꝫ īcolumiora ꝓpter demandari suꝑfluitates
ad mēbra debilia: stante ergo splenis aꝑate materie nō transeūt
ad cerebrū ꝯuertendo in materiā catarralē. Ista solutio nō vi/
deꝫ in totuꝫ satisfaciēs: qꝛ nō magis fuisset argumentū de sple/
ne ꝗꝫ de alijs mēbris ignobilibus vt de apostemate in inguine.
Ideo. A. alr̄ rñdet vꝫ ꝙ aꝑa splenis habētibus humores sunt
grossi: qꝛ humores terrestres ⁊ grossi recipiunꝫ ī splene ꝑ natu/
rā: ⁊ tales humores non sūt apti vt ꝯuertātur ad caput vt alij
vapores vt fiant catarrales materie. ⁊ qm̄ splenetici sūt melan/
colici grossoꝝ humoꝝ: ⁊ grossi hūores nō sūt apti fluere. ⁊ hec
solō clara ē. Aliud signū ꝓnosticū ē cū apparet vent⁹ septē/
trionalis vel tꝑs boreale frigidū ⁊ siccū ⁊ succedat tꝑs australe
vel vētus australis vel meridionalis tūc catarros expectare oꝫ.
Rō ē clara qꝛ tunc per ꝯstrictionē poroꝝ a frido retinenꝫ mate
rie multe que ascēdētes ad caput faciunt catarros ⁊ maxīe suc/
cedente tempore australi calō ⁊ hūido. Nā ille materie aliqua/
liter coangustate per frigidū ⁊ aliqualr̄ ꝯgelate succedente aere
australi liquescūt ⁊ paranꝫ ad descēsuꝫ. ⁊ ideo succedēte austro
post borealē expectare oꝫ catarros. ⁊ ita ecōtra stante ꝯstrictōe
als ꝯstitutōe australi ⁊ succedēte boreali ēt expectare oꝫ catar/
ros. Naꝫ rō sumiꝫ ex hoc qm̄ ex ꝯstōe calā ⁊ hūida capita hūi/
ditatib⁹ implenꝫ ⁊ liquefiūt mãe ⁊ succedēte aere frido ⁊ stante
replone ex ꝑte hūiditatis friditate ꝯstringēte humidū interius
⁊ ꝯprimēte humidū aggregatū ī cerebro fit catarrus. Item si
estas sicca ⁊ borealis fuerit: autūnus vero pluuiosus ⁊ austrin⁹
ī hyeme ⁊ tusses ⁊ branchi ⁊ corize fiunt vt fuit sñīa Hypo. 3º
affo. pꝫ ex dictis. Aliđ ꝓnosticū ad salutē ē ꝙ eoꝝ catarr⁹ q
pēdet a cā primitiua in corpore bene disposito talis fit salubris.
Aliud catarrus ī corporib⁹ ī quib⁹ cito digeriꝫ vt in corpib⁹
iuuenib⁹ ⁊ in corporib⁹ robustis. Et vbi nō ē malitia regiminis
tūc ad salutē terminatur. ꝓnosticū vero īcurabilitatis catarr⁹
pendēs ex debilitate cerebri vel naturalr̄ a gñatōe vel ex etate ī
decrepitis non euraꝫ. Aliud ꝓnosticū ad malū quib⁹ mēbra
inferiora sunt calā ⁊ cerebrū magnū fridū non sananꝫ catarri:
pꝫ ex dictis supra. Aliud ꝓnosticū cū ꝯiungiꝫ soda cū catar/
ro ꝓ tꝑe ꝓ quo ꝯseruaꝫ soda nō euraꝫ catarrus: ⁊ maxīe verū
ē ī soda a cā frida. pꝫ qꝛ per sodaꝫ ꝯuertunꝫ ꝯtinue mãe ad ca/
put ⁊ debilitaꝫ digestiua cerebri. sepe ēt cura sode ꝯtraria ē cure ca
tarri. Aliud signū ꝓnosticū ad mortē ⁊ ē Mesue: Si patiēs
catarrū ex defluxu eius in pulmonē spuerit sanguinē ad ptisim
venit ⁊ ꝯsumpt⁹ moriꝫ ⁊ maxīe verificaꝫ de catarro acuto cor/
rosiuo. Signa demōstratiua ī genere: quedā sunt declārantia
mām: quedā cās fluxus declarātia materiā: quedā declarant
mām calidā quedā fridaꝫ. que declarant mām calām sunt hec
spālia. Primū calor faciei ⁊ rubedo ei⁹ vel citrinitas faciei vel
rubedo clara vel rubedo ad purpureū declinās. nā talia ēt de/
clarāt mām calām: pꝫ qꝛ mām sanguineā vel colericā. Uñ dī/
cit Serap. ⁊ scim⁹ ꝙ catarrus ex caliditate ē sicut ignis rubifi/
cans faciē ⁊ nares ⁊ caliditas vehemēs ⁊ acuitas ei⁹ qđ currit ⁊
subtilitas ei⁹. Et ī hoc qđ dixit catarri calidi signū ē caliditas
faciei sicut ignis calefaciēs ⁊ rubificās. hoc intelligi pōt tam ex
ꝑte mãe ꝗꝫ ex ꝑte cāe effectiue. sꝫ spālius magis si sit rubedo
cū purpureo colore declarat mām sanguineā. Et si sit rubedo
clara declarat māꝫ colericā. hoc tñ signū lꝫ cōiter ponaꝫ ab au
ctorib⁹ nō ē efficax: ⁊ ꝯcludēs ad declarādū mām calāꝫ catar/
raleꝫ. nā vbi mā defluat ꝑ venas itrinsecas vt aliqñ contingit.

⁊ non manifestetur ad nares nec ad fauces: sed pꝛofundetur in
venis ꝓfundis: tūc nō erūt ista signa ī facie. ſʒ pōt ꝑ alia decla
rari de quibꝰ ifra: ſʒ ī coꝛiza ⁊ in bꝛanchis ī quibꝰ mā defluit ꝑ
nasuʒ vel ad fauces ꝑ venas extrīsecas: hoc ē signū manifestuʒ.
Aliud signū sumit̄ ex ꝑte punctōis ⁊ pꝛuritꝰ. Naʒ si descen/
dat ꝑ nares sentit̄ pūctio in naribꝰ. Si ꝑ collatoꝛiū sentit̄ q̄daʒ
titillatio vel qdaʒ pꝛuritꝰ vbi mā sit calida sua acuitate ipꝛimēs
ſʒ qm̄ ista acuitas sequi pōt dn̄iuʒ colere ⁊ dn̄iuʒ flegmatis salsi
ponit̄ ad hoc declarādū. Aliud signū distinctiuū: nā si sit ex
colera ex ꝑte modi substātie mā erit subtilioꝛ. ⁊ si sit ex flegmate
salso mā erit grossa: ēt ex coloꝛe declarat̄. Nā si sit mā colerica
erit ad rubeū claꝝ vel citrinū magis declinās: nō sic saltē no/
tabilr̄ si sit flegma salsuʒ. Aliō signū caliditatis ðclarat̄ ex ta
ctu. Nā si descēdat ꝑ palatū ī descēsu ad tactū ītrīsecus ꝑcipit̄
caliditas si per nares ī coꝛiza ꝑcipit̄ mā calida: ēt si tactꝰ digiti
ad eaʒ occurrere possʒ ꝑciperet̄ caliditas. Aliud signū sumit̄
ex ꝑte modi substātie: qm̄ mā catarri calidi ē subtilis aut ī se aut
a cā calida subtiliatiua ⁊ ecōtra mā frida. ⁊ iō cū discurrit ꝑ na
suʒ: mā calida fit debilis: ſʒ fit aliqualis oppilatio ⁊ nauseitas. i.
locutio resonās ī naso: ⁊ hec nauseitas ītra nares facta ē debi/
lis respectu eiꝰ q̄ fit in frido: qꝛ ista mā calida subtilis discurrēs
est aliqualr̄ oppilās: ⁊ ꝯñter fit iste sonitꝰ ⁊ locutio nō clara: ecō
tra stāte mā grossa frida fit maioꝛ oppilatio ī naso ⁊ locutio ma
gis obtusa. Aliud signū est q̄ ī catarro calido frequēter ꝯiun
git̄ fe. nō tñ necessario. ⁊ si ꝯiungat̄ nō iuuat̄ inde catarrus. nā
lʒ per febꝛē minoꝛet̄ mā catarri: tñ ipse catarrꝰ magis exacuit̄ ⁊
fit magis ipꝛessiuꝰ ⁊ sic magis coꝛpoꝛa ledunt̄: ecōtra ē i frido.
Cōmotio ēt acuta ē aliud signū Aui. i. citus euentꝰ eiꝰ non
ꝓcedēte multa grauitate capitis neq; multa offensiōe sensuum
vbi ecōtra ꝯtingit ī frido. vel aliter ꝯmodatio acuta: qꝛ catarrꝰ
calidus facit acutā ipꝛessionē ⁊ moꝛdicatōeʒ: ñ sic fridus. Istis
signis pñt adiūgi q̄daʒ alia signa cōia: ēt erit numerus ꝯplexio:
vt si iungat̄ etas iuuētutis ⁊ ꝯplō colerica ⁊ regio calida ⁊ sicca
ēt estas ⁊ q̄ ꝓcesserūt ī regimine vt de aere calido de stupha de
balneo de ira cogitatōe ⁊ studio: potu vini potētis: sumptōe ci/
boꝝ calidoꝝ: fricatōe capitis multa: vel ponēdo medicaīa cali/
da supꝛa caput: vel ex odoꝛamētis calidis vt musco ambꝛa cro/
co ⁊ similibꝰ. Hijs cōicantibꝰ ⁊ ꝯcurrētibꝰ reliquis dictis possu
mus declarare ⁊ sup materiā calidaʒ ⁊ sup cām fridaʒ vel cali/
daʒ faciētē ad fluxuʒ. Signa vero catarri fridi sumunt̄ ex ad/
uerso ad signa catarri calidi. Sʒ vnū ꝓcipuū signū est qð ponit
Serap. ⁊ est extēsio frōtis ⁊ supciliorꝝ cuʒ grauitate sup. magis
q̄ʒ ī calida. Naʒ ꝑs anterioꝛ cerebꝛi ē humidioꝛ ⁊ ēt ꝓpter ele/
uationeʒ vapoꝝ maxīe a stomacho multiplicat̄ magis materia
flegmatica: iō natura fecit purgatoꝛia a ꝑte anterioꝛi vt ꝑ ea ma
terie purgarent̄. ideo qꝛ maxīe ab illa materia eleuant̄ vapoꝛes
aliq̄ qui ī directionē faciei ꝑueniētes ⁊ īclusi in ea faciūt eleua/
tionē: ⁊ iō appet extēsio ⁊ tumoꝛ ī ea. Secðm signū est q̄ nō ꝑci/
pit̄ moꝛdicatio neq; pꝛuritꝰ neq; caliditas sicut ī catarro calido
ꝑcipit̄. Aliud signū sumit̄ ex ꝑte saporis: qm̄ ī catarro calō ꝑci/
pit̄ sapoꝛ salsus acutꝰ amarus vbi in frido vel ē materia īsipida
vel sapoꝛ ꝑcipit̄ acris. Ex odoꝛe ēt declarat̄. naʒ cū materia ca/
lida stat odoꝛ acutꝰ ⁊ cū frida vel nō ē odoꝛ vel ē ad acetosū ðcli
nās. Etiā ex coloꝛe materie pōt declarari qm̄ mā calida vel ad
rubeū declinat vel ad citrinū vel ad nigrū cū splendoꝛe vel ad
viriditatē ꝓcedēte citrinitate vbi frigida vel est alba vel ad fu/
scuʒ declinās opacū sine luciditate. Sumit̄ ēt signū ex ꝑte sub
stātie dicit. A. ⁊ qñq; grossities significat cām fridā dicit qñq;
qm̄ aliqñ cū caliditate stat grossities catarri: imo ⁊ cuʒ viscosi/
tate. nam agēte calido longā actionē in māʒ aqueā tandē īspis/
sat: ⁊ ad viscositatē deducit: aliquādo vt pʒ in aqua maris cuʒ
ad sal ðducit̄: lʒ ergo talis materia calida sit subtilis aquea acu
ta: tñ aliqñ inspissat̄ vt dictū est ꝓpter caliditatē: sed vt ī pluri/
bus non tota equaliter reddit̄ spissa: sed certa ꝑs apparet spissa
ſm q̄ egit caloꝛ aliquo tꝑe īspissando magis vnā partē q̄ʒ alte/
ram. sed in mā frigida stat spissitudo ⁊ grossities ſm totū: vt in
pluribus nisi mãe frigide cā fluxus fuerit cā calefaciēs subtili/
ans. iō notāter dixit qñq; qm̄ vtplurimū grossities ðclarat ma
teriam frigidā: maxime si nō sint reliqua signa de coloꝛe cit. vi
ridi de moꝛdicatione ⁊c̄. Et addit q̄ catarri frigidi ē coloꝛ albꝰ:
qꝛ factus est coloꝛ albus ꝑ inspissationē partis aeree īcluse ī hu/
mido. hec ergo signa manifeste clarificāt catarrū quātū ad ma
teriam calidā vel frigidā habita sola cōsideratiōe ad mām. Sʒ
vbi ꝯplicent̄ q̄ mā sit calida ⁊ cā frigida vel ecōtra: tunc opoꝛ/
tuit diligētius inuestigare. nā pōt medicus discurrere sup cāʒ
calidā ⁊ materiā frigidā vbi. s. ex ꝓcedentibꝰ vt ex motu labo/
rioso ira ⁊ māsione sub sole ⁊ locis calidis ⁊c̄. ⁊ q̄ repentine flu
at mā que tamē liquida existēs nō est acuta nō moꝛdicatiua nō ad
citrinū vel viride declinās neq; ad salsuʒ amaꝝ vel acutū: tūc
iudicabit̄ mām eē frigidaʒ. ⁊ si cā fuerit calida ⁊ ecōuerso si pꝛe
cesserit vētus boꝛealis: aut steterit quis in aere frigido vel aliqñ
in tꝑe estatis transeūt ad loca subterranea: ⁊ ꝯñter mā fuerit flu
ens subtilis moꝛdicatiua salsa amara vel acuta: tunc dicit̄ q̄ cā
fuit frigida lʒ mā sit calida: ⁊ ita doctus medicꝰ ꝑ similia potest
discurrere. Signa speciez ⁊ humoꝛuʒ spālium remittemus ad
tractatū de tussi vel de pleuresi vbi declarabūtur signa catarri
⁊ flegmatici ⁊ sanguinei ⁊ colerici ⁊ melācolici. ſʒ signa dū flu/
at mā. s. per nares vel colatoꝛiuʒ manifeste vel īmanifeste ꝑ ve/
nas ꝓfundas: ēt sunt satis manifesta. nā si fluat ꝑ nares signuʒ
ē euidens si fluat palatū sensibile aliquid grossuʒ etiā est euidēs
sed si nō per palatū sed ꝑ poros īmanifestos: tunc si mā est cali/
da ꝑcipit̄ punctio ī palato. Sʒ si mā non sit calida: tunc ⁊ si nō
ꝑcipiat aliquid de pūctione ex his fit quasi quedā cōtinua de/
glutio vt faciūt colūbi: ⁊ tunc declarat̄ materiā subtilē. ⁊ si nul
lum hoꝝ fiat ⁊ tamē stant signa catarri: ex ēpli gratia qñ auget̄
nocumētū ī pectoꝛe tꝑe noctis ⁊ difficultas anhelitus ⁊ tusses
⁊ rascatio fit maioꝛ in nocte ⁊ stāte tali fluxu vel nocumēto ꝑio/
dico: tūc declarat̄ materiā fluere ꝑ occultos meatus: puta ꝑ ve
nas ⁊ artarias nō sensibiles dcoꝛsuʒ: ⁊ tūc nō poterit etiā artifi
ciosus medicus clare cognoscē: nūquid sit mā calida vel frigida
qꝛ neq; ex dispōe faciei: neq; ex mā ipa qꝛ sit subtilis vel grossa:
qꝛ grossa descēdens pōt in pectore subtiliari: ⁊ subtilis poterit
ingrossari neq; ex sapoꝛe neq; ex coloꝛe qꝛ non videt̄: ſʒ magis
ex quibusdā accidentibꝰ. declarat̄ qꝛ si sit tussis erit acuta ⁊ vio
lenta si materia sit calida ⁊ multū inquietabit: q̄ si frida fuerit
molestabit minus: ēt pōt medicus discurrere ex cāis de ꝯple/
xione capitis naturali vel accidētali calida vel frida ꝑ signa de/
clarātia ꝯplōneʒ cerebꝛi posita 2° tegni ēt ꝑ ꝓcedētia ex malitia
regiminis ⁊ occursu reꝝ nō nāliuʒ magis inclinātiū ad cām ca
lidam q̄ʒ ad frigidā: ⁊ sic poterit ex diuersis facere ꝯiecturā qñ
nō habētur signa expsse demōstratiua. Signa vero multitudi/
nis mãe etiā ꝑpate sunt repletio totius coꝛꝑis maxime capitis: q̄
manifestat̄ ex pōderositate capitis cuʒ plenitudine ⁊ cū exten/
sione venaꝝ nō pꝛecedētibꝰ alijs de statione sub sole de balne/
is ⁊ nō cōcurrente ēt nimia liquiditate materie: nō cōcurrētibꝰ
his declarat̄ cāʒ ꝓuenire ex multitudine materie.

Cura. Sequit̄ de cura catarri circa quā sunt due intētio/
nes gnāles. Pꝛima intētio vertit̄ circa ipm catarrū
vt fluxus ē. Alia intētio vertit̄ ad materiā fluētem. Intētio ad
fluxū pꝛincipalr̄ īdicat vt coꝛrigat̄ cū oībꝰ ꝯtrarijs fluxui: ⁊ hoc
mō inter cetera vitet̄ motꝰ aer calidus ⁊ quecūq; vitāda sunt
que faciūt ad agitationē ⁊ motum vt balnea ⁊ aer luminosus ⁊
vociferatio magna: ⁊ ita ⁊ huiusmodi. Talia oīa nocēt ⁊ oppo
sita coꝝ iuuāt in catarro vt fluxus ē: ⁊ hoc ꝑ se habita ītentiōe
ad fluxū: vt fluxus ē q̄ dico signāter qꝛ habita ītentiōe ad cām
facientē fluxū: q̄ aliqñ est friditas ꝯstringens vt dictuʒ ē supꝛa:
lʒ īfrigidatio faciat ad sistenduʒ fluxū: vt voluit. A. 16ª tertij ð
cura fluxus vētris absolute ī pꝛincipio cuʒ dixit: dico q̄ fluxꝰ
vētris ꝓhibet̄ inquātum ē fluxus cū stipticitate faciētibꝰ ⁊ in/
grossantibus materiā ⁊c̄. ⁊ ingrossare ꝑficit̄ a frigido. tñ qꝛ per
ꝯstrictionē ꝑ modū dictū supꝛa fit fluxus: iō ꝑ accidēs aliquo/
tiens habita intētione ad fluxū. i. ad cās eius ꝯpetit cā calefaci/
ens ⁊ nō infrigidās. Intētio aūt spālis que hētur ad materiam
fluentē: diuisa ē in quinq;. Pꝛima vertit̄ circa equatōeʒ mate
rie. 2ª circa minoꝛationē vel euātionē materie. 3ª circa diuer/
sionem ne moueat̄ ad loca nobilia ⁊ ꝑiculosa. 4ª ad sistendū ca
tarrum ⁊ ꝓhibitionē fluxus eiꝰ. 5ª est quedā antecessio ad pꝛe/
uidendū ne mēbꝛa ī que ꝓbabiliter catarrus caderet ledantur.
Circa pꝛimū est diligēter cōsiderandū q̄ si materia fuerit ca
lida: ⁊ cā faciēs ad fluxū fuerit frigida vel ecōtra: vt q̄ materia
fuerit frigida ⁊ cā. s. calida q̄ possibile est ex dictis supꝛa: tunc
diligēter ꝯsiderare oʒ ne equādo materiā si fuerit calida cū fri/
gidis addamꝰ ad cām fluxus: ſʒ si materia fuerit frida ⁊ equare
velimus cū calidis erit timoꝛ ne augeamus cām fluxus. Ideo
stātibus his quasi ꝯtrarijs itētionibꝰ: vna ad cām fluxus: ⁊ alia
ad materiā opʒ vti cañ. Auic. 4ª pꝛimi caplō vltimo vt attēdat̄
ad id pꝛimū q̄ magis suspectuʒ ē ⁊ sine cuiꝰ remotōe aliud nō
pōt ꝯpleri ⁊ perfici verbigrā existēte materia frigida si eēt factꝰ
vel fluxus catarralis vel ꝓpter irā vel balneum ⁊c̄. a caliditate
manifesta circa caput eēt fluxus materie frigide ⁊ vellemꝰ eq̄re
materiā cū sirupo de sticados eēt notabile nocumētū: qm̄ plus
adderet̄ ad fluxū materie. Opʒ igit̄ pꝛimū remouere cām flu/
xus puta ītēdere ad remissionē male ꝯplōnis cal'e ēt cū frigidis
quāuis indisponat̄ materia aliqualiter qꝛ tñ ad augmētū cause
vel ꝯseruatōis eius nō posset fieri ꝯueniēs cura pꝛecipue cū in
hoc caplo agat̄ de fluxu ⁊ de catarro pꝛincipalr̄ expedit pꝛimuʒ
itendē ad remissionē fluxꝰ ⁊ cāe eiꝰ q̄ʒ intēdere ad māʒ. Et ī hoc
oʒ notare q̄ talis suppositio cāe ꝯꝛie ad cāʒ calidaʒ dʒ eē ſʒ fri
gida in potentia ⁊ nō ſʒ actū. Et de hoc dicebat Auic. ca° pꝛo/
pꝛio: oppositio aūt cāe efficiētis calide quidē ē vt sit sollicitus
sup. medicus in infrigidādo caput sup. īmediate vel mediate cū
eo qð ē infrigidans frigidū potētia ⁊ sup. nō actu vt expꝛesse di
xit Mesue. ⁊ rō huius ē: nā frigida actu maxīe si occurrāt ca/
piti calefacto nō tm̄ remouebunt caliditatē que liquefit mām ſʒ
per aliū modū ꝯstringēdo ⁊ ꝯpꝛimēdo humidū faciēt ad catar/
rū. vbi si paulatine inducat̄ frigiditas potētialis nō actu frigi/
da remittet̄ mala ꝯplō calida inducta ⁊ non ꝓpterea obstruent̄
poꝛi nec cerebꝛū ꝯstringet̄ nisi ad vltimū deueniret̄ īfridādo qð
nō fiet a docto medico. nā persistet remissa qualitate excessiua
ad non ampliꝰ offerēdū in potētia frigidū. Et per hūc ēt modū
nō multū ledet̄ mā frigida. ⁊ in hoc laudauit Auic. infridatōeʒ
extremitatū cū decoctōe tepida facta embꝛocatōe cū oꝛdeo sup
ple fracto ⁊ papauere ⁊ violis ⁊ camomilla ⁊ inunctio ēt capitis
⁊ extremitatū ⁊ ani ⁊ testiculoꝝ cū oleo violato ⁊ similibꝰ. ⁊ ita
cū cibis inclinādū ad hoc qð infrigidat ⁊ humectat. Et ita silr̄
opoꝛtebit cōsiderare in oī dispōne cū relique intētōes ꝯꝛdicant̄
scʒ pꝛimū ad cām fluxus deinde ad mām. Est 2° habēda alia
spālis ꝯsideratio. nā ⁊ in regimīe dicte ⁊ in medicinalibꝰ ad eq̄/
tionē materie facientibꝰ ⁊ in oī fluxu cauendū ē ad his que no/
tabiliter agitare possunt mām ī pꝛincipio. ⁊ iō q̄ʒuis mā eēt fri/
gida: cauēdū ē a calefacientibus multū in pꝛīcipio siue ex parte
aeris siue ex parte medicinaꝝ digestiuaꝝ ne ꝓpter agitationeʒ
factā a medicina calida acquirat̄ maioꝛ fluxus materie ꝓcipue
cum fluxus materie vetet. i. ꝓhibeat digestionē mãe ⁊ equatio
materie

mãe indigeat quiete. Et pro hoc dicebat Auic. vituperãdo ster
nutatões i principio: ꝛ sternutatio ē nociua i principio aduentꝰ
catarri ꝛ corize ꝓhibens maturationē humoꝝ ɔtentoꝝ i cere/
bro qui nō maturanť nisi cū quiete ꝛc. In equatõe ergo ma
terie q̃ztū ad regimen in dieta: pᵒ euiteť aer excessiue calidus ꝛ
excessiue fridus qualiscūqz sit materia siue calida siue frida. Sz
si fuerit calida iclineť parūper ad friduz vbi cã fluxus nõ sit fri/
gida. Et vbi sit materia frida iclineť aer parūper ad calm ꝛ nū/
q̃z ad excessiue calʒ. Et i hoc sepe vidi erroꝛē q: ponūt ifirmos i
cameris calidis cū igne multo ꝛ male. Et ex hoc seqť q: i prinei
pio ꝛ odoramēta calida ꝛ odoramēta frida sūt nociua. Aer ēt lu
minosus nocet: q: facit ad ɔmotões ꝛ agitatõez materie. Uiteť
ēt singulr ventꝰ qlibet australis ꝛ borealis ꝛ maxie cū ad austrū
sequať boreas. auster eim vt dicunt Auic. ꝛ Mesue rarefacit ꝛ
capita replet. boreas vero ɔstringit ꝛ exprimit: ꝛ maxime cauē/
dus ē aer talr alterãs cū intrat p angusta foramina fenestrarū.
nam solēt huiusmodi magis iprimere ꝓpter cãm alibi videndã
sit ergo camera clausa ꝛ modici luminis: somnꝰ supfluus maxie
nocet i quocūqz catarro. minoreť ergo a medioeri mēsura q: fa
cit somnꝰ ad aggregationē ꝛ ad retētõem materieꝝ ꝛ ad multã
euaporationē: maior tñ sit pcitas somni i catarro frido q̃z i calo:
nõ tñ i frido semp ē vigilãduz: qm̃ aegriť debilitas i cerebro ex
vigilia supflua: per indigestionē aggregať materia que est ɔse/
quenter mã catarri. ꝛ dicit Mesue q somnꝰ diurnꝰ ē vitãdus:
vbi tñ eēt longa ɔsuetudo: ꝛ in corpe nocte non potente dormi/
re vt sepe cõtingit i catarris cū ad tussiz deducūt ꝛ mã ē calida
nõ in totū vitupereť somnꝰ diurnus: imo ꝓpter timorē iflãma
tõis ex nimia vigilia laudo ēt interdū somnū simplr diurnuz.
ꝛ hec videť snĩa Auic. caᵒ de asmate i cura vbi laudauit somnū
diurnū cū circūstantiȷs: ꝓpter tñ aliquas cãs nūquã fiat som/
nus resupinꝰ. i hoc oēs ɔueniūt qm̃ talis accubitus multiplici/
ter preparat ad catarros. Est ēt alia cautela habēda circa som/
nū i catarro vt. s. puluinar sit notabiliter eleuatū. Sz nota hoc
ne fiat error ꝛ deceptio i quã ēt incidūt scribētes q lz puluinar
ꝛ caput debeat eē eleuatū: nõ tñ situari dz cū capite recte eleua/
to: q: talis situs eleuatõis capitis preparat ad catarrū ꝛ effecti/
ue ꝛ ad descensuz q: habilius ascēdūt vapores ꝛ habilꝰ descen
dūt materie p colatoriū i pectus ꝛ in neruos. Jõ hunc errorem
Aui. remouet dicēs: ꝛ oz fm oēm dispõnē vt regať cū inclina/
tione caput. i. inclineť ꝛ eleueť puluinar ꝛ nõ resupinatio fiat in
somno: quasi inuat q caput nõ sit erectuz: sz aliqualr inclinatū
pp cãs dictas. vbi ēt debeat fieri somnꝰ diurnꝰ dicit Auenzo.
pᵒ canticoꝝ fiat accūbēdo vel quasi accūbēdo capite disposito
vt ē dictū: ꝛ super latus nõ super dorsuz. nã aliter vt dictū est
3ª primi ad reumaticas pparat passiones. Motus aūt in prin
cipio ē verendus vt dictū ē in principio cure. In ꝓcessu tamē
eūata materia motus mēbroꝝ iferiorū dicit Aui. est ɔueniens.
nã cõuertit ad deorsuz diuertēdo materiã ꝛ notãter dicit infe/
rioꝝ mēbroꝝ qm̃ motus superioꝝ ꝛ fricatões spatulaꝝ ꝛ capi/
tis nisi quasi tota facta eūone materie adducūt ad nocumentuz
ptim ɔuertēdo mãs. s. vapores in sursuz ptiz mobilitãdo mãm
ꝛ eã fluxibilē faciēdo ꝛ ampliãdo. sed in ꝓcessu facta eūone mãe
tūc resoluēdo reliquias materierū ꝛ ɔuertēdo ad cutiz: fricatio/
nes capitis imo ꝛ rubificatiue medicine vt cū cepe vt videbitur
in cura valebunt. ꝛ hoc ē qd̃ dictū ē supra circa textū de pãno
calido apponēdo capiti. Passiões ēt aiales maxime ire furores
ꝛ oia agitãtia plurimum nocēt. Replõ ēt p̃cipue nauseatiua ad
summū facta ē de p̃cipuis cãis catarri ꝓpter cãs notas: iõ vi/
tanda ē: ꝛ maxime si sup eã sequať motus p̃cipue laboriosus: ꝛ
maxime si fuerit de cibis calidis vt carnibꝰ ꝛ ouis: ꝛ si fuerit de
potu vini: qm̃ talia parata ad euaporationē maxime nocēt. ꝛ iõ
in pricipiȷs oīum catarroꝝ diminutio cibi ꝛ potꝰ tota die ē ma
xime ɔueniēs. ꝛ de hoc dicebat Mesue q obseruationē in vi/
ta patiētis ɔplet diminutio potuū ꝛ ciboꝝ ꝛ vini ꝓhibitio oīo ꝛ
replõnis ꝛ vitatio nauseatiua. ꝛ. A. dixit: ꝛ oz quidē ne patiens
corizã ꝛ catarrū repleat vētrez cibis quare repleať caput eius.
si ergo nõ põt fm totū diē fieri saltē fiat subtractio i cena. nam
minoratio cibi ꝛ potus: ꝛ si sit necessaria tñ diminutio cibi sero
tina vt volūt oēs: ē i principiȷs magis necessaria: ꝛ ita mioratio
vini i prinᵒ ē necessaria dico i oī catarro. iõ dicit Aui. sitiãt exu
riant vigilēt quãtū pñt ꝛ est initiū cure. ꝛ i alio loco eodē caplõ
dixit: Et ad summū. i. vniuersalr oz vt minorēt comestionez ꝛ
potū aque. i. cuiuslibet humidi potabilis: ꝛ repellãt eū oīo. s. ci/
bum ꝛ potū die ꝛ nocte ꝛ remouebiť. s. catarrꝰ. Sz specialiter
magis descēdēdo si fuerit calida ex cã calida: tūc cibꝰ ɔueniēs
ē pultes ordei pultes amilȷ. valent etiaz decoctiones maluarū
ꝛ iuiubaruz ꝛ sebesten: etiã aliqui de farre loto. Quod si ma/
teria fuerit frigida fiat pultes ex farina frumenti vel furfuris:
colligiť furfur frumēti i pãno lineo raro: ꝛ imponiť talis pãnꝰ
i aqua or. excorticati calida ꝛ ibi stet p tres vel quattuor horas:
postea illud qd̃ de pãno exprimiť bullit ad ignē ꝛ reduciť ad na
turam pultis. ēt ē electū ꝛ põt dissolui cū brodio pulli ꝛ reduciť
ad formã ɔuenientez cū zuccaro. ꝛ si fieri põt supaspergať d pe/
nidȷs ꝛ fit ferculū ɔueniēs: ꝛ hoc vtor in catarris. ꝛ brodiū cice
rum rubeorū laudať i mã frigida. tñ in principȷs ē suspectū quia
aperit vias. laudať cõiter amigdolatū sz mihi nūquã placuit q:
vidi nocumentū maxime in sero. nã multuz euaporat ꝛ dilatat
meatus discurrere faciēs nocte mãs: sed in mane magis ɔuenit
cū maxime est intētio ad lenitionē pectoris ꝛ pulmonis: ꝛ semp
sint ɔdita cibaria cū zuccaro ꝛ p̃cipue si cã fluxus sit calida dz
zuccarū eē tabarzeth i fridis: zuccaꝝ vnius cocte magis valet
ꝛ zuccarū penidioꝝ cõueniut ꝛ ēt aliquid mellis. Panis lotꝰ eo/

ctus in brodio i frido ē ɔueniens: etiã oua sorbilia i frigido ma/
xime minorata mã: ꝛ carnes pulloꝝ ꝛ auiū montanaꝝ capreto/
rum ꝓ quãto siccitate pticipãt bulliaňť: ꝛ hoc itelligať si nõ cõ
iungať febris: qm̃ stãte febre maxime ɔtinua Rasis i textu vi/
tuperauit carnes ꝛ recte ɔstante virtute: sz carnes agnoꝝ ꝛ vi/
tuloꝝ precipue pingues ꝛ musculose ꝛ cartilaginose vitãde sūt
nisi in mã multuz subtili calida multū mordaci: tñ ꝓpter virtu/
tis debilitatē qñ sunt dãde carnes iste nõ discõuenirent. Inter
olera i calido valent borago buglosa lactuca attriplices endiuia
cucurbite portulaca: ꝛ in frigida maxie in ꝓcessu valēt isopꝰ ma
iorana saluia rosmarinus: ne tñ aliqñ fallaris mã aliqñ est fluida
nimis: ꝛ lz talia p qualitatē videãtur iuuare tñ subtiliãdo aliqñ
nocent: iõ oz bene aduertere medicū: loco potus i calida ɔueni/
unt aqua zuccari aut or. excorticati: prius alr nocet pectori vel
pulmoni aqua iuiubaꝝ aqua sebestē aqua sc. citoniorū: ista oīa
valent i calida subtili. in frigida vero aqua mellis aqua isopi aq̃
ficuū ꝛ dactiloꝝ: liquiritia poniť tpata ꝛ capillus ve. itaqz coꝝ
vsus quasi semp ɔuenit ex ꝓprietate q̃z afferūt in cõfortatione
cãne pulmonis ꝛ pectoris: vt dicit Auēzoar. põt tñ in mã gros
sa in ꝓcessu exhiberi paꝝ vini fm mēsurationez vt vult Auic.
Cū medicinalibꝰ aūt lz aliqñ ɔuenit p̃ponere eūationē ãte dige
stionē vt stãte plenitudine. nã tūc opz facere a principio mino/
rationem: tñ vbi priꝰ fienda sit digõ vt reglr fieri dz cū sirupo
digestiuo. In calida vz sirupus violatꝰ sirupꝰ de iuiubis siru/
pus ro. vel de portulaca in principio. In frigida aūt stante vi/
Cause. Tertio videndū ē de causis harum dispositionuz. Cause ergo generales sunt oēs cause imprimētes nocumentuz vel priuatiuū vel positiuū in ipm cor. Per nocumētum priuatiuuz intelligo nocumentum sequens subtractionez cause cōuenientis: si eidē cordi offerantur: vt si epar nō cōmunicaret debitū sanguinē cordi: vel cerebrū nō cōicaret debituz spiritū aīalez ipsi cordi siue instrumētis sibi īmediate subseruientibus: ⁊ cōsequēter tremoris: ⁊ sic etiā omnes cause dissolutione spirituū ⁊ humidi sanguinei naturalis ꝓpter quaz dissolutionem sunt in cor nocumentū imprimētes: siue sint extrinsece: siue corporales: siue sint ꝓprie: siue per cōmunitatē. omnes tales possunt esse cause debilitatis cordis: de quo dicebat Aui. xj. tertij ad finez capituli de egritudinibus cordis: ⁊ quādo accidit humoribus diminutio a quātitate necessaria primū nocumentum illius est in corde quare alterat̃ complexio huius ⁊c. ⁊ ita omnes cause positiue etiā inducentes qualitatē cordi nocentem sunt de causis debilitatis saltē tremoris vel sincopis exemplifica tu de talibus causis ⁊ extrinsecis siue primitiuis ⁊ corporalibus imprimentibus in cor nocumētū positiuū. Specialius tamē discurrendo ad omnes causas nocētes: omnes tales aut sunt extrinsece: aut corporales. si sunt corꝑales: aut sunt ꝓprie in ipso corde vel in venis eius: vel in ventribus eius: vel in pāniculo cordis: vel in cōcauitate media ītra pāniculum siue capsulaz ⁊ cor: vel sunt tales per cōmunitatē. s. vel in mēbris per cōmunitatē ei proximis. s. pāniculis pectoris: vel. s. pleure vel alijs vel. s. in pulmone vel ore stomaci: ꝑcipue cuz quo maximā habet colligātiā vel nō sic ꝓximis vt cerebro vel epate vel splene vel matrice ī mulierib⁹: vel sunt ꝑ cōitatē a toto vt ī fe. pesti. ꝑcipue ⁊ ēt ī crisib⁹ vel in dolore articuloꝝ cōi toti: vn̄ ꝑ cōitatē ledit̃ cor. Uel sunt cāe extrinsece que sunt omnes cāe vel que minuunt substantiam spiritus: ita vt non superfluat mensura ad cā que necessaria est in minera: vel cōculcāt ⁊ profundāt al's confundunt ⁊ quasi prefocant spiritū versus cor vel alterāt spiritum alteratione cōtraria temperamēto suo ⁊ conuenienti fortitudine ad operationes debitas. Et hoc modo aer calidus per viam resolutionis potest esse causa horuz accidentiuz: ⁊ ita superfluus fluxus sanguinis vndecūq3 fluat ⁊ subita aque idropicoruz effusio similiter extractio sanici ex apostemate magno subito: ⁊ aer frigidus excessiue ⁊ prohibendo debitā euentationez ⁊ etiaz prefocando spirit⁹ interius vbi subito occurreret ⁊ etiā aer infectus mala qualitate venenosa siue manifesta siue nō manifesta. Et in manifestis sepe contingit propter malos vapores mixtos in aere eleuatos ex rebus putridis ⁊ corruptis maxime ex cadaueribus ⁊ etiaz ex morte animaliū magnoꝝ corpoꝝ. Et dicit Gal. 12° terapeutice capitulo quarto iuxta finem: Cuz aer alteratur propter leguminuz putrefactionez vel etiā alioruz vt canepis ⁊c. Et ita intelligatur de quolibet simili alterante ⁊ maxime putrefaciente per moduz etiā huic proportionalez: odores praui vndecūq3 eleuētur sunt causa quādoq3 ad tremorē ⁊ sincopim extraneando temperamētum spiritus. Et de resoluentibus est exercitium laboriosuz ⁊ vigilie superflue ⁊ coitus dissoluendo ⁊ fluxus ventris ⁊ euacuatio per flobothomiā copiosa ⁊ fluxus menstrualis in mulieribus: ⁊ quicūq3 fluxus rei conuenientis potest adducere ad has dispositōes in passionib⁹ ēt animalibus vt est ira furor expandēdo caliduz ad exterius: ⁊ timor ⁊ tristitia cōculcādo spiritum īterius: ⁊ tales sunt de passionib⁹ ꝓprijs cordis ⁊ gaudiū superfluuz: etiaz resoluēdo potest adducere non modo ad has dispositōes sed etiaz ad mortez. Sed ita dicit Auic. xj^a. tertij de causis imprimētibus in corde ī fine q est de dispositōibus minus aptis inducere ad mortem dicit sic: ira eniz raro īterficit q2 ad irā nō ꝯsequit̃ conuersio spūum ad exteriora absolute neq3 absolute ꝯuersio ad īteri⁹ ⁊ sic nō fit absoluta resolō ꝑ exteri⁹: nec absoluta ꝯculcatio spūuz interi⁹. Nā fit aliqualis ꝯuersio ad īteri⁹ ⁊ nō totalis spūuz ꝑ ꝑceptōez rei contristantis: fit etiam aliqualis cōuersio spirituum ad exteriora per comprehēsionez alicuius delectātis vt exequēde vindicte sicut etiā dicebat Auic. secūda primi ī capitulo de his que proueniūt ex motu animali de verecūdia in qua in eadez hora accidit vt spiritus ad duas moueant̃ partes: quia fit prius cōstrictio ad īteriora vt ibidez dixit: Deide reddit ratio ⁊ consiliū ⁊ dilatat id qd̄ est constrictū ⁊ egreditur exterius: ita cōstringit in ira ⁊ proinde nō sequit̃ mors subita sicut ad timorem subito inductum ꝓpter subitum retractū ad interiora vel propter superfluum gaudium ex subita ⁊ veloci attractione spirituuz ad exteriora: ⁊ inde subito gaudium magnuz interficit: ⁊ proinde crocus mori facit ridēdo si sumant̃ tres. ʒ. eius: licet dicat Aui. in de virib⁹ cordis in capitulo ꝓprio: dosis eius ad hoc non est nec oportet de ipsa facere mentionē: ⁊ ita de reliquis causis extrinsecis vt de morsu animaliū venenosorū vt patet. Specialiter autē in causis corporalib⁹ nocentib⁹ cordi prius ī causis per cōmunitatez procedēdo: dicatur q aliquādo fit lesio per cōmunicatam materiā vel vaporem ad ipsum cor cōmunicādo: ⁊ aliquādo fit lesio per subtractionē eius quod est cordi naturaliter cōmunicāduz ꝯmunicādo qd̄ sibi non debite cōmunicādum: vnde epar aliquādo cōmunicat sanguinē melancolicū grossuz terrestrē ad ipsum cor vbi debuisset cōmunicare subtilem: ⁊ sic nō fit generatio spirituū conueniēs q2 non ex sanguine subtili: vnde adducit̃ ad dispositōes predictas. Et hic notate qd̄ dicit Rasis septimo cōtinentis q aliquādo ille sanguis grossus per hoc q trāsit per venas aliquas in diafragmate existētes inducit aliquādo tremorē diafragmatis. ⁊ in hoc casu aliquādo dubitaui magis q̄3 in alio casu: vidi quedā corpora que non percipiebant

picbant

piebant lesionē: tamē de facto percipiebāt tremorez circa dia/
fragma siue os stomaci: ⁊ ego ad tactuz percepi ⁊ videbat̄ qua/
si motus pulsus diuersus ⁊ aliquādo quasi equalis cum eleua/
tione ⁊ depressione. Et de hoc accidēti dicebat Rasis ꝙ est ex
effusiōe sanguis melācolici per illas venas. Et aliquādo dicit
Aaron vt scribit̄ septimo cōtinētis: In pluribꝰ ex satietate nau
seatiua ⁊ febribꝰ ⁊ abstinētia ⁊ acuitate accidēti in stomacho de
colera fluente in eo sup. fit saltus stomaci. Et addit: Sed quidā
meditātur ꝙ fit saltus cordis ⁊ nō est. Et paulo post dicit: Acci
dit etiā queadmoduz iste tremor in stomacho similis saltui cor/
dis de multo coitu ⁊c. Et hoc bene nota: aliquādo etiā epar nō
trāsmittit debitaz quantitatē sanguinis ad ipsuz cor. Et si san/
guis sit laudabilis etiā fit nocumentū priuatiuū tantuz. Nam
vētres cordis determināt sibi certaz mēsurā sanguis q̄ cū non
demādat̄ quātitas q̄ ꝯuenit cordi fiūt aliqñ debilitas ⁊ tremor
⁊ sincopis: qđ notat Aui. 2ª primi capitulo tertio de egritudini
bꝰ cōpositis. Ita est de cerebro. Nā aliqñ cōicat nocumen/
tum positiuū ad ipsuz cor. ideo q: humor melācolicꝰ dicit Aui.
in capitulo de egritudinibꝰ cordis cum multiplicat̄ in ipso cere
bro ⁊ intrat substantiā cerebri intrat etiā artarias: ⁊ cōsequēter
descēdes per artarias terminatas in cor īducit in ipsuz humo/
rez melācolicuz excitans tremorē cordis ⁊ etiā casum virtutis
cū excitatiōe malitie cogitatōis ⁊ angustie. Et alibi dicit in ista
fen. xiª tertij ꝙ melācolia ⁊ epilēsia cōmunicant̄ semper fm le/
sionem ad ipsuz cor. aliquādo vero cerebrū ꝓpter cōmunitatē
nocet cordi priuatiue. Naz cuz nō defert̄ spiritꝰ animalis ꝯue/
niēs ad musculos pectoris nō fit ꝯsequēter cōueniēs dilatatio
⁊ cōstrictio cordi seruiētes ⁊ ꝯñter ledit̄ priuatiue ⁊ sic pōt fieri
inceñio in corde ⁊ resolutio ꝯsequēter ⁊ debilitas ⁊ saltus ⁊ sin/
copis. Aliqñ etiā cōicat̄ a splene humor melācolicus ad os sto/
maci qui horridus nature existēs facit tremorē in ore stomaci ⁊
eius ꝯpassione tremit cor ⁊ aliquādo fit sincopis: īmo omnis le/
sio fortis stomaci siue sit ex materia grossa viscosa adherēte si/
ue ex ventositate inclusa extentēdēte siue humore mordicatiuo
defluxo inducit ad tremorē stomaci ⁊ inde ad tremorez cordis.
Et ideo dicit Auenzo. ꝙ os stomaci appellāt antiqui cor: quo/
niam lesio eius cōmunicatur cordi. Etiā a matrice fiunt he paſ/
siones ex retentiōe menstrui. vnde impregnatio aliquādo ē cau/
sa horum etiam spermatis cuius retentio est magis nociua q̄z
menstrui: de quo dicit Gal. 6° interiorū capitulo penultimo ꝙ
fiunt huiusmodi nocumenta de tremore ⁊ sincopi per euapora/
tionē haruz materieruz indebite retentaruz ⁊ non per motū lo
calem matricis vt quidā dixerunt. Nā licet aliqualiter fiat si/
tualis motus eius: non tamen preuenit matrix vsqz ad compri
mendū diafragma cum sua substātia sed per vapores malos in/
de eleuatos imprimitur nocumentuz in cor propter quādaz oc/
cultam malitiam ⁊ venenosam: ⁊ sic in suffocatōe matricis cō/
iungit̄ sincopis vtplurimuz saltem. Fit etiaz a reliquis mem/
bris vel fieri potest cōmunicatio nocumenti ad ipsum cor. Fit
quoqz etiaz a vermibus per euaporationē factam ab eis. Fit ēt
tremor ⁊ sincopis a mala q̈litate tantū ab eis vsqz ad cor parti/
biliter inducta ⁊ etiā sua mordicatiōe causantes sunt dolorē cui
cor compatitur. nā in omni forti dolore fit cordis ꝯpassio. vnde
fit pulsatio vel tremor per moduz supra declaratum: īmo tales
vermes habēt aliquādo aculeos pungētes ⁊ penetrantes ⁊ per/
forantes vt dicit Mesue capitulo vltimo de appropriatis ꝙ ali/
quādo penetrāt vsqz ad cor perforādo membra ⁊ stomachum ⁊
intestina ita ꝙ ⁊ morsu ⁊ solutiōe cōtinui ⁊ dolore ⁊ effumatiōe
praua ⁊ qualitate praua partibiliter multiplicata a vermibꝰ qñ/
qz hec accidentia eueniunt. Aliquādo etiaz fit tremor cordis
non tantuz ex debilitate sequente spirituuz paucitatem sed etiā
ex fortitudine sensus nimia. vnde ab omni leui causa imprimen
te mouetur virtus ad expellendum rem nocentez ⁊ fit saltus ⁊
tremor de quo dicebat Auic. ꝙ talis tremor quādoqz succedit
potui aque frigide preter qđ succedat debilitas ī operationibꝰ.

De mēbris etiaz vicinis imediatis est capsula cordis cuiꝰ ma
litia complexiōis cōmunicatur ad cor: ⁊ cōsequēter fiunt acci/
dentia dicta: ⁊ aliquādo apostemata in dicta capsula adducunt
ad hoc: ⁊ ad extenuationē ⁊ macrefactionē totiꝰ sicut ponit hy/
storiā Gal. 5° iteriorū caplo 2° de simia ⁊ gallo quā Aui. refert
xiª tertij capitulo ꝓprio. naz simia extenuata ⁊ macrefacta cuz
non potuisset Gal. per occupatōes īterficere eam viuentē post/
quā mortua fuit ea anothomizata reperit omnia eius mēbra sa
na vt refert nisi ꝙ in capsula cordis erat apostema molle plenū
aquositate ⁊ in gallo iuenit apostema durū etiaz in capsula cor
dis vbi erant multe pellicule sese circūuoluentes. Aliquādo ēt
humiditas que cōtinetur in capsula cordis fm aliquos natura/
liter cuz abundat: adducit ad hec nocumenta fm aliquos dico
quia non est textus volens ꝙ in capsula cordis reperiat̄ humi/
ditas naturalis: lz Mūdinus ponat bene in anothomia. ⁊ Gē
tilis dicit quidam dixerat ⁊ non affirmat nec negat. non est ta/
men neganduz quin ibi reperiri possit humiditas acidentalis: ⁊
tunc fiēt dicta accidētia: īmo sepe in eadē ꝯcauitate inter pānī/
culum ⁊ cor multiplicant̄ humiditates ledētes. nā dicebat. A.
xiª. tertij de egritudinibus cordis ī pricipio narrādo cās māles
nocētes dicit: Et māles quādoqz sunt in venis eius. s. cordis ⁊
quādoqz sunt ī eo ꝙ est inter pānīculū eius ⁊ corpus eius ⁊ pro/
prie humiditas. s. flegmatica. ⁊ addit multotiēs eiz reperiūtur ī
locis illis humiditates intelligēs de humiditatibus nō natura/
libus qđ declarat ꝑ hoc ꝙ dicit: ⁊ scitū ē ꝙ quādo multiplicā/
tur coartant cor ⁊ interficiunt. s. ꝓhibendo debitaz euentatio/
nem ⁊ suffocādo: ⁊ si dicat̄ in omni homīe mortuo īuenit̄ in ca/
psula humiditas ergo ⁊ in viuo ꝯtinetur naturaliter dicatur: ꝙ
argumentū nō valet: q: dici pōt ꝙ ille aer qui erat in capsula ī/
frigidatꝰ per mortē pōt hoc facere ꝯducēdo se ad naturā aque/
am: etiaz post mortez exprimit̄ humidū illud qđ erat in ventri/
bus cordis intra illaz spaciositatē ꝓpter vltimam sistolem cor/
dis a corde: ⁊ tamē forte in viuo non erat. vnde quicquid sit cū
ibi sit humiditas nō potest bene cor moueri: īmo ita disponit vt
appareat homini cor suum natare in humido ⁊ non posse libe/
re moueri: vt dixit Gal. Et ꝑ cōmunitatē etiam ab extrinseco
aliquotiēs venena sunt causa horum accidentiuz: īmo vidētur
esse de ꝓprijs ledētibus cor cum venena vidcātur a proprietate
respicere cor licet aliqua per prius respiciant particularia mem
bra: vt quedā epar ⁊ quedā cerebruz: vt etiaz in diuersis pestilē
tijs est repertum ꝙ multuz sentiunt multi eximij doctores: licz
ego creda ꝙ omnia venena inquātum talia generali quadā op
positione ad virtutē vitalē vt sunt talia venena homini. Prio
⁊ principaliter respiciūt cor: postea quedā magis appropriātur
ad ledēdum cerebrū ⁊ virtutē animalē: ⁊ quedā magis ad ledē/
dum epar: ⁊ licet repertū sit in certis pestilentijs citius ledi ope/
rationes aiales sensibiliter q̄z vitales ⁊ ī alijs citiꝰ naturales. di
co hoc nō cōtigere ꝓpter maiorē cōtrarietatē quā habet vene/
nū ad cerebrū vel ad epar q̄z ad cor: sz hoc eēt ex maiori resistē/
tia cordis ⁊ virtutis eius ad ꝓhibendū impressionē veneni ī ip/
sum q̄z sit resistētia cerebri vel epatis ad dictaz ꝓhibitionem: ⁊
hoc sufficit: q: cum hoc stat ꝙ nō perduceret ad mortē nisi vlti
mate ꝯmunicato sensibili nocumento ī corde ⁊c. Per ꝓprie/
tatem etiaz in corde possunt esse omnes species egritudinū: di/
cit Aui. in principio capituli de egritudinibus cordis q: ⁊ mali/
tia cōplexionis: sine materia ⁊ materialis: ⁊ apostemata ⁊ oppi/
lationes ⁊ solutiones cōtinui. De malitia cōplexiōis ⁊ simpli
ci ⁊ cōposita. Et de malititia cōplexiōis simplici dicatur ꝙ cor
magis labitur ad cōplexiōez ca. q̄z frigidā: quoniā ⁊ eius ꝯple/
xio ⁊ eius operatio magis ad hāc incliāt: magis etiā declināt
ad siccam q̄z ad humidā: ⁊ licet sicca difficilioris sit curationis
q̄z humida: tamē humida sepe ducit ad mortē velocius q̄z sic/
ca: quoniā aut extinguit caliditatē ⁊ spirituz cordis: aut saltem
mediate non debite cōtropando cerebro per siccitatē: tūc faci/
liter labitur cerebrū in egritudines materiales hu. sepe morta/
les vt apoplesiā epilensiam ⁊ paralesim ⁊ malitia etiā cōplexio/
nis simplex aliquādo est equalis aliquādo inequalis. i. diuersa
a naturali. Sed hic legitime dubitatur quomō a malitia cō/
plexionis equali posset fieri tremor. Nam mala complexio eq̄/
lis non sentitur 2ª primi de causis doloris absolute ⁊ tertio col/
liget. ⁊ ratio sumitur clara a Cōmētatore ī 2° de anima ꝯmento
cxviij. Cum igitur tremor sequatur cōprehēsionē rei nocentis
ad ipsaz depellēdū nō appet qūo cōplexio eq̄lis possit eē cā tre/
moris. Dicat̄ vt dictū ē supra ꝙ tremor pōt ꝯtingere a duplici
cā generali. vna cā ē debilitas in virtute. vnde non pōt cōplere
ictum ⁊ perficere motū dilatationis vel constrictiōis complete
quez intēdit vno ictu: sed duplicato motu perficit ad terminos
sibi naturales ⁊ sic fit motus quidā tremulus ex impotētia vir/
tutis motiue sicut fit ⁊ in senibꝰ ⁊ in cōualescentibꝰ: cum nō vo
lunt se mouere tremunt: vbi si quiescūt non tremunt: ⁊ sic ma/
litia cōplexionis equalis potest īducere ad tremorē. Secūdo
modo tremor percepto nocumēto cuz virtus conatur expellere
rem nocentē: ⁊ hoc modo etiā in malitia cōplexionis equali po/
test fieri tremor quādo scilicet malitia cōplexionis equalis non
per se sentit̄ sed ꝓpter aliud annexuz ⁊ sibi coniunctū: exempli
gratia in ethica sumpto cibo mēbra supercalefiūt propter vapo
res eleuatos a cibo ⁊ percipiūtur ab infirmo ꝓpter cibi euapo/
rationē cum imprimāt cōplexionez diuersam in mēbra. Illa er
go cōplexio que sentitur est inequalis ⁊ diuersa: tunc igitur po
test percipi ī mala cōplexione equali caliditas superaucta vt no
cens: ⁊ tunc potest niti virtus rez nocentē expellere. 2° fiet tre/
mor quātūcūqz sit mala cōplexio equalis in causa debilitādo:
ideo cōtingit virtute debilitata per malaz cōplexionez occurrē
tibus mediocriter causis que debēt occurrere ꝙ non fiet mo/
tus tremulus. sed veniēte aliqua contingētia magis necessita/
te ⁊ ipsa non potēte ad id qđ occurrit debitā facere resistentiaz
vel ipsaz vnico actu expellere fit consequēter motus tremulus.

Cōplexiones autez materiales esse possunt ⁊ sanguinee ⁊ co/
lerice ⁊ flegmatice ⁊ melācolice ⁊ ventose: possunt etiā fieri op/
pilatōes propter dictas materias humorales oppilādo vacui/
tates venarū ⁊ artariaruz dispersarū per cor ⁊ etiam replendo
quasi vacuitates vētriculorum eius. Et etiaz possunt fieri apo/
stemata in corde ⁊ solutiōes cōtinui: sed de hoc stat dubitatio.
Nam Auic. capitulo primo huius fen. xi. dixit ꝙ cor non tolle
rat nocumentū idest dolorē neqz apostema. Et addit: ⁊ propter
hoc non decolat̄ alias in cuius corde inueniatur ex nocumētis
id qđ inuenitur in reliquis mēbris. ⁊ in capitulo sequēti dixit:
Et lōginquius est cor ad tollerādum solutionē continui q̄z apo
stema. Si ergo cor non tollerat neqz apostema neqz solutionez
cōtinui: ergo ⁊c. Preterea Aristo. in. xiij. de partibus anima/
lium dixit capitulo quarto ꝙ inter ceteras partes corporis hu
mani cor nō potest pati apostema neqz aliquā aliam egritudinē
quia nō est visum in animalibꝰ in aliquibꝰ partibꝰ in corde ali/
quādo esse apostema neqz aliquaz sensibilez lesionez sicut visuz
est in renibus aliquādo eos esse plenos lapidibus ⁊ in pulmone
⁊ epate aliquādo esse apostemata. Et ratio est: nam cor est prin/
cipium ⁊ fundamentū totius in cuius virtute omīa mēbra con/
seruātur: vnde non est possibile ipso existente principio ab alijs
mēbris iuuari: tribuit eniz ⁊ non recipit: ⁊ sic non erit possibile

tollerari talia nocumēta. Naʒ per seipʒ nō potest se iuuare neqʒ ab alijs iuuari. Ideo dicit Rasis septimo continētis loco allegato ꝙ nō est possibile ꝙ cor patiatur apostema: imo ꝓpter calorem suuʒ liquefacit dicit sic: Dico hoc membrū ex caliditate eius non generat passiōes: neqʒ ipse possunt accidere in eo cum eas liquefaciat ⁊ cum dominet̄ omnib⁹ morbis ⁊c̄. In oppositum tamē est sententia Auic. in capitulo de egritudinib⁹ cordis qui videt̄ velle ꝙ apostemata frigida nō tam cito interficiūt sicut calida in corde neqʒ mollia neqʒ dura: ⁊ sic supponit apostemata fieri posse ī corde. Naʒ dicit ⁊ apostema quidē calidū est interficiens statim: ⁊ frigidū est ex eis que sunt difficilia: ⁊ raro eueniūt durities ⁊ mollities in corde: ⁊ ita videtur pur innuere ꝙ possunt fieri in corde. Idem sentit Gal. quinto interioꝝ capitulo secūdo. Et est ratio ad hoc q: nutrit̄ cor ⁊ sic a nutrimēto cordis resecata superfluitate potest recipi in partibus cordis ⁊ generari apostema. Ista questio ē satis neutralis: tamē si placet respōdeo breuiter concesso ꝙ in corde possunt fieri apostemata cor tamē non tollerat quin homo ducat̄ ad mortē siue fuerit calidum siue frigiduʒ licet citius ducat caliduʒ q̄ʒ frigidum: imo etiā apostemata capsule ad mortē ducunt licet tardius etiā si fuerint flegmatica vel melācolica vt fuit supra hystoria de simia ⁊ gallo. Et ita videt̄ cōcordari tex. Auic. quia non dicit ꝙ non fiant apostemata in corde sed dicit ꝙ nō tollerat scilicet cū vita. Et ita videtur etiā concordari dictuʒ Rasis q: post paululum ad verba supra allegata dicit: qui morbi si in eo accidunt non poterit cōualere per curam: ⁊ ita videtur īnuere apostemata talia posse accidere sed non posse curari. ⁊ illud deducit rō supra allegata ⁊ sicut dictum ē de apostematib⁹. Idem intelligit̄ de solutione cōtinui que si penetrās fuerit vsqʒ ad ventres imediate interficit: ⁊ si non penetrat forte interficit i 2° dic. vnde cū apparent accidentia que nunciant futura apostemata ē laborandū ad preuisioneʒ. Ideo si sanguinea fuerint fac flobothomiā ⁊c̄. q: ē casus desperatus vt infra videbitur. Hec respōsio videtur satisfacere sed non in totuʒ videtur tollere difficultatem q: non saluat apparētiā Aristo. quoniā si aliquādo fuissent apostemata in corde quātūcunqʒ ad mortem ducentia: aliquotiēs post morteʒ hominis visa fuissent apostemata in corde: qđ nunquā repertum est sicut reperti sunt lapides in renibus vt dixit Aristo. quā sententiā cōfirmat Auic. capitulo primo vt supra allegatuʒ est. cū dixit ꝙ non decolat̄ animal in cuius corde reperiatur ex nocumētis id qđ īuenitur in reliquis mēbris: ⁊ ita forte credēdum est ꝙ in corde non possunt fieri apostemata ꝓpter fortitudinē virtutis illius membri: qđ est primū ⁊ principale in resistendo causis ledētibus: vnde stante cum eo tēperamēto pro vita dici potest ꝙ illud erit sufficiēs ad resistenduʒ omni cause preter naturā in eum solutiōe facienti loquendo de causis corporalibus ⁊ tunc argumētum non valebit. ipsuʒ potest nutriri: ergo potest apostemari: patet consequētiaʒ non valere per hoc ꝙ in nutritiōe a virtute membri attrahitur conueniēs nutrimētum ad intra porositates eius vbi materia debēs preternaturaliter soluere mēbrum apostemādo non attrahitur: imo eidem a virtute resistit̄ ne penetret: ideo questio dubia est. Sed ego magis teneo istaʒ partē propter experientiā: licet Gal. quinto interioruʒ capitulo secūdo dixerit: Uidi calida apostemata ī corde quorūdaʒ militūʒ qui cito mortui sunt veluti qui ꝓpter sincopim cordis mortui sunt. Iste tex. ex sua serie facit se dubiuʒ si cōsideres: vel potest dici ꝙ illa apostemata facta sunt a causa extrinseca: quia sequuta sunt ad vulnus factū in corde: ⁊ de talibus non negarē fieri posse ⁊ cito iterficiūt. Uel potest dici tertio ꝙ ista apostemata erāt in capsula cordis ⁊ non in corde. Et ita Rasis septimo cōtinentis ad principiū vbi allegat istuʒ textum quasi ex sua serie hoc declarat: q: imediate posuit post hystoriaʒ de gallo in quo fuit apā in capsula ⁊ nō in substātia cordis. Et de hoc fecit Cōciliator differentiā. cviij. ad quā recurre si placet: ⁊ hec de causis.

Signa. De tertio principali ē dicendum scilʒ de signis. Ponātur igitur primo ꝓnostica signa euent⁹ absolute: postea signa ad bonuʒ ⁊ ad maluʒ: deinde demōstratiua generis: postea spēruʒ ⁊ causaꝝ. Signa igit̄ ꝓnostica casus ⁊ euentus in has dispositōes sunt ex parte complexiōis oēs excessus complexionales naturales ⁊ preternaturā ⁊ ī calido ⁊ frigido ⁊ humido ⁊ sicco ipsius cordis ⁊ est excessus cōplexionalis maxime ex strictura viaruʒ ipsius cordis ⁊ pectoris etiā ex raritate totius. Excessus aūt cōplexionales dicebat Auic. declarantur ex quibusdam pricipaliter in corde scilʒ ex pulsu ⁊ ex anhelitu ⁊ ex figura pectoris ⁊ ex his que oriunt̄ supra ipsuʒ ⁊ ex actu ipsius ⁊ ex hoc qđ accidit in ipso ⁊ ex moribus pricipaliter ⁊ meditationib⁹. Nam in complexiōe calida dominātē stāt pulsus magni veloces ⁊ frequētes stante instrumentoruʒ dispositione cū virtutis fortitudine. In frigida non econtra nisi cadat virtus. Nam tunc aliquādo fiet pulsus frequēs etiā in frigida propter compēsare ⁊c̄. vt dixit Auic. Et si complexiōes sint nō naturales sic fit augmentuʒ in dictis differentijs a naturali: ⁊ ita hic supponātur que ponuntur in sūma de pulsibus ex parte etiā anhelitus similiter corespōdenter. Ex parte quātitatis ⁊ figure pectoris si fuerit bene plasmatuʒ significatur vel temperamentū vel caliditas cordis quādo. s. non sit factum pect⁹ magnum ex magnitudine nuce spōdiluʒ ⁊ costarum. Ex opposito paruitas significat frigiditateʒ nisi causa fuerit ex opposito ex parte cerebri ⁊ nuce vt dicum ē. Cōplexio vero humida vel sicca nō sic manifestatur per quantitatē sed per tactuʒ ⁊ presentiā carnositatis ⁊ nuditateʒ carnis pectoris. tactus etiā calidus significat caliditateʒ: ⁊ frigidus frigiditatē nisi ꝯtroperetur e par priuatiue sed transeamus difficultatem. Sed mores sunt precipuum argumentuʒ nisi ex artificio sint acquisiti. nam audacia ⁊ ira arguunt ad caliditateʒ vbi ex aduerso timiditas tristitia pusillanimitas arguūt supra frigiditateʒ: ⁊ inde meditatōes etiaʒ hoc declarant quoniaʒ decliues ad inquisitionē solitudinis ⁊ disiunctiōis cuʒ pilis nigris ⁊c̄. significāt caliditatē eius: ⁊ decliues ad timorē ⁊ tristitiaʒ significant frigiditatē ⁊ siccitateʒ ipsius vt vult Aui. quādo igitur apparuerint excessus ī his signis tunc significant supra excessuʒ complexionalē temperātiaʒ vel innaturaleʒ. ⁊ sicut temperātiaʒ sequitur fortitudo: ita excessus cōplexionalis sequit̄ debilitas. ⁊ inde potest argui ꝓbabiliter supra futuras dispositōes malas cordis vt saltus tremoris vel sincopis ex occursu causaꝝ in ipsuʒ cor imprimētiuʒ: ⁊ ita etiā specialiter magis quādocūqʒ manifestātur accidētia debilitatis oris stomaci vt ex ꝯmotione animi ⁊ facili nausea ⁊ debilitate in appetendo: ⁊ ꝙ ex assumptōe reruʒ pungentium acutarū sequitur lesio sensibilis circa os stomaci ⁊ reliquis declarantibus debilitateʒ stomaci vt loco suo infra videbit̄: tunc propter vicinitateʒ membri ⁊ compassionē ad cor in talibus potest argui supra futuras dispositiōes malas cordis. Si etiam coniūgatur cum hoc naturalis infelicitas de multo fluxu colere ad os stomaci propter dilatatum meatuʒ ad stomachuʒ ⁊ clausos cānales per quos effundi debet colera ad intestina vel ad kistiʒ fellis: tunc imediatius potest argui supra dictas malas dispositōes cordis saltē mediata: ⁊ ita stante corpore male disposito si occurrat aer multū calidus in corpore raro vel exercitiuʒ laboriosum forte corporeū vel aīale resolutiuū: vel ꝙ corp⁹ debeat trāsire ꝑ loca paludosa cōcaua vel ꝑ loca alias putrida vel ī quib⁹ fit exsufflatio aeris pestiferi vt recitat Aristo. ī libro de cāis ⁊ ꝓprietatib⁹ elemētoꝝ ꝙ tpe regis Philippi visi sūt duo serpētes qui īspirabant ad duos colles versus athenas ⁊ oēs illac trāseuntes veneno īterficiebantur. Si ergo corp⁹ transiens fuerit paratum ad nocumenta nō tm̄ ꝑ loca similia: sʒ etiā fetētia vel aliquo mō putrida: potest tunc medicus ꝓnosticari de casu in malas cordis dispōnes vt transeūdo etiā per loca vbi aperiuntur putei alīs multo tēpore clausi. nam illac transeuntes sepe moriūtur ꝓpter malos vapores eleuatos. Si etiā corpus fuerit paratū ꝓpter multitudinem humoꝝ ⁊ oppilationē ad prefocationes ⁊ succedat aer multum frigidus vel ventus borealis: potest ꝓnosticari de similibus dispositiōibus futuris: maxime stāte cordis debilitate: ⁊ ita ex morsu venenosoꝝ animaliū ⁊ ex omni occursu causaꝝ extrinsecaꝝ: de quibus supra potest fieri pronosticū argumentū supra tales dispositiōes: ⁊ similiter stāte nocumēto sensibili in pulmone siue cerebro vel epate cū debilitate cordis vel forti sensibilitate potest ꝑ modos supra dictos fieri ꝓnosticum ad dictas dispositiōes. Sed spāliter cōtrahendo ad sincopiʒ: Signa ꝓnostica sincopis ꝓxima sunt cū incipit pulsus maxime sensibiliter minui: precipue si primum fuerat diuersus: ⁊ fit secūdo mutatio coloris ex liuido ad citrinuʒ: ⁊ tertio palpebre decidūt ⁊ fit debilitas in motu oculoꝝ cuʒ apparitione imaginationū ī visu: ⁊ fit aliqualis irroratio supra mēbra: ⁊ fit mala figura sustentādi caput: q: scilicet fit colli inclinatio in diuersas partes: ⁊ aliquādo cōiungitur nausea. Ista sunt signa nuncia proxime sincopis: ⁊ maxime cū membra extrema ⁊ aliquādo totuʒ infrigidat̄. Propterea dicit Aui. in fine capituli de egritudinibus cordis ꝙ vidit congelatū loqui: ⁊ iaʒ moriebatur cum sudore ⁊ aliquādo sine sudore. Dicit Gen. ⁊ bene ꝙ per cōgelationē hic nō ītelligitur cōgelatio ab extrinseco ab aere frigido: quoniā ī tali nō fit apparētia sudoris: sʒ cōgelationem ab intrinseco. i. ꝯuersionē spirituū ad cor: vnde mēbra extrema infrigidant̄: ⁊ tunc debilitata cōtentiua membroꝝ exteriorum humiditate aliquali aspersa super mēbra extrinseca vel apud cutem illa humiditas per poros resudat: ⁊ sic fit quedam frigide irroratōis apparentia ꝓpter subtractionē spirituuʒ ad interiora: ⁊ ꝑ eandē radicē etiaʒ fit coloris mutatio ad viriditatem subtractis spiritibus ⁊ sanguinē ab exteriorib⁹ ad interiora: lʒ dicat Gētilis etiā facta retractiōe spirituū ad cor fit ebullitio quedā que ad cutim veniens manifestat illū colorē: fit etiā aliqualis agitatio. ⁊ ideo facto fluxu humoꝝ ad os stomaci sepe incidūt nauseā. ⁊ ideo post flōmiā etiā si nō fuerit superflua ita vt sequatur debilitas essentialis: sed tantū ex cōmotione facta ī humoribus per flobothomiā: ⁊ his agitatis fit tremor oris stomaci ⁊ aliquādo sincopis vicinitate cordis: ⁊ maxime hoc contingit in prima flobothomia ꝓpter incōsuetudinē. Aliquando tamē flobothomia est adeo excessiua q̄ʒ intendūt aliquotiēs medici ad infrigidādū vt in sinoca vel ī dolore acutissimo ꝙ faciunt flōmiaʒ vsqʒ ad sincopim. naʒ euacuato sanguine infrigidatur totuʒ sicut ipsius presentia corpus calefiebat: ⁊ cuʒ hoc ꝑ flobothomiā euacuato sanguine fit attractio aeris frigidi ꝑ poros membrorū ne detur vacuū: cū ergo fiunt hec accidētia dicta est signum ꝓxime sincopis: ⁊ tunc medicus debet intendere releuationi ne cadat in formalem sincopim: lʒ aliqui admittant formaliter sincopim ⁊ nō tātuʒ hoc inspiciēduʒ est in flobothomijs: sed etiaʒ in doloribus intrinsecis: siue cōtingat ēt in principijs paroxismoꝝ vel in statu oportet medicuʒ ita hoc habere menti vt preueniat ne cadat in sincopim cū his de quibus ifra.

Signa auteʒ pronostica ad bonū in tremore cordis vel in sincopi sunt cum hec contingunt ex malitia complexionis tantum nō cōfirmata: precipue ex causis primitiuis verbigratia ex subito occursu ad aerem calidū vel ex subita ira vel tristitia. naʒ cū contingūt ab his cōmuniter faciliter releuātur: vel etiaʒ si fiāt ex fumis

ex fumis malis: nõ tñ simpliciter venenosis. vnde dicit Gal. 2ᵃ
affo. in cõmento affo. quarti. quicũq3 soluuntur fortiter ⁊c. vbi
dixit in cõmento q vidit infirmũ in balneo qui incidit in sinco
pim: q: balneũ erat paratũ ex lignis malis fetidis: sed fuit rele/
uatus presto: vnde non fiunt sine manifesta occasiõe sincopiza/
tus: ⁊ hoc est verꝫ de causis primitiuis excepta cã venenosa si/
ue sumpta ꝑ interius loco cibi ⁊ potus: vel ex parte attractiõis
per anhelitũ ex aere venenoso vel vaporibus a materia veneno/
sa resolutis: vnde talia venena aliquotiẽs ita corrumpunt tem/
peramentum spiritus vitalis in corde q non sufficiat cor am/
plius ex sanguine mediante tẽperamento spiritus vitalis: alios
spiritus generare vitales: ⁊ sic non potest fieri releuatio a sinco
pi. Aliud ꝓnosticum saltus vel tremor ⁊ sincopis cõtingen/
tes per cõmunitatẽ a causa corporali vt a nocumẽto membro/
rum vicinantiũ nisi tale nocumentũ sit fixũ permanẽs: vt ẽ de
vlcere pulmonis vel aliquo simili: tunc dispositiões tales satis
facile curãtur. nam curanť per remotionẽ nocumentorꝫ cõmu/
nicantiũ: verbigratia si ex ieiunio contingat. Ex aduerso signa
ꝓnostica ad malũ in tremore cordis vel i sincopi sunt q omnis
egritudo cordis confirmata vt multum terminatur ad malũ: ⁊
non cõfirmata dicit Aui. est difficilis cure. Specialius etiã di/
cit Serap. cõtrahendo ad egritudines ꝑ essentiã cordis q egri
tudines ꝯplõnales vel solute cõtinuitatis cordis terminãtur ad
malum vel nõ recipiũt curã. egritudines etiã instrumẽtales vt
sunt oppilatiue per essentiã in ipso corde vel ex humiditate cõ/
tenta in capsula cordis. item apostemata omnia ducũt ad mor/
tem: ⁊ in corde ⁊ in capsula eius. Nam ĩ corde cuꝫ incipiũt subi
to iterficiũt: precipue si calida fuerint colerica vel sanguinea fri
gida non transeunt diem in corde: licet Auic. videatur velle q
ante cõfirmationẽ apostematis quãdo est in fieri quãuis sit fm
inceptionẽ perniciei ⁊ raro curetur: tamẽ aliquãdo curatur: lꝫ
aliqualiter vt supra dictum ẽ quidã velint q cor nõ possit ve/
re apostemari: vt etiaꝫ ego tenui ⁊ non sequitur. cor potest nu/
triri: ergo põt apari. argumẽtũ nõ valet dicit Cõciliator ⁊ bñ.
Et rõ est. nã Aui. ponẽs cãs apatũ 2ᵃ primi dixit declarãdo q
apa ẽ morbꝰ ꝯpositus declarãs modũ solute cõtinuitatis dixit:
si subingreditur materia in partes membri dilatat ⁊ facit solu/
tionẽ: modo quãuis cor nutriatur per hoc tamẽ qd est principa
lium mẽbrꝫ ⁊ maxĩe forte ipsuꝫ prohibet in substãtiaꝫ eius pe
netrare materiaꝫ: quia in ipsaꝫ penetrat preternãliter ⁊ sic sol/
uitur difficultas supra tacta. Aliud signum pronosticum ad
mortẽ dicit Auic. in fine capituli de tremore cordis ⁊ causis eiꝰ:
⁊ si quis cõqueritur de tremore cordis post egritudines ⁊ habꝫ
nauseã ⁊ euomit coleram plurimaꝫ ⁊ nõ remoueť nausea est ma
luꝫ ⁊ indicat spasmuꝫ in stomacho: patet quoniã si esset egritu/
do stomaci materialis remoueretur nausea per vomituꝫ colere.
si ergo non remoueatur significat spasmuꝫ siccuꝫ maxime quia
succedit post alias egritudines sup. diuturnas: ⁊ proĩde tremor
tunc contingẽs per viaꝫ cõmunicatõis fit incurabilis q: causa
vt spasmus siccus cuius cõpassione tremit cor vtplurimum est
incurabilis vel significat spasmũ stomaci idest singultum qui ẽ
sicut est spasmus stomaci: quoniã significať q talis materia co
lerica est ĩbibita intra poros substãtie stomaci ⁊ sic ẽ malum q:
cõseruabitur tremor. Aliud signuꝫ ad morteꝫ si ad tremoreꝫ
diuturnum ⁊ cõtinuũ succedat sincopis significat morteꝫ quo/
niaꝫ declaratur q causa que faciebat tremorẽ nunc cõpletum
efficit nocumentũ. Signuꝫ etiam pronosticuꝫ ad morteꝫ sũt
apostemata in capsula cordis: q: si non interficiunt subito saltẽ
in processu ducendo ad arefactionẽ ⁊ ethicã ⁊ ita etiã si ex mul
titudine sanguinis circa cor vel in cõcauitatibꝰ eius si fiũt tre/
mores vel sincopes licet pro tempore cõualescant vt tamẽ nar/
rat Gal. quinto interiorꝫ capitulo 2ᵒ: ⁊ idem Rasis septimo cõ
tinentis. Nam quisq3 eoruꝫ vidit iuuenes patientes tremores
cordis singulo anno in vere ⁊ factis flobothomijs aliquibꝰ an/
nis ⁊ attenuata dieta cõualuerunt nullus tameň eoruꝫ vt dicũt
peruenit ad senium. Aliud signuꝫ proxime mortis in certo ca
su ⁊ est Auic. in fine signorũ egritudinũ cordis referẽs de mẽte
antiquorum dixit: Et dixerũt quidã: ⁊ quãdo accidit in corde
vlcus ⁊ ibi sumit vlcus improprie pro vulnere. s. pro perforatõe
a causa primitiua ⁊ currit ex nare sinistra sanguis moritur pa/
tiens: ⁊ signum eius est dolor in loco mãmillari sinistro: signuꝫ
est satis clarum. Nam vulnere in corde facto per cõpassionem
cerebruꝫ cõpatitur ⁊ maxime pars sinistra propter directioneꝫ
vnde debilitatur cõtentiua vasorũ ⁊ sic distillat sanguis ꝑ na/
rem sinistrã ⁊ moritur. Signũ etiam proxime mortis est cuꝫ
fit sincopis ⁊ vbi prius manifestãtur accidẽtia supradicta ⁊ dif/
ficillime releuatur: ⁊ si pur aliqualiter releuatur facile incidit in
simileꝫ dispositionẽ: ⁊ ita si fortiter aut frequẽter sine manifesta
occasione incidunt moriunť precipue quando caput sustentare
nequeunt: ⁊ tales cuꝫ sunt proximi morti eleuant caput propter
conatum qui fit a virtute vel q: iam eis apparet maxime indigẽ
tia aspiratõis ⁊ aeris attractionis ⁊ tunc moriunť: non virtute
cor cõstringente sed grauitate partiũ cordis ipse partes coinci/
dunt: vnde vltima sistoles cordis non fit principaliter a virtu/
te. Et hoc signuꝫ est sentẽtia Hypo. scḋa particula cum dixit:
Quicunq3 exsoluunť frequenter ⁊ velociter sine occasione ma/
nifesta ⁊c. Signa demõstratiua generis sunt ex se nota vt qñ
est saltus vel tremor vel sincopis. Signũ tamẽ cõmune tremo/
ris cordis est diuersitas in pulsu dicit Auer. quarto colliget ca/
pitulo 2ᵒ in principio. Signum quideꝫ promptũ ad significãdũ
super complexionẽ cordis siue egritudinis eiꝰ est pulsus ⁊ post
istud est anhelitus. Et Auic. in principio capituli de signis tre/
moris dixit: Omneꝫ cordis tremorẽ significat pulsus diuersus
transiens terminuꝫ in diuersitate sensu percepta in magnitudi
ne ⁊ paruitate velocitate ⁊ tarditate raritate ⁊ frequẽtia. Nam
per hoc q cor tremit alligatis artarijs que ad ipsuꝫ cor originã
tur cõseqnenter fit ĩ pulsu diuersitas. sed forte talis diuersitas
non semper est transiens terminũ vt in iectigatõe saltu vel pul
su. Nam licet semper sit diuersitas pulsus in eis tamẽ quia ta/
les dispositões fiunt a causa minus ledente: ideo non semper fit
in eis diuersitas transiens terminũ. ⁊ si queratur quare nõ di/
xit hũc pulsuꝫ eẽ tremulũ dicit Gẽtilis: q: ipsuꝫ dedit ĩtelligi
ꝑ diuersitatẽ trãseũtem terminũ ĩ diuersitate. põt tñ dici q nõ
semper sequiť ĩ artarijs pulsus tremulus: q: artarie nõ semper
pulsant fm dispõnem cordis sed fm propriam necessitatem ca/
ruꝫ vt notauit Auic. secũda primi sũma de pulsibus: de homi/
ne cuius pulsus lateris dextri est sicut calide cõplexionis: ⁊ pul
sus sinistri sicut pulsus frigide cõplexionis. Uel etiã quia forte
in artarijs non est tanta virtutis constãtia que sufficiat ad fa/
cere posse pulsum tremuluꝫ: ⁊ tamẽ tanta virtutis constãtia in
corde reperitur q sufficit ad ipsum faciẽdum diuersum. Dixit
Auic. est dico diuersitas in pulsu sensu percepta in magnitudi/
ne ⁊ paruitate: ideo transit terminũ in diuersitate idest ⁊ est di/
uersus non cum ordine ⁊ sic transit terminuꝫ: exẽpligratia: vbi
cor ⁊ vbi artaria eleuabitur certo gradu eleuationis vsq3 ad a
terminuꝫ: in secũda eleuatiõe eleuatur ad b supra a terminũ:
⁊ in tertia vsq3 ad c supra b: vel in paruitate vbi ad certuꝫ ter/
minuꝫ cõstringebať si tantum per tertiam eleuationẽ eleuatur
supra fm terminũ per quantuꝫ eleuabať a secũdo supra primũ
iste pulsus est diuersus sed cum ordine. sed vbi illa eleuatio nõ
sit taliter gradata: tunc est diuersus inordinatꝰ ⁊ maxime si sit
quies interposita vbi expectatur motus fiat quies: fit ergo ta/
lis diuersitas oppressione propter virtutẽ inequaliter eleuare ⁊
cõstringere cor: vel ex inobediẽtia ĩstrumẽti: vel ex virtutis de/
bilitate etiaꝫ per causas alibi notas: ⁊ sic correspõdenter dicen
dum est de diuersitate in anhelitu. Sed signa magis specialia
ponẽdo dicatur q si fuerit ex mala cõplexione calida preter na
turam cum materia percipiť caliditas cum extẽsione cum ma/
gnitudine pulsus vel saltem cum velocitate. Naꝫ si fuerit mate
ria sanguinea stat inflãmatio ⁊ velocitas ⁊ magnitudo pulsus.
Et dicit Auic. q hec apparẽt in alia hora q̃3 tremoris cordis ⁊
q iuuantur coitu: quasi ĩuat q in hora tremoris cordis a cau
sa sanguinea non fit magnitudo in pulsu propter virtutis debi/
litateꝫ: tunc ad magnitudinẽ perficiendaꝫ ex oppressione eius
licet fiat velocitas ⁊ causa ẽ nota. Et si fuerit mala cõplexio ma
terialis humida non calida dicit Auic. q percipiť ac si cor na/
taret in humido simul cum vehemẽtia leuitatis in pulsu etiam
sensibili. Et si fuerit sicca declarať ex duritie pulsus ⁊ siccitate
eius: ⁊ cum humore melãcolico stat tristitia ⁊ sollicitudo ⁊ me/
morantur de preteritis alias gestis cuꝫ tristitia. Si ex mate/
ria colerica q raro est eueniẽs sunt accidẽtia sibi proportiona/
ta ⁊ sunt egritudines sequẽtes colerice ⁊ vehemẽtia inflãma/
tionis cum siti ⁊c. Et si fuerit materia vẽtosa pura ledens signi
ficat eam velocitas resolutiõis eius ⁊ paucitas diuersitatis in
pulsu eius. Et si fuerit apostemãs materia saltẽ in capsula cor/
dis significat diuersitas ĩcredibilis ipsius pulsus ⁊ anhelitus.
Et si fuerit apostema caliduꝫ facit apparere in pulsu diuersita/
tem mirabileꝫ non cõsuetam ⁊ magnificãt inflãmationẽ in cor/
pore dicit Auic. ⁊ proprie in partibus membroruꝫ anhelitus ⁊
anhelans quãuis attrahat maximuꝫ aereꝫ ⁊ frigidissimũ: tamẽ
apparet quasi continuo priuatꝰ anhelitu vt sit in via quasi suf/
focationis: ⁊ sequitur ad ipsuꝫ sincopis successiua. Et eandem
fere sentẽtiam posuit Rasis 7ᵒ cõtinentis: ⁊ addit Auic. ⁊ ẽ no/
tabile dictum. Et non oportet vt expecteť in cognitõe disposi/
tionis apostematuꝫ cordis calidorꝫ vel sup. capsule id qd est ex
duritie instrumenti pulsus fm q currit cõsuetudo de expecta/
tione in alijs que sunt similia eis. ⁊ adducit rõnẽ dicẽs: Apa eiꝫ
nõ ita aduenit cordi vt ꝑ ipsũ ĩdureť pulsus: imo ĩterficit ante
id. Et si cã fuerit debilitas ĩ virtute vel a nã ꝯcta vel ex tpe si/
gnificãt excessus ꝯplõnales vel malitie ꝯplõnales vtplurimuꝫ
precipue toracis ⁊ ĩcoequalitas ipsius ad reliqua mẽbra. Ista
ꝑtim sunt manifesta: ⁊ declarãtur ꝓpter id qd precesserũt cau
se debilitantes solueẽtes virtutẽ vel extiguẽtes vt ex lõgis egri
tudinibus vel ex venis: ⁊ vltra hoc q ab omni facili causa ĩcur
runt has dispositiões dictas: etiã quãdo dicte dispositões nõ
sunt cõtinue in tẽpore quietis operatiões pulsus sunt debiles
⁊ parui fiunt pulsus ⁊ inequales sepe cũ quasi defectu animosi
tatis. Si etiã fuerit a debilitate vel nimia subtilitate spiritꝰ ca
dit omnis diuersitas in pulsu preter cã que est in fortitudine ⁊
debilitate: quia semper ẽ debilis: ⁊ aliquãdo per conatuꝫ facit
vnam ĩpressionẽ fortem: ⁊ postea alia talis non sequiť: ⁊ preces/
serunt cause debilitãtes vt dictum ẽ. Si he dispositiones fue/
rint a causis primitiuis manifestãtur ex precessione causarꝫ pri
mitiuarum. Si a vermibus manifestanť ex priuatione aliarum
causarꝫ primitiuarum simul cũ punctione ⁊ reliquis dicẽdis ĩ
capitulo de vermibus maxime vt dicunt q minuũtur accidẽ/
tia post cibuꝫ assumptũ. Si ex sensibilitate oris stomaci vel cor
dis declarať ex fortitudine pulsus cum valitudine aliarꝫ opera/
tionum: ⁊ ex facili casu ex qualibet leui causa in talem dispõneꝫ
⁊ etiam facili releuatione ⁊ ex sensibilitate nimia proprie cordis
dixit Aui. ⁊ fortitudo pulsus ⁊ magnitudo ipius stant significa
tiones prime. Et si fuerit a cõmunitate membrorũ sunt signa le
sionis aliorꝫ membrorꝫ. si a febribus sunt signa febrium. si a
crisi sunt signa crisis. si a dolore in toto dolor in toto extat. si a

particulari extat dolor in particulari. Sed hic vnum notate ꝑ cõmuni significatiõe tremoris ⁊ sincopis scilz ꝙ illa signa que sunt signa tremoris illa eadem vel proportionalia si fortia fiant sunt signa sincopis. nã si certus dolor oris stomaci facit ad tremorem si intẽdatur ⁊ fortior fiat adducit ad sincopiz. ⁊ istũ cañ. notauit Aui. in principio de signis sincopis cum dixit: signa significantia causas sincopis ⁊ dolores eius ꝓportionalia sũt signis predictis tremoris cordis. Nam si ipsa sunt debilia sunt tremoris cordis supple signa: ⁊ quando sunt fortia sunt sincopis supple signa. Et addit: ⁊ quando plurimum fiunt vehemẽtiora sunt mortis subite supple signa. ⁊ ita per signa certe malitie si sunt ducentia ad tremorem per eadem si intendãtur significabimus supra sincopim: ⁊ tandem si fortius intendantur supra mortem festinam si sint preseruanda: ⁊ istum cañ. bene notate: ⁊ sic est finis de signis.

Cura. Circa quartũ scilz de cura sunt quattuor fiẽda. Primo ponẽda sunt quedam generalia. 2° est ordinanda dieta ⁊ in casu tremoris ⁊ in sincopi: differũt tamẽ vt videbitur. 3° ponetur cura primo generalis ipsarum dispositionum: ⁊ vbi sit tremor ex specialibus causis: ⁊ sincopis etiaz occurrendum particulariter erit cuz appropriatis. 4° videndum erit de quibusdam cõfortantibus ⁊ remouẽtibus cõplexionem inductam: ponent etiaz quedã singulares descriptiões ⁊ cõfortantium ⁊ soluentiũ ab illustribus medicis approbate. Circa primum quoniã cor est primum ⁊ radix aliorum ponit Aui. cañ. in cura obseruandũ scilz oportet vt sit velox studiuz in medicinis in curatione cordis: ita vt adiuuetur absqz errore vltime sine veliz euacuare ex eo humorem siue permutare eius ꝯplexionem idest oportet vt sit velox studium in curatione malarũ dispositionũ cordis: ita tamẽ vt non fiat error in curationibus dispositionum cordis non debite curando: non eniz potest corrigi talis error: ⁊ si cõmittitur error in alijs membris corrigibilis est in virtute cordis. debet tamẽ fieri velox talis remotio malaruz dispositionuz cordis: quoniã cuz non sint cõfirmate possunt curari: sed cõfirmate nõ recipiunt curationẽ: vt fuit supra dictum in signis. Secũdus cañ. ꝯmunis tremori ⁊ sincopi est ꝙ medicum semꝑ oportet intẽdere siue euacuãdo siue alterãdo quomodolibet occurrendo infirmo cũ cordialibus ⁊ ꝯfortatiuis cordis: quoniã si medicine alteratiue vel curatiue occurrant cordi sine cordialitate ipsum cor ledunt. nã euacuatiue vtplurimum nocent cordi: ⁊ etiaz alteratiue nisi participent virtute cordiali ⁊ etiaz necessaria ĩmixtio cordialium ad differendũ alias medicinas ad cor que non sunt cordiales. Ut igitur ĩtelligat que sunt medicine cordiales ⁊ quot modis dicitur medicina cordialis ẽ attendendũ ƒm doctrinaz ipsius Auic. in de viribus cordis capitulo 9° ꝙ septem modis proprie vna medicina dicitur cordialis. Uno modo q: spirit⁹ restauratiua ⁊ nutritiua: ⁊ hoc modo vinum inter cetera ponitur maxime cordiale vt vult etiã Auic. 2a primi sũma de pulsibus ⁊ etiã. xja. tertij in cura sincopis. Nam ẽ facillime restauratiuuz spirituũ ⁊ hoc modo aqua carnis non brodium carnis vt quidã existimãt. sed de aqua carnis quã ordinauit Auic. in capitulo de colerica passione fcã decoctione carniuz ⁊ expressione humidi ipsarũ carniuz: illud expressuz dicitur aqua carnis ⁊ talia sunt necessaria ĩ restauratõe.

Et hic nota ꝙ quãdo eẽt sincopis vel tremor ex resolutõe vt humidi membralis vt ex fame: tunc aqua carnis dicit Aui. deberet esse ex carne solidioris substãtie vt ex carne ouis bidentis vel castrati vel edi: vbi si foret ex spirituuz subtilitate ⁊ raritate corporis facta resolutõe propter subtilitatez vel exercitiuz vel coitum ⁊c. Aqua carnis eẽt melior ex auibus approriatis conueniẽtibus vt perdicibus fasianis ⁊ alijs auib⁹ montanis. Unde nota ꝙ talis aqua carnis in multis casibus est cõueniẽtissima ĩ tremore ⁊ sincopi. Primo vbi est indigẽtia restauratiõis vt. s. quãdo vinum non põt tute dari vt si sit sincopis ex acuitate colere fluentis ad os stomaci vel in febre qualibet acuta vehemẽter vel ex ira vel ex lesione capitis vel in abominãtibus ipsuz ⁊ alijs causis multuz inflãmãtibus: tunc pro restauratiuo ꝯueniret aqua carnis quãdo nõ ꝯueniret vinuz. tamen quãdo est indigentia ad subito restaurandũ ponatur aliquid vini cum aqua carnis nisi eẽt corpori venenũ propter citiorez restaurationem: vnde citius releuabitur. Secũdo modo dicitur medicina cordialis q: illustrãs ⁊ clarificãs spiritum ⁊ sic margarite albe ꝑforate ⁊ non perforate siricuz cruduz quadaz sua proprietate illustrant spirituz ⁊ ipsius vsus est vt subtilissime incidat quia nõ potest reduci in puluerez nisi cõburatur sed in cõbustione aliqñ perditur virtus. Et dicit Auic. in de viribus cordis ꝙ etiã notabiliter restaurat virtutem naturalẽ ita ꝙ ponitur inter medicinas impinguantes cõfortando virtutez naturalez. ⁊ ita valet etiã in operationibus animalibus cõfortãdo virtutem animalez vnde bonam efficit memoriaz. Et dicit Rosarius anglicus ꝙ etiã a proprietate educit humorẽ melancolicũ de capsula cordis. Tertio medicina dicit cordialis: ideo sic dicitur quia ꝑ suam naturaz cõgregat aliqualiter substantiaz spiritus ⁊ cordis: ⁊ sic prohibet resolutionẽ facilez a causa resoluẽte. ⁊ sic karabe terra sigillata ⁊ emblici sunt ad hãc intẽtionẽ ĩ corpore parato resolutõi spũuz ⁊ in raritate cõpositõis cordis tales medicine sunt necessarie. Quarto modo dicitur medicina cordialis: quia delectatiõe sua est amica cordi ⁊ spiritibus: ⁊ sic omnis medicina dulcis ⁊ odorifera dicit cordialis ab Auice. in de viribus cordis: vnde dixit ꝙ duarum medicinaliuz equalium in virtute dulcior ⁊ aromatica magis efficacioris est iuuamenti. Nam appetitus inclinat ad res que sunt obiecta ei cõuenientia ⁊ sic aromaticũ appetitur a virtute animali sicut dulce a naturali: vnde concludit ꝙ vbi egemus restauratõe spiritus demus aromatica: ⁊ vbi est indigentia restauratõis nutrimẽti maior debet esse cõsideratio ad rem vt est dulcis: quia talis est substantia spissa grossa apta cõuerti in substãtiam humoralez. Omnis ergo aromatica medicina dicitur cordialis vt etiam dicit Auic. xja tertij in canonibus vniuersalib⁹ tremoris cordis dixit: Et ad vltimũ omnis medicĩa odorifera est cordialis. Quinto modo dicitur medicina cordialis: quia per virtutẽ suam est alteratiua vel viuificatiua confortãdo per qualitates manifestas vel imprimẽdo ad remotionez male cõplexionis cõtrarie. Nam hoc modo medicine tẽperate videntur aliquo modo cordiales per qualitates manifestas viuificãtes: quia assimilantur qualitatiue toti cõplexioni humane ⁊ eis correspõdet tẽperamẽtum quasi tale graduale quale in cuti: quedam tamen dicũtur alterantes ⁊ ad contrariũ ducentes ⁊ cum quadaz sua proprietate confortãt: ⁊ sic quadam sua caliditate sunt cordiales quedam sua frigiditate: quia licet a proprietate respiciãt cor ⁊ non aliud membruz: tamen postea alterant vt est doronicum medicina singularis in calidis contra venena frigida crocus ⁊ ambra ⁊ cassial'. cinamomum lignum al'. muscus precipue ⁊ melissa.

Illustrissime ⁊ excellētissime princeps dn̄e mi singularissime ⁊c̄. Posteaq̄ꝫ sine auctoritate licentiaqꝫ tua ab assistētia incliti filij tui Hermetis ⁊ alioꝝ hic tuoꝝ etiam ꝓ visenda maiestate tua in p̄ntia qꝺ mihi iocūdissimuꝫ esset istuc accedere nō lꝫ: 2am partem operis in nonū Almāsoris meis vigilijs ⁊ labore multo lugubrataꝫ quaꝫ superioribus ꝓxime annis amplissimo nomini tuo dedicaui. Nūc feliciter expeditam precor libens per hūc prestātēꝫ doctorē nomine meo suscipias: ⁊ ita suscipias vt inde illustrari ⁊ nullas inuidētiuꝫ tenebras formidare possim. Qm̄ teste magistro sentētiaꝝ in ꝓemio: Oēm eloquij sermonē calūnie atqꝫ ꝯdictioni emuloꝝ semper fuisse obnoxiū affirmat: qm̄ dissentiētibus volūtatuꝫ motibꝰ: dissentiēs quoqꝫ fit animoꝝ sensus. Ne igitur id mihi accidat qꝺ beato Hieronymo accidisse legitur: vt de se loquitur in prologo esdre cuꝫ dicit: Inuidoꝝ studia omne qꝺ scribimus reprehēdenduꝫ putant: ⁊ interdum cōtra se ꝯscientia repugnante publice lacerant qꝺ occulte legunt intantuꝫ vt clamans compelleret̄ dicere: Libera aīam meam a labijs iniquis ⁊ a lingua dolosa. Si tamē a te quasi diuino principe ꝯcurrente quoqꝫ prestantissimoꝝ in orbe terraꝝ physicoꝝ tuoꝝ iudicio hoc opus meum approbatuꝫ fuerit: nemo certe erit qui qꝺ ipse probaueris collaudare nō compellat̄. Hic deo duce bene valet omnis tui: ⁊ ita valeat excellentia tua cui i ꝑpetuū me ꝯmēdo. Ex papia die. ix. mēsis octobris. 1471.

Caplm̄ pm̄ de colirica passione

Cumqꝫ dolor aut punctio ⁊ tristicia alicui supuenerit affueritqꝫ cum ea vel post eā vomitus vel vētris solutio: aqua calida multotiēs i potu tribuat̄. ⁊ si adhuc ꝑseuerauerit vomitus ⁊ vētris fluxus: aqua calida iteꝝ det̄: sedabit̄ eniꝫ passio. Cū aūt egritudo quieuerit: balneū igrediat̄ eger i quo ꝑ vnius hore spaciū moretur. Egressus aūt de balneo leui alat̄ nutrimēto: deīde dormiat. Qꝺ si vomitus ⁊ vētris solutio vehemēs fiāt sinthomata terefaciētia superuenerit nō tn̄ est timēduꝫ: imo cū medicaminibꝰ que ego nomiabo succurrēdus. In pricipio itaqꝫ trocisci de olibano cū aqua ⁊ niue ⁊ rob granatoꝝ dent̄ semel qui iteꝝ sunt ēt dandi si vomitꝰ nō cessauerit. Duo quoqꝫ adiutoria ⁊ coxe i supremis partibꝰ ligētur. Et aqua niue ifrigidata sup crura ⁊ pedes fundat̄ ⁊ in ipsaꝫ ēt mittant̄. Venter quoqꝫ ex sandalis rosis cāphora gallia aqua roꝸ. conspersis epithimet̄. Et pānus aqua roꝸ. i niue ifrigidata ifusus desup ponat̄: qui postq̄ꝫ tepefactꝰ fuerit ē remouēdus ⁊ aliꝰ vt priꝰ desup mittēdus. Ad potāduꝫ aūt paulatim tribuat̄ vinū vetus tēperatū cuꝫ rob granatoꝝ: ⁊ qn̄ vomuerit iterū tribuat̄.

Panē quoqꝫ in succo granatoꝝ ifusuꝫ cogēdus est sumere cū vino ⁊ comedere: ꝙ si vomuerit iteruꝫ dādus est ei donec quiescat. Qꝺ si sincopis supuenerit: muscū cuꝫ vino dare cōueniēs est ⁊ succus carnis hedine ⁊ pulline cū pauco citonioꝝ succo ⁊ vino mixtus i potu est tribuēdus. Pulli p̄terea assandi ⁊ ante nares ipsiꝰ discerpēdi sunt: thus ēt dandū est vt masticet ipm̄ ⁊ paulatiꝫ traijciat ⁊ postremo boluꝫ corascenū ꝯditū cū cāphora tribuat̄. Quicquid aūt de huius passiōis cura nūc vsqꝫ diximus donec vomitꝰ sedet̄ ⁊ stomachus cibū recipiat fieri ꝯuenit. Postq̄ꝫ vero stomachus ipsiꝰ recipere poterit: nutriēdus est eger ⁊ paꝝ vini veteris i potu sumat bene redolētis ⁊ dormire icipiat. Trocisci de olibano ad vomitum dādi. ℞. boli corasceni thuris amborū añ. ʒ. x. cucube cardamomi amboꝝ añ. ʒ. ij. s. cāphore gallie gar. oīuꝫ añ. vj. ʒ. vniꝰ fiāt trocisci pōdere aur. vnius: hi eiꝫ vomitui multū ꝯferunt. Rob de malis granatis succus maloꝝ granatoꝝ acetosoꝝ sumant̄ ⁊ per noctē vnā aut amplius dimittant̄ donec qꝺ grossuꝫ est i fundo resideat ⁊ deīde coquat̄ ⁊ dispumet̄ donec iulep similitudinē habeat i quo ab igne disposito: adhuc tn̄ calido mēte viridis stipites mittant̄ ⁊ i ipso ꝑmanere ꝑmittant̄ quousqꝫ ifrigident̄. Cūqꝫ ifrigidatū fuerit extrahant̄ ad cuius silitudinē sirupꝰ de citonijs ⁊ sirupus de malis macianis fieri ꝯuenit. Si aūt vomitꝰ hora aliqua iualuerit nimis ⁊ superfluerit magis: vētosa stomacho supponat̄.

Cumqꝫ dolor aut pūctio alicui superuenerit. Post tractatū de dispositōibus mēbroꝝ animatoꝝ ⁊ primi ventris totius superioris ⁊ ꝯñter post tractatū dispōnuꝫ mēbroꝝ spūaliuꝫ ⁊ ventris medij. Jam restat in hoc tertio tractatu succedente determinare de dispōnibus membroꝝ nāliuꝫ inferioris vētris: ⁊ ita hic est tractatus tertiꝰ principalis huius libri vbi agitur de dispōnibꝰ preter nām membroꝝ nāliuꝫ. Et diuiditur tractatꝰ iste i sepiē partes principales. qm̄ pº Rasis determinat de quibusdā dispositōibus stomaci. 2º de dispōnibꝰ epatis i caplo: Cuꝫ quis male fuerit coloratus. 3º de dispōnibus splenis i caplo sequēti: Si cū dolore splenis fuerit calidior. 4º de colica ⁊ de dispositōibus intestinoꝝ. ibi: Si cū dolore vētris fuerit ipsiꝰ ꝯstrictio ⁊c̄. 5º de dispōnibus vesice ⁊ renū vt difficultate vrine. ibi: Cū vrina minuit̄. 6º de vermibus que ē dispō cōiter ꝯtingēs i naturalibus maxīe stomacho aut itestinis. ibi: Qui hoc nocumento solitus ē ledi. 7º de dispōnibus ani maxīe de emoroidibꝰ ⁊ fistulis in ano. ibi: Cum sanguis recēs sine dolore per inferiorem descendit regionē. Prima pars etiā diuidit̄ in quinqꝫ partes fm̄ quinqꝫ capitula que ponit de dispōnibus stomacho attinētibus: quoniaꝫ primo determinat de colirica passione in presenti capitulo. 2º de ꝯfortātibus stomachū debilē ⁊ ꝯsequēter de debilitate digestiue eius. 3º de dolore ⁊ apostemate stomaci. 4º de singultu. 5º de appetitu canino. 2ª ibi: Cum stomaci debilitas. 3ª ibi: Si cū dolore stomaci affuerit. 4ª ibi: Cū singultus post grossi cibi comestionē. 5ª ⁊ vltima: Cuꝫ aliquis famem assidue patiat̄. P̄ns caplm̄ etiā prima diuisiōe diuidit̄ in quattuor ꝑtes: qm̄ primo declarans quid sit colirica passio: per signa ponit curā eius cuꝫ nō est multū molesta passio. 2º reddit medicū nō debere eē timorosuꝫ ēt cū appent in hac passiōe accidētia ⁊ sinthomata terefaciētia: ponēdo etiā curā illius i principio ⁊ statu ⁊ declinatiōe. 3º ponit descriptionē quorūdā trociscoꝝ ⁊ rob cuiusdā: vt trociscoꝝ de olibano ⁊ rob maloꝝ granatoruꝫ: quas medicinas numerauit in cura. vltimo i fine capituli ponit vnā curā ꝑ ventosaꝫ qn̄ cū reliquis nō pōt vomitus ꝓhiberi. 2ª ibi: Sꝫ lꝫ vomitus ēt ⁊ fluxus vētris. 3ª ibi: Trocisci de olibano ad vomitū. 4ª in fine: Si aūt vomitꝰ aliqua hora iualuerit ⁊c̄. Prima ꝑs ēt diuidi pōt in tres ꝑtes: qm̄ pº per signa declarat quid sit colirica passio. 2º ponit curā illius cum nō est vehemēter molesta in principio eiꝰ. 3º ponit curā in declinatiōe. 2ª ibi: Aqua calida in potu. 3ª ibi: Cū aūt egritudo quieuerit ⁊c̄. De prima ꝑte dixit: cūqꝫ dolor ⁊ punctio alicui supuenerit sup. supra stomachū ⁊ intestina affuerintqꝫ cum ea vomitus ⁊ vētris solutio sup. tunc declarat̄ talē dispōnem esse passionē que colirica appellat̄. Pro intelligētia huius capituli ⁊ spāliter huiꝰ ꝑtis ē primo aduertendū ꝓ recta ꝯtinuatione huius capituli cū p̄cedēti: qꝛ possꝫ quis legitime dubitare quō Raꝸ hic in dispōibꝰ stomaci determinauit de colirica passione i qua cōiungit̄ fluxus vētris. nā videt̄ ꝯueniētius fuisse determinādū ifra cū loquit̄ de dispōibus intestinoꝝ: sicut etiaꝫ fecit Aui. qui de colirica passiōe determinauit in 16ª tertij i capitulo gnāli de solōne vētris oīuꝫ modoꝝ. dicat̄ hic ꝙ nō sine grandi ministerio Rasis fecit hic determiātionē de colirica passiōe in tractatu de dispōibus stomaci ꝯtinuādo ad capitulū de tremore cordis ⁊ sincopi ⁊ nō tardauit vsqꝫ ad dispōes itestinoꝝ: qm̄ vt statim videbit̄ i colirica passiōe ꝯiungūt̄ duo vehemētes motus vt motꝰ vomitꝰ qui ē motus stomaci laboriosus ⁊ motꝰ diaricus ꝑ intestina: qui ē motus intestinoꝝ: ⁊ qm̄ motus vomitus est magis laboriosus virtuti ceteris paribꝰ q̄ꝫ fluxus diaricus: qm̄ ē motus ꝯtra nālem inclinationē stomaci qui nō est pricipaliter factus ad expellēdū per sursuꝫ: sꝫ ad digerēdum vbi fluxꝰ diaricus ē magis itestinis ꝯueniēs: cū intestina sint ad expulsionē per deorsuꝫ deputata. iō cuꝫ hic agat̄ de dispōibus p̄ternaturā nāliuꝫ mēbroꝝ: vt colirica passio vt ē includēs vomitū ē magis p̄ternāꝫ q̄ꝫ vt ē icludēs fluxū ꝑ itestia. Idcirco principaliꝰ ē de ea determinādū in dispōibus stomaci q̄ꝫ in dispositionibus intestinoꝝ. ⁊ ita fecit ēt Halyab. 7º practice. sꝫ causa quare prius determinādo de dispōnibus stomaci determinat de colirica passione priusq̄ꝫ de alijs: ideo est qm̄ colirica passio alligationē hꝫ cū tremore cordis ⁊ sincopi: cū quibus dispōnibus nō sic cōicant alie dispōnes stomatice: qꝛ i colirica passiōe sepe cōiūgit̄ tremor cordis ⁊ sincopis vt accidētia ad eā ꝯsequētia cū passione stomaci vt statiꝫ in lr̄a videbit̄. Ideo fuit multū cōueniens vt imediate post caplm̄ de tremore cordis ⁊ sincopi debēdo determinare de passiōibꝰ stomaci priꝰ determinare de colirica passiōe q̄ꝫ de reliquis: ⁊ sic pꝫ recta cōtinuatio huiꝰ capituli cū precedēte. debēdo ergo determinare de dispōibꝰ stomaci ꝯueniēs eēt ponere anothomiā meri ⁊ stomaci vt ēt in reliquis calidis anterius factuꝫ ē correspōdēter. verū qꝛ dixit. A. 13ª tertij caplo pº plane ⁊ ample posuit anothomiā hoꝝ mēbrorum supuacuū hic mihi videt̄ extensuꝫ facere sermonē de anothomia. Sed vno verbo dicat̄ ꝙ meri ē via ⁊ quidā trāsitꝰ quo transit cibus ad stomacū rotūda longa ꝓtensa a radice lingue vsqꝫ ad os stomaci ⁊ componit̄ ex substātijs sicut ⁊ stomachus vt ex carne ligamētali simul cū duobꝰ pāniculis itrinseco ⁊ extrinseco: ⁊ in intrinseco coꝝ sunt extensi villi longitudinales quibus fit attractio cibi ad stomachū ⁊ i extrinseco villi latitudinales cū villis ēt quibusdā longitudinalibꝰ ⁊ trāsuersalibꝰ quibꝰ iuuat̄ expulsio i deorsuꝫ: ⁊ ita ꝯplet̄ deglutio ꝯcurrētibꝰ attractiuis longitudinalibꝰ ⁊ extrinsecis latitudinalibꝰ ꝯpressiuis: ⁊ ita ēt ad actū expellēdi ꝑ sursuꝫ pricipalissime ꝯcurrūt villi latitudinales violētati ad expulsionē in tunica extrinseca meri vel stomaci ꝯstituti. imo dicebat Auic. loco allegato: ⁊ vomitꝰ qdeꝫ ꝯplet̄ cū tunica extrinseca sola quapropter ē difficilis ꝙ quomō recte debeat intelligi non est presentis intētōis sed ad illū locuꝫ recurrat̄. Specialius ergo veniēdo ad textū nostruꝫ dicit signāter cū dolor ⁊ punctio ⁊c̄. ad innuendū ꝙ non quilibet dolor manifestat coliricā passionē neqꝫ antecedit ad eā. Sed dolor

⁊ punctio q̄m stat vt multū dolor grauatiuus ī principio aū vomitū ⁊ secessuȝ ꝑꝑ reaggregatōeȝ materieꝝ circa stōachuȝ: stat ēt cū hoc punctio: q: materie tales vnde fit colirica passio sunt vel essentialr̄ acute pungitiue vt colerice vel salse vel ꝑꝑ putrefactionē facte acute: ⁊ hoc vtplurimū vt infra magis videbitur in quid noīs ⁊ quid rei colirice passionis ⁊ in cāis. vñ nisi cōicentur postea vomitus ⁊ fluxus ventris nō dȝ dici colirica passio: sed his simul adiunctis tūc complet̄ dispō colirica. proinde dixit: Cūqȝ dolor ⁊ pūctio alicui superuenerit. s. circa stomachū vt supra exponebat̄ talia sunt signa ꝓxima colirice passionis. Proinde addidit: affueritqȝ cū ea. s. punctōe vomitꝰ ⁊ ventris solutio: tunc iā sup. ē colirica passio in actu: ⁊ ita voluit nō sufficere ad coliricā passionē vt sit dolor ⁊ punctio circa stomachuȝ cū vomitu tm̄ vel cū solutōe ventris tm̄. sed expedire simul cōiungi ⁊ vomitū ⁊ vētris fluxum: ⁊ hoc est qd̄ dixit de p̄ia parte. De 2ᵃ parte ponēs curā ipsiꝰ colirice passionis nō multum moleste ī principio dixit: Aqua calida ī potu multotiēs tribuat̄: ⁊ si adhuc perseuerauerit vomitus q: s. nō remoueat̄ ꝑ potum aque calide ⁊ ēt fluxus ventris: iterato detur aqua calida: sedabitur eīm passio vt dicit. Pro intelligētia huius dicti est aduertēdū ꝙ aqua calida ī casu multū valet. nā per eā remittitur acuitas māe ⁊ debilitatur ꝯtentiua stomaci ad cōtinendū: ⁊ iuuat̄ expulsiua ad expellendum maxime in deorsuȝ: ⁊ ita remouentur accidentia ⁊ doloris ⁊ etiaȝ punctionis ⁊ ēt vomitus ⁊ fluxꝰ euacuata mā ⁊ remissa cuiꝰ malitia nā iuuat̄ ad expulsionē materie per deorsuȝ que ē eūatio minꝰ laboriosa q̄ȝ vomitus vt dictum est supra. ⁊ inde verum ē ꝙ fluxus curat vomitum: ⁊ fluxus fluxū vt voluit Aui. de mente Hyp. s. cām eūando. de hoc tū magis videbit̄ īfra loco suo. Addit 2ᵒ ponēdo curā cū est in declinatōe ꝑ exhibitōeȝ tm̄ aque calide dicēs: Cū aūt egritudo quieuerit. i. remissa sint accūtia: eger balneū īgrediat̄. i. balneū aque calide ī quo ꝑ vnius hore spaciū moret̄: deinde egressus a balneo leui alat̄ nutrimēto. Circa quā ꝑtem nota ꝙ ponit ordinē ī applicatōe balnei vt. s. exhibeat̄ cū egritudo ꝗeuerit. i. in declinatōe fuerit. Nā ante non ꝯueniret: q̄m stante multitudine materieꝝ ī toto ꝑ balneū fieret agitatio eaꝝ: ⁊ sic posite in ꝯmotōe ꝓbabilr̄ augeret̄ ⁊ vomitꝰ ⁊ fluxus. Sȝ in ꝓcessu euacuata ꝓ magna ꝑte mā: tunc tale balneū ꝯuertit mās ad extra ⁊ resoluit reliquias q̄ remāserūt ⁊ ita iuuat: ēt ꝯuertit mās q̄ erāt in vijs vt fluerēt ad stomachū ꝓpter nocumēta stomaci. Sȝ nota ꝑ hoc ꝙ dixit per horā moret̄: nō intelligit̄ hoc semꝑ tp̄s p̄cisuȝ obseruari debere. Nā in multis corpoꝝ eēt lōga nimis mora ꝓpter resolutōeȝ p̄cedentē: imo credo sufficeret tertia ꝑs hore vel ad ampliꝰ media ꝑs semꝑ tñ virtute ꝯstante ⁊ applicatis aliquibꝰ aromaticis ꝯfortātibꝰ odoramētis ad viuificatōem virtutis: ⁊ ita regulet̄ tp̄s ⁊ mēsura more ī balneo ꝺm tollerātiā virtutis. Nota ꝯīter ꝑ hoc ꝙ dixit deīde leui alat̄ nutrimēto: ponit ordinē ī dieta cibatōis post balneū ꝙ nutriat̄ leuiter. Rō est clara: q: stomachus eoꝝ est debilitatus multiplr̄ ⁊ ex q̄litate māe ⁊ ex punctōe ⁊ ex vomitu p̄cedentibꝰ. Jō īdigent cibo leui vt aq̄ carnis de quo dicet̄ infra loco suo cū modico vini aromatici stiptici. Addit: deīde dormiat. Nā ꝑ somnū p̄ᵒ hūores in toto quietabunt̄ ⁊ inde somnꝰ est multū laudatꝰ ī casu. Uñ dicebat Serap. Et si dormierit īfirmꝰ iuuat̄ iuuamēto magno ⁊ resoluet̄ egritudo sup. aliquotiēs ex toto. 2ᵒ q: ꝑ somnū fortificata digōe melior ꝯīr fiet mēbroꝝ restauratio ⁊ virtutis ꝯfortatio ⁊ ita e plana tota lr̄a lege eā ⁊c. Sȝ lȝ vomitꝰ. Jsta est 2ᵃ pars p̄cipalis ī qua ponit curā colirice magis timorose cū qua ꝯiūgunt̄ accidētia seuissima vt sincopis ⁊ aliq̄ñ spasmus maxie ad māȝ nō ꝓportionatus cuȝ passione stomaci ⁊ ēt aliq̄ñ spasmꝰ ex inanitōe ꝑꝑ supfluā eūonē. Et in hac parte tria facit. p̄ᵒ ponit eiꝰ curā ī p̄cipio cū nō adhuc superuenerit sincopis. 2ᵒ ponit curā in statu accidētiū q̄ñ superuenit sincopis. 3ᵒ ponit curā eius in declinatōe. 2ᵃ ibi: Qd̄ si sincopis superuenerit. 3ᵃ ibi: Quā q̄ȝ aūt de eius passiōis cura ⁊c. Prima pars ēt ī duas diuidit̄. nā p̄ᵒ reddit medicū fortē ⁊ cōstantis animi ī tali morbo: ⁊ si appareant accidētia terefaciētia. 2ᵒ ꝓsequit̄ ī cura eiꝰ. ibi ī p̄cipio: Jtaqȝ trocisci de olibano. De p̄ᵃ ꝑte dixit: Sȝ lȝ vomitꝰ ēt ⁊ fluxus ventris vehementes fuerint ⁊ sinthomata terefacientia sup. ⁊ virtutē infirmi ⁊ astantes ⁊ medicū ꝑꝑ vehemētiā eoꝝ superuenerint vt ē sup. īterdum spasmꝰ īterduȝ sincopis. Et ego aliquotiēs vidi spasmū ꝯiungi nō tñ ē timendū talr̄. s. vt medicus relinquat egruȝ ⁊ desistat ab operatōe circa eum: īmo cum medicaminibꝰ que ego narrabo vt dicit succurrēdū est. Et hāc eādē sniaȝ posuit Serap. 3ᵒ breuiarij caᵒ ꝓprio cū dixit: Et hec egritudo ē acuta. s. vt ī pluribꝰ ⁊ ñ hȝ īterimissionē: īmo expedit iuuamētū medici prudētis fortis. i. ꝯstātis animi queȝ ñ terrent accidētia mala que appꝑent ꝙ ē q: totū qd̄ sumit̄ expellit̄ vomitu. s. interdū ⁊c. Hoc totū est clarū q: si medicꝰ relinqueret infirmū vbi morbꝰ forte eēt salubris redderet̄ ad mortē terminaturus nō offerēdo remedia ꝯueniētia ꝯcurrente cū hoc diffidētia ipsius īfirmi. ⁊ ita expedit medicū esse aīosum īfirmū cōfortātem ⁊ ꝓmittētem sibi spē salutis ⁊ ꝓmptū in expeditiōe eorum que paulo post dicent̄. dicit ergo ponēdo remedia ꝯueniētia cū nō adhuc successit sincopis aliqua principalia pūcta ꝺm ordinē obseruāda in tali cura: ⁊ ita posset ꝑs diuidi ī tot ꝑtes quot pūcta principalia ponit: sȝ partes patebūt legēdo. Dicit ergo prio ī principio itaqȝ trocisci de olibano cum aqua ⁊ niue. i. cū aqua multū infrigidata actu ⁊ infrigidatiua vtpluri̇muȝ postea exhibeatur: ⁊ si alicubi nō reꝑiret̄ ꝑata talis aqua exhibeat̄ saltē aq̄ actu frigida ⁊ rob maloꝝ: egro dentur semel q̄ iteꝝ sunt dandi si vomitus nō cessauerit. Dicit sc̄dō principalr̄ duo quoqȝ adiutoria brachioꝝ. s. ⁊ coxe in supremis ꝑtibus ligent̄. Dicit tertio ⁊ aqua ī niue infrigidata. i. multū frigida sup crura ⁊ pedes fundat̄ ⁊ in ipam mittat̄. i. totū corpus īfundat̄ in aquā fridā. Dicit quarto p̄cipalr̄ vēter quoqȝ ex sandalis. i. stomachus ⁊ ēt totus vēter ex rosis ⁊ cāphora ⁊ galia. s. aromatica clesangia vel muscata ⁊ aqua rosis ꝯspersis epithimēt̄ ⁊ pānus aqua ro. īfrigidata ī niue. i. notabilis friditatis īfusus desuꝑ ponat̄: qui postquā tepefactus fuerit remouēdus ē ⁊ alius vt prius desuꝑ ponēdus. Deinde vltimo magis circa dietā dicit: ad potanduȝ aūt tribuat̄ paulatim vinū verꝰ tꝑatū cū rob maloꝝ granatoꝝ de quo si biberit āplius tribuat̄: panē quoqȝ in succo malorum granatoꝝ infusuȝ inuitꝰ cogēdus est sumere cū vini ⁊ comedere: quē. s. panē si euomerit iterū dādus ē donec quiescat. s. vomitus ⁊ cibū retineat. Circa quas ꝑtes noto primo circa primā cū dicit ī principio huius cure eē dādos trociscos de olibano cū rob granatoꝝ: nō intellexit ꝙ in p̄cipio colirice passiōis maxime ꝯtingētis ex corruptione cibi vel alijs humoribꝰ corruptis vel putrefactis ī stomacho debēt exhiberi tales trocisci cū rob: q̄ñ tales trocisci sunt cōstrictiui ⁊ retētiui materieruȝ: que māe male corrupte si retinerent̄ eēt maximus timor. īmo opȝ vt oīo expellant̄ iuuādo virtutē cū vomitu ⁊ secessu ꝺm moduȝ supra dictū de exhibitiōe aque calide. Et hoc notauit in p̄ia ꝑte semꝑ intelligēdo ꝯstante virtute vt īfra magis videbit̄. Et hoc notauit Auic. ī caplo colirice passionis cū dixit: Et oȝ vt ꝯsideres id qd̄ egredit̄ dū eīm ꝑseuerat exeūdo chilus: ⁊ aliquid hōgeneū ei ⁊ cibus nō ꝯcedit̄: cuius retētio oīno aliquoꝝ modorū in ipso eīȝ est timor magnꝰ ⁊c. sȝ voluit Rasis ꝙ quādo est euacuata mā cibalis vel aliter corrupta: ⁊ ꝓpter dolorē ⁊ pūctiones circa stomachuȝ aliunde fluūt materie ad stomachuȝ vt succurratur membro qui etiā fluētes humores cause sunt dicte colirice passiōis: ⁊ nō ē remissa dicta colirica passio ꝑ potū aq̄ calide: vt supra dictū ē vomitiua mā priꝰ nociua: tūc a p̄cipio iter reliq̄s oꝑatōes d̄bēt exhiberi trocisci d̄ olibano cū rob maloꝝ granatoꝝ qui sūt aromatici cōfortatiui ⁊ ꝯstrictiui ipiꝰ stomaci vt ifra ī descriptōe ꝓpria videbit̄. Et exhibeat̄ cū aq̄. s. rosaꝝ vel plantaginis vel mente ꝺm diuersitatē materieꝝ calidaꝝ vel frigidaꝝ: sȝ tñ dȝ eē actu frigida ad maiorē corrugationē stomaci: ⁊ dȝ exhiberi ī modica quātitate: vt dādo. ℥. j. vel. ij. ad plus ꝯputato rob de granatis cū. ʒ. j. dictoꝝ trociscoꝝ. Et si natura euomerit cū stet in actu quasi cōtinue expulsionis, nō dȝ medicus desistere: īmo reiterato exhibere. Nā tandeȝ facta impressione in stomachū per tales medicinas disponit̄ stomachus ad retinendū. ⁊ quādo bis vel ter pur continuaret̄ vomitꝰ iam eēt signū ꝙ in toto eēt magna ꝯmotio ī humoribꝰ vt fit a toto fluxus ad stomachum: ⁊ exinde, tunc expedit vti alio ingenio ad ꝯuertendū humores ad mēbra ne fluāt ad stomachuȝ: ⁊ ꝓinde ordinauit ꝙ duo adiutoria ⁊ coxe in supremis ꝑtibus ligentur.

Nā facta ligatura forti circa ꝑtes supremas illoꝝ musculoꝝ vbi sunt corde ⁊ ꝑtes multuȝ sensibiles fit dolor vehemēs: ⁊ sic ꝯuertunt̄ materie ad dictas ꝑtes extremas: ⁊ ita ꝓhibētur a fluxu ad stomachū. ⁊ quādo istud nō suffecerit: tunc oȝ vti alio ingenio ad quietādū humores in toto infrigidādo ⁊ ingrossando eos ⁊ emobilitādo motū ī eis: stringēdo ēt meatus ne māe reddantur ꝑate fluere ad stomachū: ⁊ in hoc laudat ꝓijci aquā īfrigidatam supra crura ⁊ pedes: ⁊ ipm̄ ēt corpus īfundi in aquam frigidaȝ. ⁊ ista eadeȝ snīa ponit̄ ab Halyabate 7ᵒ practice capᵒ ꝓprio de ꝑturbatiōe vētris vbi dixit: ⁊ si perturbatio tā īmoderata sit vt extrema refrigerent̄ ⁊ defectus accidat aquā frigidam oȝ ⁊ rosatā super faciē eiꝰ rorare: ⁊ sup. ēt suꝑ reliqua mēbra extrema. ⁊ addit ⁊ cruris stringant̄ lacerti cū fasijs sicqȝ ⁊ brachioꝝ lacerti ⁊ manus ⁊ pedes frica fortiter. ⁊ versus finem capituli dixit. Et si solutio nō amputat̄ ⁊ vomitꝰ alligatione vt diximus vtere in brachijs ⁊ cruribꝰ plantasqȝ ⁊ palmas fortius frica cruraqȝ cuȝ terra armenica cataplasma aceto infusa ⁊ ī frigida mergat̄ aqua. s. totū corpus: ⁊ postea sup. fiat ēplastrū vel ephitima ex sandalis ⁊ rosis: ⁊ apponat̄ supra ventrē: ⁊ etiā dicit Serap. supra dorsuȝ indirecto oris stomaci ad cōfortationem ⁊ infrigidationē aspersis. his ēt cū modico cāphore ⁊ galie muscate: vt dictū est ad maiorē aromaticitatē: ⁊ ita pōt fieri vnguentū ex appropriatis: d̄ quibꝰ videbit̄ loco suo. postea docet supponere pānū infrigidatū in niue. i. in aqua frigida ī virtute ⁊ actualiter vt ī aqua ro. vel plātaginis vel in succo granatorū vel citonioꝝ: ⁊ si calefiat pānus denotat̄ cōtinuus fluxus materierum calidaꝝ: iō tunc ē remouēdus dictꝰ pānus ⁊ alius similiter īfrigidatus vt prius desuꝑ ponēdus ad ꝓhibitionē fluētis materie ⁊ ꝯfortationē stomaci. Circa dietā dixit ꝙ ē danduȝ vinuȝ vetus ad potandū paulatiȝ stāte virtute prostrata ad viuificationē ⁊ facilē eius ꝯuersionē ⁊ paulatiȝ vt meliꝰ retineat̄ ⁊ ī cā calida exhibeat̄ mixtū cū rob granatoꝝ ad īremissionē inflāmatōis eius de quo si biberit. s. ⁊ retinuerit ampliꝰ tribuat̄: ꝙ si nō retineret pur paulatiȝ d̄ eo det̄ ⁊ sup. postea fortificata aliqualiter virtute ad possendū panē trāsmutare: panē infusuȝ in succo malloꝝ granatoꝝ īuitus cogēdus est sumere sed modice quātitatis. Et Haly. exhibebat panē bis coctū cum aqua idest brodio pulloruȝ ⁊ franguillinoꝝ supple ⁊ auiū montanaꝝ ꝺm ꝙ coniungit̄ de materia calida vel frida ⁊ ī hoc opȝ eligere ea que sunt magis grata ⁊ sepent̄ oīa abominabilia vt infra latiꝰ videbitur. ⁊ si pur vomuerit iterū dādum est vt dicit vt aliquid retineat̄ ad ꝯfortationē virtutis. ⁊ ex his oībus pȝ snīa huius totius partis lege eā. Qd̄ si sincopis. Jsta ē alia pars in q̄ Rasis ponit diuersa ingenia curatiua ad restaurationem a sincopi gradādo ea que offerunt̄ ꝺm diuersa tꝑa sincopis. Naȝ primo offert

offert ea que cōueniūt cū ē in ipsa sincopi. 2° ea que magis cōueniūt cū īcipit releuari a sincopi: ⁊ ea ēt que magis in declinatōe ꝑoxismi ꝯueniūt. De oībus his partibus dixit ꝙ si sincopis supuenerit ī hoc itelligat̄ d̄ sincopi facta per viā exolutōis virtutis per multā eūonē ⁊ superfluā spūuz resolutōez. Addit: muscum.i.granū.j.musci vel.ij.cū rob granati vel cuz vino dare ꝯueniēs ē illi vim inferendo: ex quo verbo īnuit ꝙ corpus est in actuali ꝑoxismo: vñ aperiendū ē os eius violēter ⁊ ī eo ītra dētes īmisso frusto ligneo ē īmittēdus muscus cū rob granati vel cum vino. Nā stante cā que precessit calida multū ⁊ acuta pōt exhiberi cū rob granatoꝝ vt.℥.j.vel cū vino ī cā minus cal'a ⁊ eiusdē q̄ztitatis. Sed ī omni cāu ego magis laudarē ꝙ exhiberet̄ cū vino ad maiorē restauratōez ⁊ citiorē penetrationē. nam vinū ē in casu necessariū vt in caplo superiore visuz ē de mēte Auic. tñ non icōueniret precedēte cā multū ignea vt secum misceat̄ aliquid de rob granatoꝝ. Nā in ca ēt ē aliqualis vix resūptōis lȝ modica. Addit: ⁊ succus carnis edine ⁊ pulline cū pauco succo citonioꝝ ⁊ vinū mixtū in potu ē tribuendū.i.facta aliquali vigilatōe ⁊ aliquali releuatōe: tūc detur aqua carnis non cuiuscūqȝ īdifferēter sed edine ⁊ pulline ⁊ maxie precedēte causa calida vt plerunqȝ ꝯtingit: ⁊ fiat aqua carnis fm̄ moduz sepe dictū: sumendo dictas carnes ad frigidū declinātes ⁊ bulliendo in aqua debite quātitatis longa ebullitōe vsqȝ ad sepationē carniū ita vt nūquā alia aqua supaddat̄ decoctōi: postea in fine decoctōis pistent̄ dicte carnes cū pistello ligneo aliqual'r ⁊ iterato bulliant cū pria decoctōe duab⁹ vel trib⁹ ebullitōib⁹ postea exprimant̄: vel inter duo incisoria fortiter ꝯstringēdo vel intra mantile raꝝ: qd̄ ꝯstringat̄ 2° modo reuoluendo fm̄ extrema eius ⁊ fortiter exprimēdo succū de carnib⁹: ⁊ ita dictus succus etiaz postea addat̄ prime decoctōi ⁊ iterato bulliat duabus ebullitōib⁹ cū ea postea colletur ⁊ āmoueant̄ ab eo partes pingues natantes sursuz ⁊ reliquū reseruet̄ pro vsu ⁊ pōt ꝯseruari per diem nālem ī estate ⁊ ꝑ duos ad plus in hyeme: ⁊ hoc appellat̄ succus carnis vel aque carnis. Et de hoc pōt exhiberi.℥.j. cū.℥.s. vini ad citius penetrādū: ⁊.ʒ.ij.succi citonioꝝ vel rob eius ad cōfortationē stomaci ne remittat̄: si ēt aromatizet̄ cum modico musci vel ambre magis valebit in casu. Et nota ꝙ post duas horas releuata magis virtute poteris postea de eodē exhibere.℥.ij.vel.iij. ēt cū modico vini: ⁊ tunc cū ē dandū dȝ calefieri ī duplici vase ponēdo ipsuz in vitro ⁊ vitrū ponēdo in aq̄ tepida ī lebete: postea paulatiz calefiat: ⁊ non erit ibi necessaria bullitio ꝓpter exolutōez aromaticitatis musci vel ambre. Addit preterea ponēdo vnum īgeniū maxime ad vigorādā appetitiuā valens in omni deiectōe appetitus qd̄ ē aliqual'r viuificatiuum virtutis ⁊ restauratiuū ⁊ ē notabile ingeniuz ad hoc dixit: Pulli p̄terea sūt assandi ⁊ sup. postea aspgēdi cū aq̄ ro. vel vino citonioꝝ: ⁊ ante nares ipsius scilȝ infirmi sunt distirpādi. ⁊ hoc ītelligit̄ nisi abhorreat odorē carniū. nā in his nō ꝯueniret. Et multi ī hac dispōne nō tm̄ abhorrēt carnes: īmo quidaz eoꝝ abhorrēt ēt odorē panis vt dicit Aui. ca° ꝓprio: ⁊ īfra magis videbit̄. Sȝ qūocūqȝ oȝ vt euitent oē qd̄ ꝯmouet ī eis subuersionē aīe: ⁊ oȝ vt restaurēt̄ supra odores ꝯfortatiuos eis gratos. Addit ꝯñr ponēdo duo simplicia medicinalia ī casu valētia: sed magis ad pricipalez dispōnez q̄z ad sincopim ꝯfortādo os stomaci ad retinēdū dicens: Et thus ēt dandū est vt ipȝ masticet ⁊ postremo trāseat paulatiz: pȝ ꝙ in casu vt dictū ē valet. Addit: ⁊ postremo bolū corasenū.i.boluz illi⁹ ꝯtrate cū cāphora ꝯditū tribuat̄ ad eandē intētōez: quid sit spāliter nō reperio.

Quicquid aūt ⁊c̄. Ista est alia ꝑs in qua postremo determīat de cura stāte dispōne pricipali ī declinatōe vera ⁊ ꝯtinuādo cū p̄cedentib⁹ dixit: Quicquid aūt de hui⁹ passiōis cura hucusqȝ dixim⁹.s.multiplr diuersificādo remedia donec vomit⁹ sedaret̄ ⁊ stomachus cibuz recipiat fieri ꝯuenit: postq̄z vero stomachus ipsi⁹ cibū recipere poterit sup. ⁊ debite retinere: tūc sup. desistendū est a dictis supra: ⁊ est nutriēdus eger sup. paulatim cū cibis laudabilib⁹ accedendo paulatiue ad ꝯsueta: ⁊ paꝝ vini veteris bñ redolentis ī potu sumat ad rectificādū virtutē. Signāter dicit paꝝ ne fiat fluctuatio ī stomacho. Addit: ⁊ dormire īcipiat: que pars ꝯtinuāda est cū ꝑte supiore vbi dixerat: quequid aūt de hui⁹ passionis cura hucusqȝ dixim⁹ fieri ꝯuenit donec vomit⁹ sedet̄ ⁊ stomachus cibū recipiat ⁊ dormire īcipiat: nā tūc nutriēdus est ⁊c̄. Cōsequēter ponit descriptōes trociscoꝝ de olibano valentiū ad vomitū. ℞. boli corasení: credo ꝙ sit bolus armen⁹ q cordialis ⁊ stiptic⁹ exñs ī cāu vȝ thuris amboꝝ añ.ʒ.j.s. cāphore galiemuscate vel elefangine: sed elefangina ē vt dicit Mes. qua cōiter vtunt̄ auctores gariofi. añ. vj. partē.ʒ. vni⁹.i.scropuluz mediū fiant trocisci pōderis.ʒ.j. Et ponit iuuamētū dicēs: Di cuz vomit⁹ multū affuerit cum rob granatoꝝ sup. exhibeant̄ sumēdo.ʒ.j. vt supra dicebat̄ cuz.℥.j.vel.ij.rob granatoꝝ. Nā pȝ ex virtute simpliciū qūo in casu ꝯueniūt. Nā est ꝯfectio multū aromatica ꝯfortatiua ⁊ quasi tēperata. Addit ponēdo qūo fiat rob granatoruz dicēs: ⁊ succus gra. acetosoꝝ sumat̄ ⁊ ꝑ noctē vnā aut ampli⁹ dimittat̄ donec qd̄ grossuz ē in fundo residcat.i.faciat debitā residentiā. deide coquat̄.s.subtile colatū ⁊ dispumet̄.s.ꝯtinuo dum bullit ⁊ inspisset̄ donec iulep similitudinē hēat: ī quo ab igne deposito adhuc tñ calido manēte stipites viridis.s.granati ī ipso mittant̄ ⁊ dimittat̄ ꝑmanere donec īfrigidet̄ ad maiorez stipticitatē inferendo. Cūqȝ īfridatū fuerit exhibeat̄. Addit: ad cui⁹ similitudinez sirup⁹ de citoniis ⁊ sirup⁹ de malis macianis.i.pomis acetosis siluestrib⁹ fieri ꝯuenit.i.sicut rob de granatis paulo ante dictis ꝯponit̄ vel perficit̄. Cōsequenter vltio reuertit̄ ad ponēdū vnū īgeniū valēs ī colirica passione qñ reliq̄ nō suffecerit qd̄ est multū forte ad ꝓhibendū vomitū ⁊ fluxū: ⁊ dȝ esse extremū q̄si in opere vt ēt posuit ipm̄ Ras: q: est violentū ad retinēdū dixit: Si aūt vomit⁹ aliq̄ hora īualuerit ⁊ supfluerit: magna vētosa stomacho supponat̄.i.īfra stomachū ponat̄ versus partes vmblicales ad ꝯuertendū mām in deorsuz ⁊ ꝓhibēdū ne ascēdat: ⁊ sup. ecōuerso si intēdamus magis ꝓhibere fluxū ventris ē ponēda vētosa magis sursum ad stomachū ⁊ in medio spatularum. nā est forte remediū ad istam intētionē: sȝ debȝ esse magna ⁊ sine incisione: vt ēt dixit Haliab. capitulo ꝓprio: ⁊ sic sit finis capituli textualiter cum laude dei.

Quid nomis colirice passionis. Expedita ⁊ cōpleta gnāli expōne capituli cū notatis sūmariis: nūc ex ordine ꝓ clariori intelligētia māe sunt videnda quinqȝ ꝑ ordinē. Primo de quid nois ⁊ quid rei colirice passiōis. 2° sunt ponēde distictiones eius. 3° erunt ponēde cāe. 4° erunt ponēda signa: ⁊ primo ꝓnostica euent⁹: deinde ad bonū ⁊ ad malū: ꝯñter demōstratiua eiusdē ⁊ generis ⁊ specieꝝ. Ultimo veniēdum est ad curam.

Quid nois igit̄ colirice passiōis a q̄busdā dicit̄ colirica passio ab ītestino colon: q: cōicat̄ passio nō tm̄ stomacho ⁊ ītestinis gracilib⁹: sȝ ēt grossis: ⁊ aliqui arbitrant̄ ꝙ dicat̄ colirica passio a colera: ⁊ q: sepe fit pēdens a colera: ⁊ q: eius sunt sena accidentia: sicut ēt accidentia colere. Sȝ Alex. neutra haꝝ sniaruz placet. dixit eiz: Nemo enim existimet ꝙ ꝓpter coleras vocat̄ hec passio q: effusio colirica ē. Sed declarās vñ dicat̄ talis dixit q: colirica passio īmoderata cōturbatio est ꝑ ventrez.i.ꝑ secessuz ⁊ vomit⁹ effusiōes cū molestia ⁊ turbatōe stomaci ⁊ vētris. Sȝ qm̄ ex ītestinis videt̄ fieri effusio matcrieꝝ per vētrez i.ꝑ deorsuz ⁊ os.i.os supius: ītestina eiȝ collidas vocant antiq̄ sicut dicit Homerus auctor dicēs: collidas vñ hec passio colirida in intestinis dicit̄ sed scribit̄ colirica.

Quid rei. Quid aūt rei dicit ipe describēdo: qm̄ q̄dem colirica passio acutissima ē: ⁊ sincopim acutā infert sup. aliquotiēs cū solōne vētris ⁊ vomit⁹ īmoderata effusione: ⁊ deinde descriptiue possȝ declarari ꝙ colirica passio est passio acutissima saltem vt ī plurib⁹ cū īmoderata solutiōe ventris ⁊ īmoderato vomitu. ⁊ eidez ꝯsonat textus Rasis circa litteram ī principio vt ē supra declaratū. Gal. aūt 6° de accidēti dicit in snia cū stomachus opatur ad expulsionē rei nociue per os ad qd̄ declināt supfluitates supple ꝑ os sursuz vel deorsuz. Et spāliter cū totus stomachus hoc opatur ꝑ os suū superius: ⁊ ꝑ os suū inferius.s.ꝑ vomitū ⁊ secessum hec sup. dispō ꝑturbatio ventris noīatur: ⁊ hec ē colirica passio. ⁊ sic colirica passio est motus stomaci p̄ternām cū opatur stomach⁹ ad expulsionē rei nociue expellēdo supfluitates ꝑ os superi⁹ ⁊ ꝑ īferius: vnde ita violētata ē nā ex malitia materieꝝ vel multitudine earuz vt sinthomatice nitat̄ nā expellere dictas mās per oēȝ viā: ꝑ quā possibiliter expellere pōt. ⁊ iō ⁊ per supius ⁊ īferi⁹ expellit ⁊ cōsequēter ꝑturbatio vētris dicit̄.i.laboriosa. ⁊ ꝓinde Auic. 16ª tertii ca° gnāli d̄ solutōe vētris oīuz modoꝝ describēs coliricā passionē: dixit colirica passio ē motus materieꝝ corruptaꝝ non digestaruz ad expulsionē ex via ītestini sup. ēt ⁊ oris.s.expulsarum a stomacho redeuntiū ad ipm̄.s.stomachuz vel intestina a corpore sup. aliquotiēs ⁊ sup. aliquotiēs circa stomachū nō digestaruz: ⁊ sic fit sup. talis mot⁹ ⁊ expulsio fm̄ acuitatē.s.materie ⁊ laborē expulsiue.i.violentiā ⁊ stimulū factum in expulsiua virtute vñ cogit̄ ad expellenduz ex acuitate materie: ⁊ ita pȝ ꝙ ad coliricā passionē exigit̄ virtutē stomaci esse multū irritatā a mā siue aliūde ad stomachū fluxa siue ibidē paulatiue aggregata indigesta: ⁊ ita sinthomatice quodāmodo expellit: ⁊ ita ex labore expulsiue.s.īducta illa dcā violētia ab illis materieb⁹ corruptis vel al's malitiatis: quaꝝ acuitatē ⁊ laborē expulsiua tollerare nō pōt ⁊ ita expellit: ⁊ ꝓinde hec egritudo ē multū acuta ⁊ nō habet ītermissionem: vt dicebat Serap. ꝙ saltem verum est vt plurimum ⁊ hec sufficiant.

Distinctiones. Ueniendu ȝ iam scd̄o ad diuisiones ⁊ spēs hui⁹ colirice passiōis sit hec prima distinctio: quedā talis dispō accidit incipiēdo: ⁊ quedā post alios morbos sequit̄. 2ª distictio seqnēs post alios morbos: q̄dam ē cretica vincēte nā ⁊ quedā nō. 3ª distinctio: quedā cōiungitur in corꝑe debilis stomaci debilis appetit⁹: ⁊ ēt in aliis virtutibus debili: quedā ī corꝑe forti. Alia distinctio: quedā ē acuta multū ad quā sequūtur accidētia terefaciētia ⁊ virtutez ⁊ sepe medicū: ⁊ quedā nō multū acuta. Alia distinctio: quedā ē talis ī principio cum mouet̄: ⁊ quedā est talis in medio sui motus ⁊ statu: ⁊ quedā in declinatiōe. Alia distinctio: quedā sequitur principalr nocumentū materieꝝ ī stomacho vel in ꝑtib⁹ vicinis aggregataꝝ: aliqñ nocētiū quātitate ⁊ multitudine: aliqñ indigestaꝝ ⁊ alterataꝝ vel putrefactaꝝ: ⁊ aliqñ sequit̄ p̄ūtiaz ciboꝝ acutoꝝ ⁊ mordicantiū: ⁊ aliquotiēs fit aliq̄ talis ex defluxu materierum a toto vel a ꝑticulari mēbro fluētibus dictis materiebus ad stomachū ⁊ intestina: ⁊ aliqñ talis fluxus ē cā primitiua sola: ⁊ aliqñ cōiungit̄ cum nocumento materierum circa stomachum: ⁊ hec de secundo.

Cause. Jam veniēdo ad tertiū principale.s.ad cās. Prīo gnāliter dicat̄ ꝙ cāe hui⁹ passionis sunt due.s.mā nocēs siue ꝑ acuitatē siue ꝑ multitudinē. 2ª cā ē labor virtutis in expellēdo. Sed de causis magis remotis pōt fieri diuisio ꝙ causarū quedā sunt intrinsece ⁊ quedā extrinsece. Et de causis intrinsecis quedā dicūtur tales eē per eēntiā ledētes ⁊ quedam ꝑ cōitatez. Per eēntiā ledentes sunt vt malitia ꝯplōnis queli-

bet simplex ⁊ composita siue mã que imediate facit ad indigõez ⁊ coꝛruptionẽ malitie: ẽt mãles hũoꝛales ĩ stomacho ledẽtes sũt de cãis per eẽntiã nocentibꝰ. Malitie ẽt ꝯpõnales maxie ꝺ apostematibꝰ ⁊ solutõe ꝯtinui in stomacho ⁊ intestinis sũt de talibꝰ cãe per cõitatẽ pñt eẽ a toto vel a ꝑticularibꝰ mẽbꝛis vt ab epate cerebꝛo ⁊ splene vel ab alijs trãsmittẽtibꝰ mãs malas ad stomachuꝫ vel ẽt ĩtestina. De cãis aũt extrĩsecis sũt oẽs cãe ducentes vel ad nauseatiuã satietatẽ vel ad coꝛruptionẽ cibi vel inflãmationẽ ⁊ adustionẽ vel ad venenositatem vel ad acuitatem quõlibet: ⁊ sic aer excessiue caliditatis adurẽs humoꝛes in toto vel in stomacho vel aer excessiue frigiditatis debilitãs digestiuã membꝛoꝝ ⁊ stomaci vel niã quãtitas cibi sumpti: vnde non sufficiẽter põt digeri vel motus inoꝛdinatus post cibũ ẽt debite quãtitatis vel vigilie suꝑflue debilitãtes ⁊ passiões animales tristes vel resoluẽtes vel cibi male qualitatis siue acute pungentes vt cuꝫ multis aromatibus facti vel multum acetosi vel cibi coꝛruptibiles vt lac vel parati iam putrescere vt carnes ex multo tp̃e moꝛtue: vel ẽt cibi parati ꝯuerti in venenosaꝫ quasi qualitatẽ vt melones cucurbite persica vel grisomille ⁊ potus actu multum frigidoꝝ ⁊ spãliter potus aque frigide vel idebita preparatio ciboꝝ vel ioꝛdinatio cibi sumpti. Iste oẽs cãe ⁊ similes que eẽ pñt cãe debilitatis digestiue vel coꝛruptõis eius ꝺ quibꝰ ẽt videbiꝛ in caplõ sequẽti. nã tales oẽs cãe pñt eẽ cãe huiꝰ passionis: qm̃ vt dixit Alex. hec passio colirica non ex vna cã sꝫ de pluribꝰ: q: ⁊ qualitate sola fit sup. mala ⁊ ex malis humoꝛibꝰ ⁊ de cibis ⁊ potibꝰ ⁊ de his que nõ sũt apta stomacho qualia sunt melones ⁊ pinguia dulcia ⁊ oleum nimiũ in cibis ministratum. Fit ẽt ex abũdãtia colere. i. humoꝝ per cõitatẽ sursuꝫ vel deoꝛsum transmissoꝝ ad stomachũ vel intestina irritata nã excernẽti. Fit aũt ex aeribus fridis occurrẽtibꝰ. i. epithimatibꝰ aliquibus aut aque frigide lauatõe multa: aut si potata fuerit aut certe si suꝑinfundiꝛ aqua frigida ⁊c̃. hec ipse. Nã oẽs tales cãe supple addunt vt cibus nõ sufficiẽter digeraꝛ: siue ĩ stomacho siue in alijs mẽbꝛis. Et tunc dicebat Auic. in caplõ pꝛopꝛio colirice passionis: Cibi nãqꝫ cũ nõ digeruntꝛ valde. i. ꝑfecte cõuertuntꝛ ĩ humoꝛes nõ ꝯueniẽtes coꝛpoꝛi: ⁊ mouetꝛ nã ad expellendũ eos a coꝛpoꝛe cum grauant supꝛa ipsum ex partibꝰ sup. in quibꝰ sũt cũ sp̃ebus vomitus. s. colerici ⁊ aquosi ⁊ eruginosi qñqꝫ ⁊ sp̃ebꝰ fluxus ventris sup. silr̃ ex talibus humoꝛibꝰ ꝭm sup. qꝛ ꝯuertũtꝛ tales cibi cũ non digeruntꝛ ad diuersos hũoꝛes. Et Gal. 6° de accidenti caplõ 2° dixit: Dico vomitũ frequentẽ fieri ꝓpter nimiã quãtitatẽ. s. cibi vel humoꝝ grauantẽ stomachũ: vel quia stomachus purgaꝛ qꝛ nequit illã mãm sustinere: hoc quoqꝫ fit eo qꝛ cibaria non sunt plene digesta. ideoqꝫ mutantꝛ ĩ acetositatem aut fumositatẽ siue in amaritudinẽ vel acumẽ. i. acuitatem quãcũqꝫ indifferẽter. Et addit: itẽ ẽ alia res que cogit vomere stomachũ quãuis nõ aggrauet vel pungat que ẽ res extra nãꝫ. Oẽs enim res cõtra nãm in hoc ꝯueniũt qꝛ nutrire nõ pñt: ideo sup. nã expellit. Et spãlius ĩ eodẽ caplõ loquẽs de his que pungunt nãm ⁊ stimulãt expulsiuã stomaci dixit: Quattuoꝛ res sũt ex quibꝰ pungitiua gñatur mã. vna ẽ venenosa virtus coꝛpus ingrediẽs siue sola siue cũ cibo: ⁊ ita ibi videꝛ innuere qꝛ mala q̃litas venenosa mediante aere cõicata vel aliter ẽt sine cibo põt eẽ de cãis pũctõis ⁊ ꝯñter ad vomitũ ⁊ ad secessũ. 2ᵃ vero est mã pungitiua ꝺ coꝛpoꝛe fluens ad ventrẽ ⁊ sic innuit cãm ꝑ cõitatem. 3ᵃ vero ẽ coꝛruptio cibarioꝝ ĩ malã qualitatẽ mutatoꝝ: ⁊ sic includit omnes causas pꝛimitiuas ad hoc adducentes. 4ᵃ est materia mala in stoma. i essentia generata vel in ventre sicut in disinteria contingit que fit propter mala vulnera in intestinis: ⁊ ita supple itelligas ⁊ in stomacho. Et ista est magis de causis ꝑ essentiã ledentibꝰ. Addit: posseꝫ adhuc qntã diuisiõis ꝑtẽ addere. i. sensus illiꝰ istrumẽti acumẽ siue nãle siue accñtale sit: sed veꝝ est qꝛ ista cã tenet se magis ex ꝑte pꝛĩcipij passiui q̃ꝫ actiui: ⁊ hec sũmatiꝫ de causis sufficiant ⁊c̃.

Signa.

Sequiꝛ ꝯñter ponere signa colirice passiõis: ⁊ pꝛ° ꝓnostica euentꝰ: deinde ad bonũ ⁊ ꝯñter ad malũ ⁊ postea ꝺmõstratiua absolute generis ⁊ postea specieꝝ. Signũ ergo ꝓnosticũ euentꝰ sumiꝛ p̃cipue ex p̃cedenti regimĩe vt qñ coꝛpus vsuꝫ fuerit malicia regiminis ꝑducente ad coꝛruptõem ciboꝝ ⁊ humoꝝ vt ex nauseatiua satietate ⁊ nimia ciboꝝ replone ⁊ ex motu ioꝛdinato post cibũ sumptuꝫ vel ex sumptõe ciboꝛuꝫ coꝛruptibiliũ de quibꝰ dictũ est in causis: ⁊ maxie si ꝯiungereꝛ debilitas stomaci nãlis ex gñatõe: vel accñtalis ꝓpter cãs dissoluentes ⁊ minuẽtes virtutẽ vt de coitu suꝑfluo qui plurimuꝫ debilitat stomachũ: vel ꝓpter fe. ⁊ moꝛbos p̃cedentes diuturnos vel alias similes cãs: ⁊ p̃cipue si ꝯiungaꝛ acuta sensibilitas stomaci ⁊ intestinoꝝ. Nã his p̃cedentibꝰ põt fieri argumẽtum satis ꝓbabile de futura colirica passione ⁊ magis ꝓxime cũ cõiungiꝛ nauseatiua satietas ⁊ abominatio cuꝫ p̃dictis accñtibus quasi significat ĩmediatã futurã coliricã passionẽ: si ẽt ꝯiungaꝛ punctio ⁊ doloꝛ circa stomachuꝫ ⁊ ĩtestina cum his vt dicebat Ras in pꝛĩcipio capituli nostri: tunc est signuꝫ magis ꝓximũ ẽt ad euẽtuꝫ. Scd̃ꝫ ꝓnosticũ magis spãle in hñtibꝰ stomachuꝫ debile nãliter vel aliter ex paucitate sp̃ũum ꝯcurrentibꝰ aliq̃bꝰ vel pluribꝰ de signis dictis supꝛa ẽt cõibus ⁊ nõ ĩmediatis: expectare oꝫ coliricã passionẽ in estate aut autũno. Cõclusio pꝫ ꝑ id qd̃ in autũno ⁊ estate fit multiplicatio maloꝝ humoꝝ ꝓpter debilitatẽ digõnis ĩ talibus tp̃ibus maxie ꝯtingẽteꝫ. Et istam sniaꝫ posuit Aui. cum dixit: Et colirice quidẽ passiõis plurimũ nõ accidit nisi ĩ estate ⁊ autũno ꝑꝑ debilitatẽ digõnis ĩ vtrisqꝫ: ⁊ ita minoꝛaꝛ in hyeme ⁊ vere ꝓpter virtutes nãles saltem ĩdebite dispositis: ⁊ nõ debilibꝰ foꝛtioꝛes esse his tp̃ibus: ⁊ maxie ad hoc facit qꝛ tp̃e estatis ⁊ autũni comeduntꝛ fructus qui de se sunt ꝑati adducere ad coliricã passionem sicut sunt crisomille ⁊ melones ⁊ grana pini nõ p̃parata ꝑ ĩfusionez: que grana sũt de nocentibꝰ stomacho ĩꝫᵃ tertij. Nã talia sunt ex his q̃ mouẽt ad coliricã passionẽ vt dicit Auic. ĩ caplõ ꝓpꝛio. Si ẽt post dictos fructꝰ sumaꝛ potꝰ aque fride multe quãtitatis: fiet ẽt certioꝛ significatio. Signuꝫ vero ꝓnosticũ ad bonuꝫ dicebat Aui. Et ille qui ꝯsuetus est ĩcurrere coliricã passionẽ nõ hꝫ ex ea timoꝛẽ sicut ille qui nõ assuetus est eã: qꝛ arguit cãm debilioꝛẽ ad faciẽduꝫ q̃ꝫ in nõ ꝯsuetis cam nã nõ sustinet cãm foꝛtem ad ledẽdũ: ẽt qꝛ ex assuefactõe facilius tollerãt qꝛ significãt saltem maioꝛẽ passibilitatẽ mẽbꝛoꝝ. ⁊ ꝓpter istam cãm est minꝰ timoꝛosa ⁊ in ĩfantibꝰ ẽt minus vt sentiebat Auic. Nã lꝫ facilius accidat eis ꝑꝑ multiplicãdas ĩdigõnes: nõ est tñ ĩ eis tanti ꝑiculi vt ĩ robustis. Vñ dicebat Serap. caplõ ꝓpꝛio: Et hec qdẽ egritudo plurimum aduenit infantibꝰ. viris aũt decrepitis si eueniat ꝑuenit cum eis ad vehementiã ⁊ ꝓpꝛie illis quoꝝ lacerti sũt grossi ⁊c̃.

Nã sup. tunc denotaꝛ qꝛ cã ĩ coꝛpoꝛibꝰ talibꝰ foꝛtibꝰ multũ foꝛtis fuit ad ĩducenduꝫ: ideo magis ꝑiculosa est. Aliud pꝛonosticuꝫ est Aui. ad bonuꝫ: illa colirica passio cuius cã est coꝛruptio cibi. s. vniꝰ tãtuꝫ vel sup. vnica vice facti ĩcolumioꝛ est ea: cuiꝰ cã est frequẽtia coꝛruptõis post coꝛruptionẽ. i. q̃ꝫ antecessit multiplicata ciboꝝ coꝛruptio: hoc ĩtelligiꝛ ceteris paribꝰ in malitia cibi coꝛrupti vt pꝫ ĩtelligenti: qm̃ vnica coꝛruptio posseꝫ deducere ad gñationeꝫ alicuius humoꝛis venenosi ex dispõne obiecti taliter pꝛeparati ad quã malitiam foꝛsitan non adducerent multiplicate coꝛruptiões succedẽtes ad cibũ laudabileꝫ sꝫ coꝛruptũ ꝓpter subitũ ⁊ repẽtinũ motũ factũ post cibũ: ⁊ tunc senioꝛ cẽt colirica pendẽs ex coꝛruptiõe illius vniꝰ cibi: q̃ꝫ qñ precessissent multe coꝛruptiões: sꝫ ceteris ꝑibus vbi equalis malitia sequaꝛ ad quãlibꝫ cibi coꝛruptionẽ: tunc cõclusio ẽ expꝛesse vera. Aliud ꝓnosticũ ẽt ad bonũ: colirica ꝯtingẽs ex cã pꝛimitiua faciente coꝛruptionẽ in cibo nisi fuerit cã venenosa: sed magis ex malitia regiminis incolumioꝛ ẽ q̃ꝫ ꝯtingens ex humoꝛibus coꝛruptis a toto demãdatis vel a pluribꝰ mẽbꝛis ad stomachũ sinthomatice expulsis. pꝫ cõclusio qꝛ facilius coꝛrigibilis ẽ per euãtionem ꝑ vomitũ vel secessum talis cibi coꝛrupti malitia q̃ꝫ humoꝝ coꝛruptoꝝ in toto vel in pluribꝰ mẽbꝛis: vt pꝫ. Aliud ꝓnosticũ ẽt sumptũ ex ꝑte mãe qñ fit exitus per vomitũ vel secessum materiei nõ simpliciter pꝛaue vt mãe flegmatice aquose vel salse vel de cibo coꝛrupto: si ẽt a pꝛincipio appareãt accidentia terefaciẽtia de ĩquietudine ⁊ instantia vigiliaꝝ ⁊ tensione ⁊ singultu nõ pꝛeterea ẽ multũ verendũ: pꝫ cum tales mãe sint satis facile coꝛrigibiles a docto medico. Et ex oppositis pñt fieri signa ꝓnostica ad malũ vt cũ. s. fit colerica passio in coꝛꝑe foꝛti ĩconsueto ⁊ hyeme qñ nõ tñ p̃cessit vniꝰ cibi coꝛruptio: sꝫ multiplicata coꝛruptio: nõ tñ in stomacho sꝫ in venis totius ⁊ ĩ mẽbꝛis: tunc ẽ mala significatio. Aliud ꝓnosticũ ad malũ qñ in ꝓcessu facta virtutis dissolutiõe ⁊ adhibitis ꝯueniẽter regiminibus ꝑ medicũ pꝛudentẽ fit in totuꝫ cibi abominatio. ⁊ si aliq̃d violenter exhibeaꝛ de cibo vel potu ꝑ vomitũ facit ipsiꝰ expulsio: tunc ẽ significatio mala ⁊ de eo nõ possumꝰ nisi male sp̃are. nã cum sit ĩdigentia restauratiõis ꝓpter dissolutionẽ ⁊ nõ possit fieri nisi ꝑ exhibitionẽ cibi ⁊ potus si debite ꝯuerterẽtur: sequitur manifeste si nõ retinẽtur ꝓpter vomitũ fit quasi salutis desperatio. Sꝫ hic bene notate: qm̃ vt recte dicit Aui. aliquotiens in colirica passione mala ⁊ male terminatura a pꝛĩcipio cuius accñtia sunt remissa multũ: de pũctiõe doloꝛe vomitu ⁊ fluxu nõ laboꝛiosis neqꝫ de malis materiebꝰ appꝛentibus: sꝫ apparebit. Excẽpliꝑ a tantũmõ cibus coꝛruptꝰ ⁊ indicabit medicꝰ futurã salutẽ ⁊ ꝓximaꝫ: ⁊ tñ in ꝓcessu manifestabuntꝛ accidentia pessima. vñ dixit: ⁊ colirica passio quideꝫ mala. i. aliquotiẽs mala incipit in pꝛimis cũ leuitate. s. accidẽtiũ sup. de grauitate circa ventrẽ ⁊ stomachũ ⁊ extẽsione ⁊ mutatiõe eructuatiõis a dispositiõe nãli ad inaturalẽ ⁊c̃. Et de doloꝛe remisso cũ pũctiõe deinũ accidũt doloꝛ ⁊ punctura ĩ vẽtre ⁊ intestinis intẽsa ⁊ dilatatur. s. ꝑ intestina: ⁊ ascẽdit ad stomachuꝫ ꝓpter multitudineꝫ eius qd̃ nocet ei ex humoꝛibꝰ acutis veniẽtibus ad ip̃m. ⁊ iõ addit ⁊ ꝭm plurimũ tũc sunt fluxꝰ vẽtris ⁊ vomitꝰ simul: quasi innuat qꝛ a pꝛincipio cũ nõ erant fluxe aliũde ad stomachũ materie nocẽtes succedebat fluxus vomitui: ⁊ vomitus fluxui. Etiã ꝓpter acuitatẽ materieꝝ fluxaꝝ ⁊ laboꝛem expulsiue fiũt simul fluxus ⁊ vomitꝰ: vt ẽt supꝛa declaraui. Et ex hoc tex. nota, qꝛ lꝫ pꝛima cã faciẽs coliricã passionẽ fuerit coꝛruptio tñ cibi vnius: ⁊ vt sic merito huiꝰ deberet eẽ colirica leuis: tñ in coꝛꝑe ĩpuro ad doloꝛẽ stomaci ꝓpter dictã mãm coꝛruptã augeꝛ doloꝛ pꝛopter multitudinẽ eius qd̃ fluit ad ip̃m stomachũ ex humoꝛibus acutis veniẽtibus a toto ad ip̃m nã intẽdente succurrere stomacho doloꝛoso: lꝫ Serap. ẽt spãliter adducat aliã cãꝫ ꝯuersionis alioꝝ humoꝝ ad stomachũ ꝓpter cibi coꝛruptionẽ in eo dicens qꝛ res extranea que generaꝛ ex cibo que coꝛrumpiꝛ facit accidere vomitũ sicut medicia que daꝛ ad vomitũ ⁊ attrahit ⁊ aspoꝛtat ⁊ sup. alios humoꝛes ex coꝛꝑe sicut ẽt in illis qui bibũt elleborum attrahiꝛ mã aliunde ad ip̃m stomachuꝫ: ⁊ inde multiplicaꝛ vomitꝰ. nõ ergo cõfidat medicus cũ viderit inceptionẽ colirice passiõis leuẽ in eiꝰ leuitate quare foꝛte mala suꝑueniẽt accidentia. Ultimũ signũ ꝓnosticũ ad malũ cuꝫ virtus sensibilr̃ minuiꝛ ꝓpter mala accidẽtia dicta ⁊ pulsus ꝑgiꝛ. i. quasi non sentiꝛ ⁊ magnificaꝛ frigus sup. ĩ extremis ꝓpter nocumentũ stomaci ⁊ multiplicaꝛ sudoꝛ sup. frigidus in toto ad debilitatẽ cõtentiue ⁊ singultus qui ẽ spasmus stomaci ⁊ aliqñ spasmꝰ fit in toto ad mãm nõ ꝓpoꝛtiõatus ex ꝯpassione stomaci: ⁊ ita similiter

ter sincopis per eandē rōnem ex cōpassione stomaci lꝫ ēt fiat sincopis aliquotiēs post longā euōnem ⁊ ē de inanitōe si ēt ꝙ euomitur vel per deorsuꝫ educiꝶ post eductionem mãe colerice vel aquose prius postea appareat mã fetida ⁊ aliquotiēs per fluxum sicut lotura carnis recētis habēs odorē pinguedinis: ⁊ aliquotiens appareat rasura si cū hoc submergant tempora ⁊ acuatur nasus ⁊ tota facies fiat tornatilis ita vt permuteꝶ facies naturalis ad dispōneꝫ ⁊ apparentiā quasi mortui: tunc ē vehemēter timēduꝫ ⁊ talia simul sumpta sunt signa perditōis. Nā significatur maxima debilitas in virtute cū maximo cōicato nocumēto stomacho ⁊ cerebro ꝓpter frigiditatē extremoꝝ ⁊ spasmū ⁊ sincopim ⁊ ēt significat nocumentū multū cōicatum epati ex fluxu lotiuo cōiuncta ēt prauitate mãe que ex fetida mã declaraꝶ cuꝫ rasura: tunc ex his probabilr̄ ꝯcluditur supra mortē ⁊ ꝓximaꝫ.

uisionib⁹ que fuerūt ꝯtingētie posite ab Auic. ī textu: vt primo
quare est q̄ tp̄e vacuitatis accidit dolor ⁊ sumpto cibo minuit̄.
sumit̄ ex hoc cā qm̄ tēpore famis ꝓfluit malitia ad os stomaci:
⁊ ꝯn̄ter imprimit in substantiaz eius sua mala qualitate: ⁊ ēt cole/
ra forte ēt fluens ad stomachū malā qualitatē imprimit: ⁊ ita fit
dolor ⁊ tm̄ sumpto cibo minuit̄ dolor: tū q: cibus deponit mām
ledentē ab ore stomaci ad fundū ei⁹. ⁊ ita cū fundus stomaci sit
ꝑs minus sensitiua q̄z os eius: minuit̄ dolor ꝑ ꝯuersionē humo
rum ab ore stomaci multū sensitiui ad fundū ei⁹ nō sic sensitiuū
ꝑ cibū. 2° pōt minui dolor post cibū: q: cibus sua corpulētia cō
miscet̄ cū humore: ⁊ sic remittit malitiā ei⁹ ad imprimendū: ēt ali
quotiēs sua qualitate remittit acuitatem humoris vt stāte cibo
frido actualr̄ ⁊ potētialr̄ ꝑ eius comestionē cū humore colerico
minuet̄ impressio acuitatis colere ⁊ sic minuet̄ dolor. Et ex ea/
dem cā de fluxibilitate humoꝝ ad stomachū sumit̄ rō alterius
ꝯtingētie. s. q̄ quibusdam accidit dolor sumpto cibo imediate
vel quasi imediate. Nā fluxa mā ad fundū stomaci vt mā co/
lerica ꝑ poꝝ n̄aliter defcrētem colerā ad fundū stomaci cū abū
dat super eā que requirit̄ ad debitā digōnem fundi stomaci: ita
vt recipiat̄ notabilis ei⁹ portio in cōcauitate eius fundi stomaci
sicut frequēter accidit īfelicibus ī quibus porus deferēs colerā
ad fundū stomaci ē latior eo qui defert ad ieiunuz: siue ēt fluxit
mā melācolica que ꝓfluit ad os stomaci hora famis ad fundum
ipius stomaci. Nā in talibus cū sumit̄ cibus tūc descendēs ad
fundū stomaci sua grauitate ꝯprimit illā mām in fundo existen/
tem ⁊ ita subleuat̄ illa mā versus os stomaci: vnde ꝑueniens ad
ipm ꝓpter ei⁹ īsensibilitatē causat dolorē: ⁊ ita post cibū sūptū
fit dolor qui nō remouet̄ aliquotiēs nisi aut per vomitū illi⁹ ma
terie: aut post digōnem cibi cū cibus expellit̄: q: tunc simul cū
eo dict⁹ humor expellit̄. ⁊ de his dicebat Aui. q̄ plurimi eoꝝ
sunt melācolici: q: in melācolicis abūdat melancolia ⁊c̄. Flux⁹
ergo ⁊ colere ⁊ melācolie ad fundū stomaci cū effundūtur nō le
dunt: qm̄ dicebat Aui. ambe cadūt in ꝓfundū. i. in funduz vbi
nō est magnus sensus. Cūq3 cib⁹ ꝑmiscet eas vt ait remouētur
cum cibo. i. a cibo ꝯprimunt̄ ⁊ ascēdunt ad os stomaci. Sed
ē hic breuis dubitatio q: Aui. dicit q̄ citius ledit melācolia q̄z
colera causando dolorē qd̄ non videt̄ rōnabile cū colera sit cali
dior ⁊ magis mobilis: iccirco videt̄ citius posse ledere colera q̄z
melācolia. Aliqui dicūt q̄ hoc ē: q: nāle ē q̄ melācolia petat os
stomaci ⁊ colera fundū ipius: ⁊ q: iste māe nō causant magnum
dolorem nisi ꝑuenerint ad os stomaci: iccirco citi⁹ ledit melan/
colia q̄z colera ꝑ istū modū. Uel aliter pōt dici q̄ q: melācolia
tardius remittit̄ in malitia a cibo q̄z colera: iō quāuis mā cole/
rica claueret̄ ꝑ ꝯpressionē factaz a cibo sicut ēt melācolia: q: tm̄
colera eēt remissa magis a cibo q̄z melācolia: iccirco nō ita cito
ledit os stomaci sicut melācolia. sz postea colera in ꝓcessu cum
reducit̄ ad suā nālem malitiā: fortiorē postea efficit impressionē
⁊ magis dolorosaz q̄z melācolia. remissio ergo malitie acquisita
ī colera a cibo facit vt colera tardius magnū nocumentū impri
mat vt pz. Et q̄ cibus sumpt⁹ minuat malitiā humoris decla/
rat experimētū: qm̄ aliquib⁹ famescētib⁹ ⁊ dolētibus cū sumūt
cibum minuit̄ dolor: ⁊ hoc nō ꝓpter aliud nisi ꝓpter ꝯmixtio/
nem cibi mixti cum humorib⁹ attractis ad os stomaci hora fa/
mis. Licet ēt dici posset vt supra dicebat̄: q: cū cibo trahūtur
humores in ore stomaci existētes ad fundū eius: ⁊ sic dolor mi/
nuitur ⁊ sic declarat̄ q̄ fluxus hu. ad stomachū ē de cāis dolo
ris stomaci ꝑ verificationē haꝝ cōtingētiaꝝ. Silr̄ ⁊ ꝑ verifi
cationē alteri⁹ ꝯtingētie posite ab Aui. declarat̄ q̄ gn̄atio ven/
tositatis vel flegmatis acetosi vel qualitatis alteri⁹ mordicatiue
acquisite ī cibo cū cibus digerit̄ ē d̄ cāis doloris stomaci. ⁊ hec
ē ꝯtingētia quā ponebat Auic. de hominib⁹ qb⁹ accidit dolor ī
fine spatij ꝯprehensiōis cibi ī stomacho ⁊ apud horam decimaz
⁊ que sequūtur eā vt supra exponebat̄: ⁊ postea remouet̄ dolor
facta digōne cibi ī expulsiōe ei⁹ ad itestina. nam cū stomachus
āplectit̄ ꝑfecte cibū ī fine ꝯprehēsiōis stomacho debili existēte
certo dato agēte debili calore in cibū ⁊ debiliter cibo digō acq
ritur acetositas in cibo vel gn̄atur vētositas que facit ad dolo/
rem: ⁊ postea ꝑfecta digōne acquisita remouet̄ acetositas cibi ꝑ
q̄z ledebat vel insensibilr̄ vētositas resoluit̄ vel cū cibo expellit̄:
⁊ ita post digōem remouet̄ dolor. Et qm̄ vt sepe ventositas est
cā doloris stomaci ꝯuenit hic aliqua ad ꝑfectionē doctrine spe
cialiter dicere de cāis generatōis ventositatis: ⁊ lz ex doctrina
harū ex 2° methauroꝝ. expresse colligatur q̄ neq3 calor fortis
⁊ multū intēsus generat ventū quoniā mām ventosabilē insen/
sibiliter resoluit. Ideoq3 in estate minime fiunt venti neq3 ca/
lor multū debilis ventū generat cū non possit ex mā vaporē edu
cere ⁊ in ventū resoluere. ꝓpter hanc cām ēt hyeme pauci vēti
fiunt. Calor ergo tm̄ mediocris ventū gn̄at q: sufficit mām ī va
porē vel ventū ꝯuertere: sed nō sufficit eū sensibilr̄ resoluē. quā
sn̄iam imitatus ē Gal'. vj. de accidēti ad vnguē. tamē Aui. cla/
rius loquēs 13ª tertij tractatu quinto ad principiū quātū ad me/
dicū pertinet dixit: Qn̄q3 fit ventositas ꝓpter cibū cū in ipso
ē humiditas extranea q̄ cōuertitur ī ventositatē ⁊ nō ē possibile
caliditati si ē equalis vt resoluat ipsaz ad ventositatē: īmo resol/
uit eam in ipsam ⁊ quādoq3 fit per caliditatē digestiuā cum est
debilis sup. calor naturalis ī digerēdo. Cibus nāq3 q̄zuis non
sit īflatiuus ī sua natura: tm̄ cū debilitat̄ ī ipsa. s. digōne calidi/
tas euaporat. i. vaporē facit ex cibo ⁊ sup. non resoluit cū sit de/
bilis ⁊ sic facit accidere ventositatē sicut ēt si priuatur caliditas
oīo nō associat̄ euaporatio neq3 sup. generatio vētositatis si ēt
ibi sit cibus ex inflatiuis. vn̄ cōcludit vnā maximaz q̄ oē a quo
nō accidit inflatio nō accidit ab ipso īflatio nisi aut ꝓpter seipsū
ab isto ī sua. i. q: ī eo nō sit hūiditas īflatiua aut ꝓpter duas res
preter ipsū: quaꝝ vna ē dn̄ium caliditatis super ipsū sup. ad re/
soluendū īsensibiliter sup. ⁊ alteꝝ frigus q̄ nō ꝯmouet aliquid.

Ex quibus dictis colligit̄ expresse q̄ excessiuus calor nō ge/
nerat ventositatē q: resoluit insensibiliter ⁊ maxie calor natura/
lis: ⁊ q̄ remississim⁹ calor nō gn̄at q: nō ꝯmouet sed tm̄ medio/
cris qui sufficit ꝯmouere ⁊ nō resoluere insensibilr̄. Iste tm̄ me/
diocris nō ex oī cibo ventositatē gn̄at neq3 ex oī mā. Nā eū ci/
bus d̄ sua nā nō ē euaporabilis q: ī eo nō sit hūiditas ꝑata eua/
porare ꝑꝑ fortē ꝯmixtionē hūidi cum sicco: lz caliditas debilis
agat ī ipsū nō tm̄ iueniēs ī eo hūidū euaporabile non generabit
ex eo ventositatē: sed si subijciat̄ mā euaporabilis vt sunt de sui
nā īflatiui vel mā flegmatica aquea ī stōacho existēs: tūc ex eis
vētositas gn̄atur. ⁊ ita d̄ cāis extrinsecis. Iste igit̄ cāe que de/
bilitant nālē caliditatē eā minuēdo vt nō possit īsensibiliter re/
soluere: nō tm̄ eā totaliter extinguēdo vt nullo mō sufficiens sit
ad euaporandū: tunc iste cāe sunt cāe gn̄ationis ventositatis.
Iō aer fridus occurrēs ab extrīseco vel medicine fride calidita/
tem naturalē debilitātes: ⁊ maxime q̄ occurrūt stomacho iteri/
us vel exterius possunt esse cause generationis vētositatis: ⁊ sic
frigiditas extremitatū pro quanto facile stomacho cōmunicat̄:
est de ꝓprijs causis ventositatis ad generationē. pōt etiam aer
frigidus per aliuni modum generare ventositatez obstruendo
poros ꝓhibendo vapoꝝ trāspiratōem. vn̄ reclusis īteri⁹ vapo/
rib⁹ ⁊ fumositatib⁹ q̄ ad cutiz resoluunt̄ fit aggregatio vētosita
tis īteri⁹: nō tm̄ tm̄ friditas aeris vel alteri⁹ fridi extrīseci vel in/
trīseci facit ad gn̄ationez vētositatis: imo ēt ⁊ caliditas. Nā ca
liditas debilitādo calorez nālem ⁊ resoluēdo ⁊ euz diuertēdo ⁊
ꝯuertendo ad exteriora pōt esse cā gn̄ationis ventositatis vt pz
ꝯsiderāti: etiā ꝑ aliū moduz ītendēdo caliditatē que exn̄s pluri/
ma remissa nō sufficiebat plurimuz euaporare facere pōt esse cā
ad ventositatē gn̄andaz iuuādo caliditatē ī euaporare faciēdo.
Sed ista oꝑatio erit iuuatiua ex quo augebit̄ caliditas nālis vt
supponit̄. Et ex hoc infert̄ q̄ aliquotiēs īducere in corp⁹ cāz fa
cientē ad gn̄ationez vētositatis est ꝯueniens. Et lz hoc corela/
riuz videat̄ extraneum: tm̄ eius veritas colligit̄ ex sn̄ia Hyp. ⁊
Gal. 6ª affo. ꝯmento p̄°: In diuturnis lienterijs ⁊c̄. cuz tm̄ mi/
nuit̄ caliditas nālis a caliditate extranea id nunq̄z est ꝯueniēs:
qm̄ calor nālis sua nālitate facit ad digōnez ⁊ ꝑfectōem ⁊ īsensi
bilez resolutōem: qd̄ nō facit extranea vt videt̄ colligi 14ª tertij
de cāis tipanitis cum dixit: q̄ qn̄q3 accidit vētositas ꝑꝑ calidi/
tatez extraneā ī stomacho. i. nō nālem nō ducentē ad ꝑfectōez.
Et ex hoc īfert̄ ꝯtra aliquos q̄ ēt in estate supra stomachos eoꝝ
portāt pelles positiue calefaciētes ī quib⁹ vt expientia ꝯstat mul
tiplicant̄ ventositates: vn̄ ēt debilitat̄ calor nālis ēt diuertit̄ ad
exteri⁹. Per quendā ēt aliū modum spālem fit multiplicatio
vētositatis ī stomacis ex aere attracto īterius ītra stomachū vt
ꝯtingit in itinerātib⁹ loquentib⁹ flantib⁹ ventis: ⁊ ita cū sugit̄
humidū ex vase stricti orificij: qm̄ tūc attrahēdo humidū sugē/
do simul ⁊ a partib⁹ oris nō adequatis instrō a quo sugit̄ attra/
hit̄ aer ītra stomachū: ⁊ ita ēt aliquotiens in imissiōe clisterioꝝ
nō ab exercitatis ī officio illo īpellit̄ aer in ītestina ⁊ sic fit colica
ventosa. Maxie tm̄ cāe gn̄ationis ventositatis sumunt̄ ex ꝑte
malitie regis vt ex ꝑte nimie repletiōis ⁊ nauseatiue satietatis.
Un̄ calor nālis nō fit potens ad d̄bite digerendū: ⁊ sic fit potēs
ad euaporādū ⁊c̄. Et quecūq3 debilitāt virtutem stomaci ⁊ ipe/
diūt digōnem vt mot⁹ suꝑfluus supra cibū ⁊ vigilia īmoderata
⁊ reliqua q̄ sunt dicta ī caplo supiore maxie coitus ⁊ accubit⁹ su
pra dorsuz ⁊c̄. cū debilitāt digestiuā faciunt ad gn̄ationez ven
tositatis vt dictū est. ⁊ ita cibaria q̄ digerunt̄ difficulter vt car
nes grosse ⁊ carnes pīgues neruose ⁊ gelatiue ⁊ huiusmodi. Et
ita vina grossa generāt ventositatē vt p̄° ꝯtinentis. ⁊ postea ēt
gn̄aliter oēs cibi īflatiui de se ī quibus est humiditas ⁊ maxime
grossa ⁊ cruda vt sunt legumina faseoli fabe pisa lentes ⁊ fruct⁹
humidi ⁊ maxie quoꝝ humiditas ē grossa vt ī castaneis ⁊ ciba/
rijs de pasta ⁊ herbe crude ⁊ huiusmodi: talia oīa sūt generati/
ua vētositatis. Et sic ex his sit sufficiēter dictū de cāis doloris
stomaci ⁊ generatōis vētositatis ī eo vt spāles cāe ipi⁹ doloris.

Signa.

Ueniēdū ē iam ad signa vbi ēt ex ordine primo po
nētur signa ꝓnostica euētus absolute ipi⁹ doloris
stomaci: deinde ꝓnostica ad bonū vel ad malū: postea demon/
stratiua. Signa igit̄ ꝓnostica euētus doloris stomaci sūt oīa
illa signa q̄ declarāt mās ⁊ calās ⁊ acutas vel acetosas ⁊ q̄uoli/
bet mordicatiuas eē in stomacho vel ad stomachū fluere ⁊ ma/
xime

ꝓxime si ꝯiungant̄ signa multe sensibilitatis stomaci vt a qualibꝫ
leui cā nō naturali facile ledi cū bonitate tñ aliarū operationuꝫ
stomaci de quibus dictū ē supra i caplo superiore: ⁊ ēt dicit̄ in/
fra in signis demōstratiuis. Quecunqꝫ ēt signa que declarant
aggregationē ventositatis circa stomachū vt nauseatiua satie/
tas vel al's malitia regiminis quomōcūqꝫ p̄cedēs i oībus ci/
bis nō naturalibus p̄cipue i cibo ⁊ potu que ducūt ad debilita
tē digestiue vel corruptionē eius de quibus abunde dictū ē: oīa
talia signa eē pñt signa ꝓnostica euētus doloris stomaci. Si/
gna vero ꝓnostica ad bonum sumunt̄ p̄imo ꝙ significātia do/
lorem stomaci ex ꝑte eius multe sensibilitatis sunt min⁹ mala ꝗꝫ
alia signa significātia malā ꝯplexionē stomaci vel solutā conti/
nuitatē in eo. 2° oē signum doloris stomaci qđ sumit̄ ex cā ex/
trinseca vt sic ē minus maluꝫ ꝗꝫ qđ sumit̄ ex cā corꝑali: ⁊ sic si/
gna doloris sumpta ex malitia regīs cibi: vel in alijs reb⁹ nō na
turalibus remotiōe: quaꝝ cāruꝫ remouet̄ ip̄ressio mala i stoma
cho vel ē in remoueri ē minus malū ꝗꝫ significās dolorē eē cor
poralem cū p̄imitiua cā videt̄ quasi ad plurimū remouibilis ⁊
nō sic corꝑalis. Dico signāter de his quaꝝ remotōe remoue
tur ip̄essio ꝓpter solutionē ꝯtinui factā ab extrinseco vt ꝑ potū
medicine venenose rasiue vel ꝑcussiōe cū gladio ⁊ huiusmōi de
quib⁹ nō verificat̄ ꝓnosticū. Aliud ꝓnosticū ēt de signis si/
gnificātib⁹ doloreꝫ ex cā p̄imitiua: minus malum ē signum ꝙ
declarat dolorē ex vnica cā tm̄ ꝗꝫ ex multis ceteris paribus vt
si quis sumpsisset acetū vel aquā fridam: vnde ex istaꝝ causarū
altera tm̄ fuisset factus dolor stomaci ꝙ si fiat dolor ex multi/
plicatis cāis p̄imitiuis malis p̄cedentibus vt si simul cum hoc
multum coiuisset vt sepe incurrisset nauseatiuā sacietatem ⁊c̄.
De ꝓnosticis vero ad malū sit hoc p̄imuꝫ: ⁊ ē Aui. quādoqꝫ
facit icurrere mordicatio stomaci fe. effimerā sup. si fuerit nocu
mentū ꝑdurās multū ꝓpter inflāmationē i spiritib⁹ ⁊ mordica/
tio stabilis .i. ꝑdurās multū: quādoqꝫ facit icurrere fe. tertianā
iseparabilē .i. ꝯtinuā q2 ex ꝯtinuo acuto dolore nō tm̄ fit spūum
iflāmatio sꝫ ēt humoꝝ ⁊ maxime colere. ⁊ rōabilr pōt ꝯñter fie
ri ebullitio i materieb⁹ circa epar: ⁊ inde ꝯtinuabūt vapores ca/
lidos circa cor: ⁊ sic fiet tertiana ꝯtinua. Addit Auic. ⁊ qū sedat̄
fe. ⁊ remanet mordicatio: tūc id est ꝓpter effusionē materiei ex
suꝑfluitatibus epatis sup. ad stomachū ⁊ sic minorabit̄ ebulli/
tio circa epar. Aut ēt aliquotiēs manēte mordicatiōe cuꝫ cessa/
uit fe. sigt̄ malitiā ꝯplexiōis calide eē ip̄essaꝫ i stomacho ex flu
xis al's materieb⁹: aut significat humorē viscosuꝫ in stomacho
sup. genitū ex debilitate acquisita ex p̄cedenti dolore. Aliud
pronosticum ad maluꝫ: dolor diuturnus stomaci nunciat ad fu
turū apa stomaci. vnde dicebat Auic. ⁊ timet̄ quidem in illo in
quo ꝓlongatur dolor stomaci ꝙ attrahat apa stomaci: qm̄ do/
lor stomaci est causa attractionis ⁊ effusionis materieruꝫ ad ip/
sum. Aliud pronosticū ad maluꝫ: dolor stomaci qui excitatur
post cibū ⁊ nō sedat̄ nisi cū vomitu cibi: tūc ad ipm sequit̄ ma/
gna dbilitas i stomacho ⁊ i toto: ⁊ sic ē malū per viā cāe. si etiā
euomat̄ humor faciēs dolorē saltē sequit̄ per viaꝫ signi i stoma
cho abūdare humorē maxime malitie ⁊ sic malū est. Aliud ꝓ/
nosticum ēt ad malū: dolores vel egritudines stomaci pēdētes
ex mā ꝯtenta iter tunicā ⁊ tunicā: sunt multū male significatio/
nis: q2 aut nō reducunt̄ nisi in multo ⁊ multo tꝑe aut ad curam
necessariū est cauteriū. Aliud ꝓnosticū Hypo. 7° affo. Si ex
dolore vehemēti i stomacho accidat friditas extremitatū est si/
gnum malū: vt declarat ibidē Cōmentator i cōmento q2 signi/
ficat apa: ꝙ intelligit̄ si nō remoueat̄ illa friditas ꝑ fricationem
extremitatū ⁊ applicationē pānoꝝ calidoꝝ ad extrema: qm̄ tūc
declarat̄ vt ibideꝫ dicebat Gal. ꝙ apa trahit sanguinē ad ipm
sicut sicia .i. vētosa. Aliud signū in dolore maxime pēdente a
vētositate cū talis dolor multiplicat̄ ⁊ sepe ꝯtingat ⁊ cum bono
regimīe: dicit Gordoni⁹ ꝙ ē signū maluꝫ per viā signi ⁊ ꝑ viā
cāe. Per viā signi q2 significat corruptū actū digestiue: ⁊ ꝑ viā
cāe qm̄ illa vētositas corrūpit digōeꝫ ꝓpter motū factū i cibo.
⁊ si sursuꝫ eleuet̄ causat dolores capitis ⁊ vertigines ⁊c̄. Ali/
ud ꝓnosticuꝫ: dolores stomaci qui fiunt ex apatib⁹ vel vlcerib⁹
vix vel nūquā curant̄: pꝫ ex quo cāe vix vel nūquā remouent̄
ex passibilitate mēbri cū substātia neruosa. Aliud ꝓnosticum
satis gñale: quilibet dolor stomaci vehemēs ⁊ perdurās ex ꝗcū
ꝗꝫ cā cōtingens in corpore delicato ⁊ passibili vt a mā colerica
vel melācolica defluxa vel ex re cibali acuta vel mordicatiua se/
pe perducit ad lipothomiā ⁊ ad sincopiꝫ imo ⁊ ad mortē. qđ af/
firmat Gal. quinto iterioꝝ caplo 6° vt ibidē narrat: imo dicit
aliqñ vidisse ex tali dolore eē ꝯsequutū spasmū ⁊ epilēsiā. Ali/
ud signū spāle in p̄egnātibus ⁊ ē Aui. ꝗꝫuis dolor stomaci mul
tiplicetur i p̄egnātib⁹ sup. ex malitia regimīs ⁊ eis maxie ad ci
baria mala ⁊ ex appetitu corrupto ⁊ ex alijs cāis ⁊c̄. tamē portē/
dit i p̄egnātib⁹ p̄efocationē matricis. vnde per dolorē stoma/
ci ꝯmouent̄ māe in matrice existētes retēte tꝑe imp̄egnatōis: ⁊
ita eleuate supra ad diafragma cōp̄imētes adducūt ad p̄efoca
tionē matricis ⁊ sua mala qualitate cōitate cordis causant sinco
pim ⁊ cōitate cerebri adducunt sepe ad epilēsiā. Signa vero
demōstratiua ipsius sunt dolor infra toracē i directo furcule i/
ferioris ⁊ fit ibi cōturbatio i infirmo .i. quedam inquietudo .i. ꝙ
mouet̄ de vna figura i aliā: ⁊ ē dolor talis qui ēt extēdit̄ ad me
diuꝫ spatulaꝝ. Et si ꝯiungat̄ nausea ⁊ appetitus prostratio vel
vomitus: tūc certe declarat̄ ꝙ dolor est stomatichus. Signa
vero specieꝝ ꝗdā sumunt̄: vt si cā fuit extrinseca ex parte acris
calidi vel frigidi vel ex parte sumptōis ciboꝝ vētosabilium vel
alias mordicatiuoꝝ vt rerū acetosaꝝ vel sumptōe medicīe acu/
te ⁊ similib⁹: illa oīa declarātur ex relatiōe ifirmi. Unde dicebat

Gal. 5° interioꝝ capitulo 6° ꝙ si infirmus voluerit recte respō
dere multum facit in cognitōe cāe doloris. Sed si cāe fuerint
corporales intrinsece vt malitie cōplōnales: vel ille sunt māles
vel imateriales ⁊ simplices vel ꝯposite. Et de imaterialibus vt
mala cōplōne calida vel frida posita sūt supra signa in capitulo
superiore licet etiaꝫ de mālibus satis dictum sit in capitulo eo/
dem ad qđ recurrendū ē in ista mā. tñ hic quedā ponent̄ spālia
de signis māluꝫ cāꝝ ꝗ vt multū sunt i cā. Si igit̄ cā mālis fue
rit aliūde fluxa ad stomachū ⁊ nō ibidē ꝯgenita declarat̄ ex hoc
ꝙ ibi nō ē dolor stabilis ⁊ p̄cipue si in totuꝫ remoueat̄ qñ prius
multum fuit itensus supposita grauitate siue dolore grauatiuo
declarāte mām humoralē: qñ i dolore a cā ventosa ibideꝫ geni
ta aliqñ ista ꝯtingūt: sed nō ē cū grauedine ita .s. ꝙ cā grauitās
sit cā dolorosa. Si vero dolor sit stabilis ⁊ ꝑseuerans ꝗꝫuis ali/
qñ itendat̄: tunc declarat̄ mām esse in stomacho gñatam ⁊ non
aliūde fluxā. Sꝫ signa magis spālia ꝗlitatis māe declarant̄:
q2 si cā fuerit calida tunc iflāmatio cū mordicatōe ꝯiungent̄: nā
cuꝫ mordicatōe ꝯcurrit ⁊ sitis ⁊ siccitas lingue ⁊ icendiuꝫ circa
ꝑtes oris ⁊ palati: ⁊ ita cū his pōt declarari mā colerica vel fleg
ma salsuꝫ: ⁊ tunc si ꝯplicet̄ amaritudo oris ⁊ nō multa grauitas
⁊ vt pleruꝗꝫ fortior nausea ⁊ vomit⁹ materiei colerice certificat̄
de mā colerica. Sed si ꝑcipiat̄ salsedo in ore ⁊ cuꝫ maiori gra
uitate: tunc declarat̄ supra flegma salsuꝫ: ⁊ qū ꝯiungeret̄ vomi
tus flegmatis satis fluxibilis esset certior significatio. Mā vero
frida nō salsa declarat̄ ex maiori grauitate ⁊ sine sapore acuto ⁊
aliqñ ꝑcipit̄ formalis friditas circa stomachū simul cum dolore
vt i flegmate vitreo. Et qm̄ mā frida ꝗdam ē acetosa ꝗdam nō:
iccirco ꝑ priuatōem mordicatōis nō sufficiēter declarat̄ mā fri/
gida vt quidā dixerūt. Mā ꝗdaꝫ est mā frida flegmatica aceto/
sa ⁊ quedaꝫ melācolica. Stante igit̄ mā flegmatica acetosa stat
dolor mordicatiu⁹: ita dico de melācolica. Sꝫ talis dolor disti
guit̄ a mā acuta colerica vel a flegmate salso: q2 talis fit sine iflā
matōe ⁊ siti ⁊c̄. Tñ dicebat hic Gētilis hoc esse veꝝ si talis mā
acetosa sit facta acetosa ꝑ paucitatē digōnis ⁊ nō ꝑ viaꝫ ebulli/
tōis. q2 cū fit acetosa ꝑ viam ebullitōis ⁊ a caliditate ebullire fa
ciente: tūc stat ibi debilis iflāmatio cuꝫ acetositate ⁊ ꝑcipit̄ sa/
por sicut sapor aceti acuti. Sꝫ si fiat ex humore melācolico vel
acetoso aliter ex debili digōne: tunc non stat iflāmatio aliqua ⁊
ꝑcipit̄ tunc sapor sicut sapor aceti acetosi ad drīaꝫ aceti acuti ⁊
nō ꝯiungit̄ sitis ⁊c̄. vt dictū ē. ⁊ hoc itelligit̄ de siti qđ nō ꝯtin
git ex nā talis māe fride stantis i stomacho: aliquotiēs tñ cū di/
cta cā ꝯiungit̄ sitis ꝓpter iflāmatōeꝫ factā i spiritib⁹ ex dolore
cū angustiant̄: vñ actualr̄ taliter mā calescit ⁊ ita fit sitis: sed di/
stinguit̄ a siti ꝯiuncta māe colerice vel flegmati salso. q2 cuꝫ tali
siti ꝯtingēte a qualitate accñtali materie ꝓpter dolorē i mā fleg
matica vel melācolica nō ꝯiungit̄ amaritudo oris neqꝫ salsedo
sicut in siti contingēte a materia colerica vel flegmate salso ⁊ ēt
in siti facta a materia acetosa per viaꝫ ebullitōis est cuꝫ aliquali
iflāmatione sapor acetosus aceti acuti vt fuit dictū. Difficile tñ
est discernere iter hos sapores diuersos in mā taliter flegmati/
ca acetosa ⁊ alia acetosa vel melācolica. Sed si fiat vomit⁹ ista/
rum materieꝝ magis ⁊ clarius poterūt cognoscere ex claritate
⁊ turbulentia vel offuscitate coloꝝ: qm̄ in materia melancolica
erit quedā fuscedo. ⁊ in flegmate facto acetoso ꝑ viā ebullitiōis
erit maior claritas ꝗꝫ in alia per viam diminute digōnis facta
acetosa. Signa vero declarātia mās effusas a mēbris conge/
stis sunt supra dicta: sed vltra illa ponit̄ vnum signum: q2 māe
que effundunt̄ vt sepe educūtur per vomitū vel secessuꝫ: nō sic
māe que paulatine congerunt̄: q2 māe fluentes aliunde magis
irritant naturā ad expulsionē vbi materie cū paulatine cōgerūt̄
nō sic irritāt q2 fiunt quasi habituales. Signa ēt per cōitateꝫ
a quibus pēdeant a mēbris vel a toto declarata sunt supra quia
p̄cipue cognoscunt̄ ex lesione particulariū mēbroꝝ vel toti⁹.
Signa vero apatum aut vlceꝝ habebunt̄ infra cum erit sermo
de apatibus. Signa ēt vermiū habita sunt supra ⁊ ifra loco suo
dicent̄. Signa quoqꝫ ventositatis gñalia sunt extensio siue in/
flatio rugit⁹ motus de loco ad locū ⁊ sepe ꝯcomitat̄ singultus.
Signa vero ex parte locoꝝ si fuerit peccans ꝼm fundū materia
ledens vel ꝼm os stomaci iudicat̄ iudicio patiētis ⁊ siti ⁊ ex acui
tate doloris ⁊ ex remissiōe eius: qm̄ maior dolor ceteris parib⁹
i materia fit peccante materia circa os stomaci ꝗꝫ circa fundum
vt pꝫ. Et si fuerit cōtenta inter tunicā ⁊ tunicaꝫ: tunc declarat̄
ex vehemētia doloris ⁊ ꝙ medicine que debēt iuuare in remis/
sione doloris sunt modici iuuamēti siue sint medicine humoruꝫ
soluentes siue sint medicine alterātes. Sed signa spālia vento/
sitatis si fuerit ex cibis ventosis declarat̄ ex p̄cessiōe ipsoruꝫ.
Sed si fuerit ventositas generata ex indigōne ꝓpter debilitatē
caliditatis inate cognoscit̄ per inuentōem cāe vt dicebat Auic.
scꝫ q2 nō fit bona digō ex eo ꝙ calor ē debilis in digerēdo ciba
ria ēt mediocria ⁊ cognoscit̄ per remotionē iflāmatōis cū alte/
ratōe regiminis: q2 cū dant̄ cibi facilis digōnis pauce ꝗꝫtitatis
nō fit iflāmatio: q2 tales cibi ꝯueniēter digerunt̄. neqꝫ ēt fit in/
flāmatio si aliūde ꝓhibeātur cāe ꝓhibētes bonā digōnē fieri.
⁊ ēt cū ventositate ex debilitate digestiue ꝯtingēte ꝼm plurimū
reperitur rugitus i latere sinistro i regione splenis tempore di/
gestionis cibi: ⁊ ꝓ tunc ēt non stant signa humoris debilitātis
digōnem vt flegmatici vel melācolici i stomacho. Sed signa
ventositatis facte ab humore sunt nausea p̄cedēs ⁊ ꝙ i ieiuno
⁊ ante comestionē apparet rugitus: ⁊ in comestiōe fit fortior do/
lor ⁊ signa alia humoralium materieꝝ que sunt dicta supra. Et
ex his sit sufficienter dictū de signis doloris stomaci ⁊ de cāis
preterea que sunt apatum ⁊ vlcerū que ēt sunt spāles cāe dolo/

ris stomaci de quibus iā spāliter dicendū ē antequā veniamus
ad curā que postea ex ordine fiet primū cōis oibus doloribꝰ sto/
maci: postea ponet̃ specialis cura causarū ⁊ ita specialiter apo/
stematum ⁊ vlcerum.

Distinctiones apatum stomaci.

Et anteq̃ȝ veniamus
ad cās apatum prius ponētur diuisiones ꝓ magis integra no/
titia determinatōis hoꝝ apatum dimittēdo de quid nominis
⁊ quid rei apatum stomaci cū sint per se nota: sed in alijs vt di/
stinctōibus cāis ⁊ signis ꝓcedemus sicut ⁊ in reliquis. Primo
ponendo distinctōes ⁊ species apostematum. deinde ponendo
causas ⁊ generales ⁊ speciales: consequēter ponendo signa: pri/
mum pronostica euentus: deinde pronostica ad bonū ⁊ ad ma
lum ⁊ consequenter demonstratiua ⁊ generis ⁊ specieꝝ. De
speciebus igitur sit hec prima distinctio q̄ apata stomaci sicut
⁊ reliqua apata q̄daȝ fiūt talia ꝑ viam paulatine ꝯgōnis ⁊ q̄daȝ
ꝑ viam defluxus: qm̄ mā generās apa aut est ibidē ꝑ viaȝ pau
latine ꝯgōnis generata aut ibideȝ aliūde fluxa. Scd̄a distin/
ctio: talis mā generās apa aut est simplex aut cōposita. ⁊ sic tale
apa aut est simplex aut ꝯpositū fm̄ q̄ mā ciꝰ sit talis. Sȝ de cō/
positis aliqd̄ est ꝯpositū ex duobꝰ humoribꝰ vt colera. s. ⁊ san/
guine vel alijs ⁊ aliqñ ex tribꝰ: ⁊ aliqñ nō tm̄ fit ꝯpositio apatis
ex diuersis humoribꝰ sȝ ēt ex humoribꝰ ⁊ vētositate: ⁊ huiusmo
di ꝯpōnes aliqñ sunt de humoribꝰ ⁊ vētositate equalr̄ se hñtibꝰ
⁊ aliqñ inequalr̄ altero magis dñante: ⁊ si dñetur sanguis exē/
pligr̃a dicet̃ sanguineū sed nō simplr̄. ⁊ si flegma: flegmaticū. ⁊
si vētositas: ventosuȝ ⁊c̃. Sȝ humoribꝰ equalr̄ ꝯcurrentibꝰ di/
cit̃ apa ꝯposituȝ ex huiusmodi humoribꝰ vel materiebꝰ. Alia
diuisio que sumit̃ ex ꝑte locoꝝ in quibꝰ fiunt talia apata: q̄dam
fiunt ī ore stomaci: quedā magis circa fundum: ⁊ quedā magis
circa mediū: ita quedā magis in ꝑte intrinseca stomaci ⁊ exteri
us nō manifestant̃: ⁊ quedā magis in ꝑte extrinseca. Alia di/
uisio: quedā apata sūt calida ꝑ essentia vt sanguinea ⁊ colerica:
quedā calida ꝑ accidēs vt flegmatica vel melancolica putrefa/
cta. Et ita quedā sunt frida ꝑ essentiā vt quoꝝ mā per naturaȝ
ē frida vt ē de flegmaticis ⁊ melācolicis. ⁊ quedā dici possūt ꝑ
accidēs facta frida: vt quoꝝ mā erat calida per nām: sed ꝑ appo
sitionē mediciaꝝ fridaꝝ: verbigr̃a supra flegmonē mā est ifrigi
data ⁊ facta melācolica. Alia diuisio que sumit̃ ex ꝑte termi/
natiōis: quedā terminant̃ ꝑ viā resolutionis: quedaȝ per viam
suppōratōis ⁊ saniatōis: quedam ꝑmutant̃: ⁊ quedā indurant̃.
Et pōt fieri diuisio ex ꝑte tēpoꝝ: quedā apata talia sunt ī pri/
cipio: quedā in augmēto: ⁊ quedā in statu. ⁊ ita formari possūt
oēs diuisiōes que supradicte sunt de pleuresi.

Cause.

Succedit mō venire ad cās. Et de cāis caꝝ: q̄daȝ
sunt primitiue: quedā corꝑales. Et de primitiuis:
quedā extrinsecꝰ occurrūt: ⁊ quedā sumunt̃ ꝑ interiꝰ. De pri
mitiuis aūt ⁊ extrinsecꝰ occurrētibꝰ sunt sicut casus ⁊ percussio
supra stomachū: ⁊ qd̄cūq̃ȝ vehemēter calefaciēs stōacho extrin
secus applicatū: ⁊ maxime ī corpore repleto ⁊ in puro fm̄ mem/
bra ꝓxima stomacho ꝑcipue. Et ita ēplastrū actu vel potētia ca
lidum: ⁊ aliqñ tegula multū calida que aliquotiēs supponit̃ ad
remouēdū dolorē vētosum stomaci si talia applicēt̃ ī principio
corꝑe pleno exñte sunt de cāis apatū māȝ sua caliditate ad sto/
machū ꝯuertēdo. Nā tracta mā ad stomachū cū nō possit debi
te a nā regulari subintrāt porositates ⁊ ꝯcauitates medias sto/
maci ꝑternām soluēdo ⁊ sic facit apa. Et ꝑ eūdeȝ modū quecū/
q̃ȝ cā facit ad fortē attractionē materierum ad stomachū d̄ ex/
trinsecis occurrētibꝰ vt est fortis fricatio stomaci cū pānis cali/
dis ⁊ appositio vētosaꝝ siue vētose magne supra stomachū ma
xime ī corꝑe impuro ⁊ repleto ē de causis apostematū stomaci:
⁊ istā cām credo sepe inducūt astātes patiētibꝰ dolores vētosas
⁊ inflatōes stomaci qui apponūt pānos multū calidos ⁊ faciunt
fricatiōes multū fortes circa stomachū: ⁊ quidā medicoꝝ a pri
cipio corꝑe īpuro existēte apponūt vētosas in talibus doloribꝰ:
⁊ quidā applicāt ēplastruȝ de baccis lauri ⁊ ita de simi ibus: ⁊
ita fiūt cāe apatū. ⁊ eodē mō de cāis primitiuis ītrinsecis occur
rentibus quecūq̃ȝ adducere pūt mās ad stomachū vt est medici
na actu calida ⁊ potētialr̄ sepe potata ē de cāis apatis. Et ꝑ eū/
dem modū vomitꝰ laboriosus factꝰ a principio ī corꝑe nō pa/
rato ad vomēdū: ⁊ ēt dolor ⁊ clamor fortis īfirmi sunt d̄ huius/
modi cāis: ⁊ hoc nō tm̄ ē veꝝ de medicinis calidis: sed ēt de ci/
bis cū sumūt̃ multū calide: ēt vniuersalr̄ oēs cāe de primitiuis
q̄ siue extrīsecꝰ siue ītrīsecꝰ offerāt̃ īprimētes dolorē ī stomacho
vel nocumentū sensibile. Unde fit attractio materieꝝ ad stoma
chum oēs tales sunt de cāis apatū stomaci. Nā dicebat Gal.
5o affo. ibi. Quecūq̃ȝ corrupture sunt fetus ⁊c̃. qd̄ nā conat̃ suc/
currere mēbro dolēti cū spiritibꝰ ⁊ sanguine ad expellendū rem
nocētē qualitercūq̃ȝ noceat: ⁊ ita tales humores transmissi cuȝ
a virtute nō regulātur faciūt apata ꝑ modū dictū prius. Et ita
ēt ꝓprie medicine solutiue attractiue a longinquis cuȝ modus
solutiōis fiat ꝑ attractiōeȝ materieꝝ ad stomachū sepe causant
apata stomaci. De cāis vero corꝑalibus. Cā antecedēs ē ma
la ꝯplexio ⁊ debilitas stomaci. nā debilitas facit membrū ꝑatū
recipere aliūde suꝑfluitates. facit ēt ad gnātionē suꝑfluitatū ⁊
aggregationē caꝝ in stomacho ⁊ ꝯñter ad apata: ⁊ si mala ꝯple/
xio fuerit calida ꝑ hoc qd̄ attrahit aliūde mās ad stomachū ma
gis facit. De cāis ēt ātecedētibꝰ sunt māe humorales aliquo/
tiens ī toto vt cuȝ aggregant̃ ꝓpter retentionē aliquaꝝ eūatio/
num ꝯsuetaꝝ: ⁊ aliquotiēs cū aggregant̃ nō in toto sȝ in ꝑticu
lari mēbro vel ꝑ illū modū vel ꝑ viam paulatine ꝯgestiōis ī co/
dem si illud mēbrū fuerit forte in expellēdo ⁊ habuerit bonā col
ligantiā cū stomacho ꝑ poros manifestos medios ꝑ quos possȝ
mā expelli ad stomachū: tūc stāte stomacho d̄bili parato recipe
tales humores sunt cā añs apatū stomaci. ⁊ ita repletio stomaci
⁊ nauseatiua satietas ⁊ oēs cause corporales q̄ faciūt ad multi/
plicationē humoꝝ in stomacho sunt de huiusmōi causis. Cause
vero cōiuncte sunt māe humorales vel vētositas actu intrinse/
cate ī membro ⁊ iam collecte in stomaci substantia ⁊ porositati/
bus eius: ⁊ hec de causis sufficiāt.

Signa apostematum stomaci.

Ad signa iaȝ venēdo ⁊ pᵒ
ꝓnostica euētus: deinde ad bonū ēt ad malū: deide demōstra/
tiua. Sit hoc primū ꝓnosticū generale q̄ ois cā parata ledē sen
sibiliter stomachū siue extrinsece occurrāt siue intrinsece vt in
cāis supra exemplificatū ē primitiuis: tūc cū aliqua talis occur/
rit ⁊ notabili tempore īprimit fit tunc signū ꝓnosticū euētꝰ apo
stematū. 2m ꝓnosticū in habētibꝰ hūores calidos colericos in
toto: ⁊ stante dolore ī stomacho clamoso ⁊ diuturno pōt medi/
cus coniecturari ⁊ ꝓnosticari de futuro apate in stomacho: pȝ
ex parato fluxu humoris colerici ad eum. 3m pronosticū in ha/
bentibus stomachū passibilē ⁊ acuti sensus comestio frequēs ce
paꝝ porroꝝ ⁊ alleoꝝ ⁊ huiusmodi mordicatiuoꝝ vt sinapis. Et
silr̄ frequēs sumptio medicinaꝝ acutaꝝ ꝓprie scamonetaꝝ ꝓ/
babiliter deducē pōt ad apa stomaci pȝ ex dictis supra. Pro/
nosticū ad bonū: apata flegmatica stomaci vtplurimū magis sa
nātur q̃ȝ colerica: qm̄ magis correctionē patiūtur ꝑ medicinas
stomaticas q̃ȝ colerica. 2m ꝓnosticū: apata que fiūt ī tunica ex/
trinseca minus mala sunt q̃ȝ que ītrinseca: pȝ. Et ex rōne mino/
ruȝ nocumentoꝝ: ⁊ qm̄ extrinsecus applicate medicine melius
seruiūt ī curatōe: ēt q̄ apata que fiunt ī tunica ītrinseca vtplu/
rimū sūt calida. Proinde dicebat Rasis ī diuisionibꝰ loquēs
d̄ apate flegmatico stomaci: ⁊ ideo q̃ȝ paꝝ accidit in eo sup. tale
apa. s. flegmaticū ita q̄ apa calidū vtplurimū accidit ī eo. sȝ hic
dubitat Gētilis qm̄ videt̃ oppositū cū ī stomacho magis ag/
greget̃ mā flegmatica frida q̃ȝ cal'a vt supra dictuȝ est: ergo ⁊c̃.
Rñdet ipse q̄ per viā defluxus magis fiunt apata calida in eo
q̄ mā calida ē magis parata fluere: sȝ per viā ꝯgestionis magis
fit oppositum. Ego discerni magis saluando textum Rasis q̄
absolute ī stomacho maxie ī tunica ītrinseca magis fiūt apata
calida per simulē rōnē dictā in caplo de pleuresi: qm̄ ꝓpter te/
nuitatē tunice ⁊ neruositatē ī eā nō facilr̄ penetrat nisi mā cali/
da. Aliud ꝓnosticū: apata fundi stomaci sūt fm̄ se vtplurimū
minꝰ mala q̃ȝ oris stomaci: pȝ ⁊ rōne minoꝝ nocumētoꝝ ꝓpter
minorē sensibilitatē fundi stomaci ⁊ rōne fortitudinis mēbri in
resoluēdo q̄ fūdus stomaci calidior ē. Signa vero ꝓnostica
ad malū. pm ē ⁊ ē Auic. ī fine capituli signoꝝ apatū calidoꝝ sto
maci dicit sic: Et qñ accidit cū dolore ī stomacho frigꝰ extremi/
tatū tūc id ē signū malū: ⁊ erat sñia Hypo. 7a ꝑticula affo. affo.
pᵒ. In acutis morbis extremitatū friditas malū: imo fit signuȝ
mortis qñ talis friditas āmoueri nō pōt cū fricatōibus nec cuȝ
pānis calidis q̄ significat̃ caliditatē nālem eē debilitatā ita q̄
quasi totus calor ad interiora trahat̃ ꝓpter magnitudinē apa/
tis ⁊ vehemētiā accidentiū eius. 2m ꝓnosticū licȝ apata calida
sint deteriora fridis. tū colericū deterius ē sanguieo ⁊ ex cole/
ra deteriori deterius ē q̃ȝ ex minus mala: pȝ sicut ēt de frigidis
melācolicū deteriꝰ ē flegmatico. Aliud signū ꝓnosticū ⁊ po/
nit̃ 5o ꝯtinētis: Rubor ī oculo si fuerit cū apostemate calido in
stomacho q̄ acciderit ex dolore diuturno in eo vel in locis atti/
nētibus cum putredine idest saniatione est malum quia sig̃t ma
teriam malaȝ cerebro cōmunicari. Aliud apostemata magna
melācolica stomaci ⁊ fundi eius vt voluit Auic. non curātur.
Ultimū ꝓnosticū: apata stomaci ī tunica ītrinseca cū perue/
niunt ad saniatōeȝ ⁊ rupturā ēt vix vel nunq̃ȝ curant̃: pȝ ꝑꝑ no
bilitateȝ mēbri ⁊ passibilitatē eius ipso exñte neruoso ⁊ eius ꝯti
nuā esse opatōeȝ necessario ꝓ digerēdo toto cibo: vū nunq̃ȝ vel
quasi īpossibilr̄ deuenit̃ ad restauratōem talis mēbri neruosi: ⁊
ita bis vel ter vidi tꝑe meo. Signa vero demōstratiua gene/
ris vt apatuȝ absolute stomaci: dicit Aui. pᵒ qñ ꝓlongat̃ in sto
macho dolor q̄ ñ remouet̃ quāuis regimē bonū fiat: tūc estima
quū illic ē apa: ⁊ ista estimatio ē multū ꝯtria ⁊ māifesta veritati.
sed ꝓprius declarat̃ cū fit tumor circa stomachū ⁊ cuȝ ꝯprimit̃
ibi ꝑcipit̃ durities ⁊ aliquotiēs ad visuȝ manifestat̃ talis tumor
ꝑcipue īfirmo erecto stāte ⁊ se circa posteriꝰ aliqualr̄ īclinato. ⁊
hoc est qñ apa ē magnū in īteriorībꝰ ⁊ cōicat̃ exteriorībꝰ vel qñ
ē in tunica extrīseca: ⁊ qñ simul cum hoc ꝯiungunt̃ simul nau/
sea aboīatio ⁊ aliquotiēs vomitꝰ: tunc magis ꝯplet̃ significatio
lȝ ista tū nō ꝯcludant. Nā ꝑꝑ ventositatē aliqñ extēdentē inclu
saȝ īter tunicā ⁊ tunicam fit dolor ꝯtinuus ⁊ nō remouetur: ⁊ si
regimē debitū fiat ꝑterea q̄ fouet̃ a mā humorali ⁊c̃. ⁊ tū ibi nō
est apa. Et ꝑterea cū cautela dixit Auic. tūc estima ⁊ nō simplr̄
ita dixisse: oȝ ergo adiūgere quedā alia signa ad certificādū: de
quibꝰ dicebat Aza. in fine capituli de apatibꝰ stomaci: Accñtia
cōia que sequunt̃ dolorē stomaci maxie qñ est ꝑꝑ apa: ⁊ itellexit
de apate calido sunt vigilie epilēsia spasmus fc. acuta absq̃ȝ cā
sup. alia corruptio rōnis extranei appetitꝰ: defectꝰ appetitus ci
bi: idignatio cibi: vomitꝰ: dolor visceꝝ matricū ⁊ vesice sinco/
pis ⁊ pulsatio cordis sup. talia vel multa eoꝝ sunt ꝑata euenire
ad apata stomaci calida ꝑꝑ ꝯtinuitatē euȝ dictis mēbris de qui
bꝰ ēt est difficultas anhelitꝰ. Nā cuȝ apat̃ stomachus fit anhe
litus paruꝰ frequēs ⁊ spissus: q̄ cū motu diafragmatis ī anhe/
litu ꝑ ꝯtactū stomaci exagitat̃ stomachus ⁊ aliqualr̄ cōprimit̃:
vñ ꝓhibet anhelitū magnificari ⁊ ꝯñter fit spissus. Est etiā ibi
sensibilis grauitas que nō est ī vētositate sūpta ab ea idicatiōe.
Aliud

Aliud signū sumit̃ ex ꝓstratōe appetit⁹: ⁊ maxīe hoc verꝝ est
cū apā ē in ore stomaci vt dicebat Aui. qm̄ appetit⁹ est passio ꝓ
prius oris stomaci. Sꝫ signa magis spālia vt nunqd apā dicat̃
eē in iteriori tunica stomaci vel i exteriori sumunt̃ ex eo: q꞉ si sit
i tunica iteriori accn̄tia multuꝫ sūt itensiora maxīe de dolore ⁊
ꝓstratōe appetit⁹: ⁊ sepe cuꝫ his ꝯiungit̃ lipothomia ⁊ tremor
cordis ⁊ aliqn̄ sincopis ꝓpter ꝯtinuitatē ⁊ colligantiā cuꝫ corde
⁊ vt sepe aliquid educit̃ de mā per vomitū vel secessuꝫ ꝓpter id
qđ de apāte itrinseco aliquid resudat de mā faciēte apā. vñ si sit
i superiori ꝑte maxīe educit̃ ꝑ vomitū. ⁊ si in fundo stomaci ma
xime ꝑ secessuꝫ lꝫ oppositū ꝯtingere pōt vt pꝫ ꝯsideranti: ⁊ do-
lor auget̃ quasi imediate sumpto cibo: imo ⁊ i descēsu ⁊ manife
stat̃ dolor maxīe circa spatulas ꝓpter meri extensuꝫ ꝑ dorsuꝫ.
Cū aūt apā ē in tunica extr seca: tūc accn̄tia sunt in eo remissio-
ra: neqꝫ fit dolor maior sensibilr post assumptū cibuꝫ nisi fuerit
multe quātitatis ⁊ tumor ⁊ durities exteri⁹ magis manifestant̃
sensu: ⁊ cū hoc nō ita aliqđ sensibile educit̃ per vomituꝫ vel se-
cessum de mā apātum nec sic ledunt̃ appetitiua nec digestiua: ⁊
aliqn̄ habēt ventrē mollem: ⁊ aliqn̄ stipticuꝫ ꝯm q aliqn̄ deficit
virtus retētiua ⁊ aliqn̄ expulsiua. Sꝫ signa distinctiua vtruꝫ
fuerint in fundo vel i ore stomaci dicebat Auēzo. q quedā acci
dētia vehemētiora stāte apāte i ore stomaci scilꝫ de abominatio
ne de ꝓstratiōe appetitus de vehemētia doloris ⁊ nocumētis
cardiacis ⁊ ē inseꝑabile signū vt dicit tremor quasi ꝯtinuus la-
bij inferioris ⁊ maxime i apāte calido vbi in apāte fundi fit ma-
ior lubricitas vētris ⁊ minor ꝯueniens cibi digō ⁊ reliquc oꝑa-
tiones dicte sunt minus lese. Signa vero distinctiua iter apo
stemata calida ⁊ frida sunt signa que dicta sunt supra de dolo-
re a mā calida differēter a mā frida vt ē tinctura lingue ad citri
num ⁊ amaritudo oris i colerica: ⁊ vt rubedo lingue si sangui-
nea fuerit ⁊ instātia vigiliaꝝ maxime i colerico: imo aliquotiēs
⁊ dolor vehemēs circa caput ꝓprie stante apāte in ore stomaci
vbi i apātibus fridis ē dolor magis quiet⁹. Et quidā ponūt fe.
cōcomitari ad oīa apāta stomaci. sꝫ de calidis nō est dubitatio:
q꞉ i hoc oēs ꝯueniūt: sꝫ de frigidis stat dubitatio. Nā Rasis i
diuisiōib⁹ ponēs signa apātis flegmatici dicit q sunt in eo fe.
leuis ⁊ multitudo sputi. ⁊ Azara. similiter dicit q i apāte fleg-
matico ē fe. lenta ⁊ multitudo sputi. Aui. tn̄ ponēs signa apātis
flegmatici iꝫa tertij dicit declarādo q nō ē fe. qn̄ videris signū
apātis sup. gnāle cū dolore quieto i oi dispōe. i. in oi tꝑe eius ⁊
augmēto: ⁊ nō ē fe. neqꝫ inflāmatio nec iquietudo sꝫ ē humidi-
tas lubrica ⁊ claritas coloris ⁊c̄. De malitia digōis ⁊ prauitate
appetit⁹ tūc id est apā flegmaticū. ⁊ ita voluit q i apāte flegma
tico nō sit febris. ⁊ idē 2a primi i signis apātum calidoꝝ dixit q
signa demōstratiua sunt dolor acutus ⁊ fe. De fridis non facit
mētionē. ⁊ de fe. dixit sic ad pricipiū capituli occultoꝝ. s. mem
broꝝ vero calida sup. apāta demōstrat que cōcomitās ea ⁊ gra
uitas si mēbruꝫ in quo existit caret sensu ⁊ grauitas cuꝫ dolore
pungitiuo si mēbruꝫ apātuꝫ sensuꝫ habuerit ⁊c̄. Ubi de frigido
dixit: friduꝫ aūt dolor ꝓculdubio nō cōcomitat̃. s. acut⁹. ⁊ po-
nens quedā alia signa nō fecit mentiōeꝫ de fe. tamē postea cum
declarat q ad saniē deducunt̃ ⁊ supporant̃ dicit fit fe. q꞉ indif-
ferēter loquēs de oībus apātibus dicit: āplius oīa interiorum
apāta qui i mirach tenuitatem ⁊ macredinē efficiūt: cūqꝫ colle-
ctionē faciēt apāta in viscerib⁹ ⁊ ꝯm exiture semitā processerint
festinabit dolor vehementer ⁊ fe. ⁊ vigilie fortes fient ⁊c̄. Itaqꝫ
voluit ex serie textus q i apātib⁹ flegmaticis nō fiet fe. nisi cuꝫ
ad sanieꝫ deueniūt. ⁊ idē voluit Auer. 4° colliget ca° 45° de ꝓ-
prijs signis stomaci q cū apāta supporant̃ sequit̃ fe. signanter
dixit cuꝫ supporant̃. nā dicit ⁊ oē apā qđ i stomacho supporat̃
sequit̃ fe. ⁊ dolor fixus ⁊ maxīe qn̄ i ore stomaci ortū habet q ē
vt addit: q꞉ pars illa magis neruosa existit ⁊ est colligātie prin-
ceps ⁊c̄. Et idem voluit in ca° 48° ifra de signis ꝓprijs egritu-
dinum renū. vñ loquēs de apātibus renū dixit: Et i maiori ꝑte
in his apātibus fiūt fe. errantes aut lēte in apātib⁹ fridis. ⁊ ad-
ducens cām gnālem i quo tēpore fiunt tales dicit preterea quia
fe. nō aduenit ab apātibus mēbroꝝ principaliū nisi quādo apo
stemata erāt parata saniē facere. i. iam ꝯuertunt̃ ad supporatio
nē. ⁊ ita ego credo sentētijs. A. ⁊ Auer. i hac mā. s. q nō semꝑ i
apātibus fridis ēt stomaci: neqꝫ i oī tꝑe fit fe. ex nā hoꝝ apātuꝫ
frigidoꝝ q dico quia aliquotiēs in aliquo corpore ipuro ⁊ acu-
ti sensus: ēt in principio apātis ꝓpter aliqualē cōmotionē fieri
i humoribus possit fieri fe. sꝫ ex nā māe apātis nō fit fe. i princi-
pio vel augmēto: sꝫ tn̄ cū ad saniē deducit̃ cū ex nā taliuꝫ apo-
stematū nō fiet tāta in mā ebullitio i dictis tꝑibus q necessario
cōicetur vapor calidus ad cor inducens febrem: vbi cum ad sa-
niem deducuntur propter ebullitionem fieri in materia: tunc
fit fe. que tn̄ ē lenta i relatiōe ad febreꝫ que ꝓcedit ab apātib⁹ ca
lidis cū supporant̃. ⁊ ad istū intellectū pn̄t trahi verba Rasis ⁊
Aza. cū volūt q i apātibus frigidis fiat fe. lenta intelligit̃ i tꝑe
i quo fit febris in eis i ꝯparatiōe ad febreꝫ que fit i ꝓportionali
tēpore ex apātibus essentialr calidis aliter eis nō credo ꝯfirma-
tis auctoritate. A. qui expresse negauit ⁊ ꝓbabili rōe vt ē dictū.
Et hoc bene notate q꞉ in hoc errore sunt multi medicoꝝ qui nō
volunt ꝯsentire eē apā i stomacho nisi cōiungat̃ febris. Signa
vero apātis melācolici sunt cū remissiōe doloris durities ma-
ior cū paucitate sputi ⁊ dolor lentus absqꝫ tn̄ siti ⁊ vstione: neqꝫ
fit mutatio coloris cutis sicut ēt in flegmatico: sꝫ signuꝫ apātis
ē colera nigra q vt dicit Azara. raro ꝯtingit i principio. imo ni
si post calidū apā ꝑcedēs ē q cuꝫ tangit̃ stomach⁹ de foris iue-
nitur ēt duꝝ sꝫ cū aliquali dolore forti. tn̄ dixit ⁊ possibile est
ibi esse nihil doloris. Et addit: ⁊ quando ꝯueniunt ad hoc etas

complexio ⁊ tꝑs erit signū fortius. Signa vero temporꝝ apo
stematū sunt ꝓportionalia his que dicta sunt supra de pleuresi
ad illū locū recurrat̃ ꝓpter abbreuiare: saluo q hoc ē spāle cū
rūpit̃ apā in stomacho qm̄ vtplurimū ⁊ quasi semꝑ educit̃ mā
sensibiliter vel per vomitū vel secessuꝫ qđ nō ē i ruptis apātib⁹
i alijs mēbris. Et rō ē clara cōsiderāti. verūtn̄ hoc nō ē necessa-
riū qm̄ si natura aliquotiēs in rupta pleuresi educit materiā ꝑ
vias vrine per modū difficilē supradictū multomagis cū rum-
pit̃ apā in stomacho pōt ꝯuerti materia per meseraicas ad epar
⁊ tandē ad gibbū epatis ⁊ venā chilis ⁊ emulgētes ⁊ vias vrine.
Signa ēt terminatōis apātum ad resolutiōem vel suppora-
tōem vel idnratōem vel permutationē ēt ꝓportionalia sūt his
que dicta sunt supra de pleuresi ⁊ ita ad illū locum recurratur.
⁊ hec de signis.

Cura doloris stomaci.

Ueniēdū iā ad curaꝫ do-
loris stomaci prio ꝯmemo
rādus ē cañ. positus in textu nostro ad fineꝫ cum dixit Rasis:
Ad dolorē stomaci ⁊ epatis curādum medicus valde eruditus ē
necessarius qui ipsoꝝ diligēter oꝑatōes ⁊c̄. Et lꝫ rō dicti posi-
ta fuerit supra circa lrām gnāliter ēt hic colligat̃: quoniā si ide-
bite occurrat̃ cū medicinis vel dieta nocumēta que sequuntur
ad stomachū vel epar ex quo talia mēbra operātur oꝑatōes to-
ti cōes ēt toti cōicātur. Nā exempligrā in malitia calida bo-
rum mēbroꝝ aliqn̄ idoctus medicus applicat extreme frida q-
b⁹ extiguit̃ calor stomaci ⁊ epatis: ⁊ ita oꝑatōes digestiue ledūt̃
i eis ita vt aliquotiēs offerant̃ aliquotiēs corrūpāt̃: ⁊ ꝯñter tūc
mēbra ñ pn̄t restaurari ⁊c̄. ⁊ aliqn̄ cū friditate applicāt̃ humectā
tia plurimū quib⁹ relaxātur substātie hoꝝ mēbroꝝ: ⁊ silr inde
operatōes ledūtur ⁊ aliqn̄ stiptica nimis offerūt̃ ad cōfortatio-
nē que ēt sunt parata multū ledere. Nā stante nocumēto ho
rū mēbroꝝ cū fe. ⁊ maxīe nocumēto stomaci simul cū siccitate
prouenīēte ex fe. talia exiccādo nimis os stomaci maxīe ledunt
stante ēt materia i dictis mēbris nociua per talia stiptica super-
flua cōpingit̃ materia i illis mēbris. Et si occurrant ꝯñter dc̄is
materieb⁹ i epate existētib⁹ facile indurant̃ ibidē materie ⁊ con-
stringunt̃ meatus epatis ⁊ ita ibidem claudunt̃: ⁊ sic nō debite
euentate putrescunt ⁊ corrumpūtur ⁊ fe. generant aliquando
apostemata per calida ēt excessiua fit nocumentuꝫ i via resolu-
tōis hoꝝ mēbroꝝ: ex ꝯñti opus ē medico erudito q ꝯmensurate
⁊ ꝯueníenter habita itentōe ⁊ ad malitiā ꝯplexionis remouēde
⁊ dispōneꝫ hoꝝ membroꝝ applicet medicinas ꝯm graduꝫ ⁊ di-
spōnis ⁊ membroꝝ. Sed iaꝫ magis veniēdo ad curā hoꝝ do
loꝝ lꝫ multa copiose dicta sunt supra i caplo de soda: que vtilr
ad hunc locū afferri pn̄t: tn̄ ꝯm ordinē prius ponet̃ dieta cōue-
niens i dolorib⁹ stomaci absolute ꝯñr magis cōtracte ad q̄sdam
cās doloris que vt multū sunt cāe doloris stomaci vt sunt ven
tositates iflāmatōes vehemētia sensus stomaci ⁊ ꝯñr apāta ⁊ vl
ceratōes: deinde veniem⁹ ad medicinalia ēt magis gnāliter pri
us ꝯñr magis cōtracte ad cās plerūqꝫ euenīētes. Circa ergo
dietā: prio gnāliter cōsistit in euitatione oiuꝫ cāꝝ primitiuaꝝ q̄
sunt vel eē pn̄t cāe doloris stomaci ⁊ ex ꝑte malitie cōplexionis
subito ⁊ ex ꝑte solute ꝯtinuitatis in eo vel aggregatōe ambarū
cāruꝫ doloris: de quib⁹ dictū est supra spāliter in cāis: ⁊ tu di-
scurre ꝑ eas cās si placet: ⁊ nō tm̄ oꝫ cauere ab occursu harum
cāꝝ: sed ēt occurrēdū est cuꝫ cōtrarijs ad dictas cās vt si fue-
rit malitia cōplōnis sine mā cā vt calida vel frida vel sicca ē oc-
currendū cū ꝯrijs vt dictū ē in caplo supiori. Si etiā fuerit cuꝫ
mā mala cōplexio calida sꝫ nō fuerit apāns illa mā: tñe nō ē ma
gnus timor i occursu cū cāis fridis vt cū aere ēt extremalr fri-
gido. Sꝫ si fuerit mā apāns ē maior dubitatio ꝑ occursum cāe
multū fride ꝑꝑ ꝓhibitōeꝫ transpiratōis ⁊ ꝓhibitōem exit⁹ ei⁹
māe q̄ resoluit̃ ab apāte. Uñ nisi apā fuerit i pricipio pricipiāte
maxīe fluente mā acuta non debet̃ aer multū fridus neqꝫ reliq̄
extremalr frida. sed i casu isto i pricipio pricipiante ifluente tali
mā nō ē timor in occursu multuꝫ fridi. Et si cā de primitiuis
fuerit mot⁹ ⁊ laboriosa fricatio ꝑtiuꝫ stomaci vel vomitus arte
induct⁹ vñ sit attracta mā dolorē cāns tunc iīstendū in totū ad
quietandū humores ⁊ diuertēdū a stomacho: ⁊ nō fiant aliquo
mō mot⁹ nec fricatōes. ⁊ ita in hoc casu quies ⁊ somn⁹ ē multū
cōueniens. ⁊ ita discurrat̃ in reliquis ⁊ i cibo ⁊ potu in cōplōne
calida vel frida vel sicca ꝯm q dictū ē in caplo supiore. Sed
spāliter ꝯuertendo ad cās doloꝝ ꝑter malitias cōplōnales. Si
cā fuerit vētositas: eligēdus ē aer calidus ⁊ siccus. ⁊ si nō hēat̃
nāliter: artificialr ꝓcuret̃. Et ita i hoc casu morari i aere humi-
do grosso ē multū ledens. Principalr ergo occurrat̃ euitando
res oēs q̄ sunt cāe inflatōis de quib⁹ dictū ē supra: nō tm̄ ex ꝑte
aeris sed alioꝝ que faciūt ad debilitatē digōnis vel corruptōis
vel ex ꝑte ciboꝝ in se vel ex ꝑte aliaꝝ cāꝝ de quib⁹ dictū ē su-
pra. Ultra ergo aereꝫ de motu ꝯuenit exercitiū ⁊ totius si fieri
pōt vel saltē particulaꝝ extremoꝝ cum fricatōib⁹ ad extrema ⁊
cū calefactōe eoꝝ. Nā talia multū ⁊ viuificādo calorē nālē ⁊ ꝓ
hibēdo a fluxu materieꝝ ad stomachū valēt. Sōnus ēt ꝓlixus
ē i casu oīo ꝯueniēs ⁊ sit somn⁹ supra ventreꝫ suū sup puluinar
plenū his que calefaciūt maxīe cuꝫ pluma ꝯtractis ēt extremis
vt crurib⁹ sursum ne nimia fiat extēsio mirach. Et i passionib⁹
animalibus vitet̃ tristitia ⁊ timor: ⁊ inducat̃ gaudium ⁊ letitia
quātum possibile ē: ⁊ omni die habeat̃ beneficiū ventris ⁊ eius
lenitio ꝓcuret̃ cū suppositorio vel clisteri ventositatem leniter
carminātibus addēdo i decoctōe cōi pro clisteri paꝝ aneti ⁊ ca-
momille: ⁊ cū cassia ⁊ modico hiere addat̃ olei camomellini vel
anetini paꝝ ⁊ cū sale fiat clistere: ēt in suppositorijs ponat̃ aliqđ
de spēbus hiere cū modico folioꝝ ruthe ⁊ cimini. Et circa ci

bos ⁊ potus eligant̃ cibi bone qualitatis facilis digõnis modi/
caꝝ superfluitatū quātū possibile ē. ⁊ ita oua sorbilia sunt pluri
mū i cau laudata: ⁊ pistate facte ex caponibꝰ ⁊ alijs carnibꝰ lau
dabilibus sunt ad casuꝫ cōuenientes. Et Auic. i caplo ꝓprio cuꝫ
dixit de dolore qui accidit post cibū qui maxime accidit ꝓpter
ventosari partē cibi addidit: ⁊ rectius quidē ē vt in potu sumat
omni die aliquid mellis ante cibū. nā mel sua caliditate ⁊ exic/
catōe p̄parat ad cibū futuꝝ ventositatē resoluēdo. Et d̃ melle
dicit Rasis 5° cōtinētis i mala cōplone frida que sepe ē cā ven
tositatis. Notū quoqꝫ habeas q mel qñ distillat̃ pauce fiunt
suꝑfluitates eius ⁊ multe nutricatões supple fiunt. Et addit: si/
militer vel cū dispumatū fuerit ⁊ bñ coctū solū efficatiꝰ alijs nu
tricatõibus erit quibus nutriant̃ hñtes stomachos frigidos: tñ
nociuū ē vt dixit hñtibus stomachos calidos. Et addit: vñ nul/
la cura eligēda ē ꝓ hñtibus stomachos frigidos sup̄a mel ⁊c̃.
tñ cōtra istud dictum ē expresse snia Auic. in caplo de apate sto
maci dicit sic: Et sit sūma tuaꝝ medicinaꝝ cū substātia zuccari
i accidētibꝰ stomaci cōiter: qm̄ si p̄pares mel cū aqua multo/
tiēs semꝑ miscēdo ⁊ āmouēdo spumā nō euadet a putrefactõe
stomaci quāuis nō ꝑcipiat̃ ab īfirmo aliquid putredinis in potu
eius. Hoc tñ intellexit stante mā humorali ⁊ maxie putrida cir/
ca stomachū: quoniā addit q ē q̄ stomachus repletus ē multa
putredine donec diuisit inter substātiā stomaci: ⁊ id qđ facit ad
eū. i. nocumentū stomaci peruenit ad virtutē medicine ab egro
sumpte. Et ex verbis videt̃ colligi q mel minus resistit pu/
tredini q̄ȝ zuccaꝝ. Ego tñ i hoc starem cū cōmuni snia auctoꝝ.
⁊ qñ timeret̃ ēt de inflatione in cibarijs poterūt disponi ad non
īflatõem cū mixtione alioꝝ subtiliātiū ⁊ carminātiū vt dicebat
Gal. p° alimentoꝝ cum dixit: Oēs nutricatões īflantes corrigi
possunt cū eo qđ corrigit ⁊ ꝯsumit īflatões eoꝝ: ⁊ hoc fit vt co/
medat̃ post eas de attenuātibꝰ ⁊ sup. ēt ante eas vel cū eis: ver
bigrã ꝯmiscēdo aliquid cinamomi vel macis vel galāge cū di/
ctis ferculis: vel sumēdo bolū vnū ꝯfectionis ante cibū ad hanc
ītentionē facientis. vnde pōt fieri ꝯpositio vt infra dispergens
ventositatē ⁊ remouēs inflatõeꝫ ⁊ adiuuās ad cibi digõnē. Nā
rectificatio digõnis vt cibus ꝯueniēter digerat̃ ē de maxie iu/
uātibus i casu sicut diminuta digõ ē de maxie faciētibꝰ ad ge/
neratõem vētositatis. Fiat ergo ꝯpositio vt ifra. ℞. zinzi. cina/
momi galāge añ. ʒ. iij. gariofil. macis zedoarie cardamomi añ.
ʒ. j. ß. feniculi anisi carui. añ. ℥. j. ameos. ℥. ß. cū zuccaro si pla
cet pōt fieri electuariū ⁊ sumi coclear vnū añ cibuꝫ. Et si placet
pōt fieri ꝯfectio vł i morsellis dissoluēdo zuccarum i aqua feni/
culi ⁊ mente. ⁊ potest sumi i forma pulueris si placet coclear. j.
cum modico vini: ⁊ ita etiā p̄parando stomachū exterius cum
vnguento aromatico de quo infra i medicinalibꝰ ante cibū erit
ꝯueniēs. Et aliqui laudant cū cibis sumi tres vel quattuor spi/
cas allei: ⁊ eas singulr̃ laudauit Gal. 12° terapētice. Et Auic. ēt
de his fecit mētionē i caplo ꝓprio cū dixit: Et ventositatē gdē
resoluūt vini puri potꝰ ⁊ allea. Sȝ veꝝ ē q vbi ꝯiungat̃ mā fleg
matica in stomacho ex quo ventositas generet̃ q vsus alleoruꝫ
ē aliquotiēs ad nocendū ꝑꝑ acuitatē coꝝ qm̄ mām plurimaꝫ. i.
ventositatē ꝯuertūt. De potu vinū bonū aromaticū ē maxie
iuuās. nā dicit Auic. ⁊ vinū potēs purū bibitū sufficit i ea que
leuis ē ⁊c̃. Si vero cā fuerit nimia stomaci sensibilitas tūc vel
cum ea vt sepe ꝯiūgit̃ vel ꝯplo calida vel frida: ⁊ ita i aere ⁊ alijs
rebus nō nālibus occurrendū ē sicut supra dictū ē i malitia cō/
plexionis calide vel frigide. Sȝ oȝ euitare excessum i qualitati/
bus siue i caliditate siue i frigiditate qm̄ ab his nimis patit̃ ꝑꝑ
sensibilitatē: ⁊ ita oȝ vitare suꝑfluū motū suꝑfluā vigiliā ⁊ suꝑ/
fluum somnū ⁊ cibos ⁊ potus actualr̃ excessiue fridos vel cali/
dos ⁊ ēt potētialiter tales: ⁊ debēt cibari cuꝫ cibis ꝯuenientibꝰ
ante horā famis. tñ in calidis dicebat. A. de cibis ꝓprijs: Opꝫ
vt sint cibi eius qui igrossant sanguinē sicut illi qui fiūt de fru/
mēto cocto cuꝫ multa aqua ⁊ carnes vaccine. ⁊ sit eoruꝫ panis
sup. azimus vel ad azimū declinās ⁊ infundat̃ in rob fructuuꝫ
ꝑ meſeraicas ꝯtinuatõe orificioꝝ ipſaꝝ meſeraicaꝝ ad ipſũ inteſtinũ iuolutũ dictũ vel ilion. Et ꝓpter multas ciꝰ iuolutiões ſepe retinẽtur groſſe mãe que ſunt cãe oppilationũ: ⁊ ĩ hoc precipue fit iliaca paſſio. Nã illud ẽ vltimũ de gracilibꝰ ĩteſtinis q̃ ſunt ſuperiora inteſtina tria ſubtiliora in ſubſtantia ⁊ calidiora ⁊ magis digeſtiua q̃ʒ groſſa: ⁊ ad hoc maior quãtitas meſeraicarũ venit q̃ʒ ad groſſa. ideo dicebat Auic. digõ ĩ eis ẽ plus q̃ʒ in ĩteſtinis inferioribꝰ. Nã ĩ ĩferioribꝰ ſũma operationũ ſuaꝝ ẽ ꝑparatio fecis ad exeundũ q̃ʒuis nõ euẽntur ẽt ad digõnẽ qñ ad ea ẽt veniũt quedã meſeraice ad ſuctionẽ ⁊ attractionẽ fiendaʒ de humido ꝯueniẽti ad epar. Huic aũt inteſtino vltĩo gracili ſiue ilion ꝯtinuaꝶ ĩferiꝰ ĩteſtinũ nominatũ monoculũ qđ ẽ pᵐ ꝺ groſſis. ⁊ dicitꝶ monoculũ q: nõ hʒ niſi vnũ orificiũ ⁊ ẽ ſicut kiſtis: ⁊ ſitus eius ẽ ad poſteriora paꝝ declinãdo ad dextrã. ⁊ in hoc ĩteſtino regregaꝶ fex cũ ſua quaſi totalitate ⁊ ibi ẽ recipiẽs formã magis apparentẽ qñ ĩ ſuperioribꝰ erat multa mixtio chiloſitatis cũ fece: vnde fit quaſi ĩ eo maior digõ mãe fecalis q̃ʒ in ĩferioribꝰ. Unde dicit Auic. q fit ꝓportio eius ad ĩteſtina groſſa ſicut ẽ ꝓportio ſtomaci ad gracilia. i. q ſicut ſtomachus principalr digerit ⁊ dat formaʒ chilo: poſtea deſcẽdit ꝑ maꝛia ꝑte ad ĩteſtina: ita ſilr ⁊ fex videꝶ recipere formã ĩ monoculo: poſtea deſcẽdit ad ĩteſtina groſſa deorſuʒ. Sʒ nota q ĩ ipſo monoculo lʒ recipiaꝶ forma accñtalis fecis: nõ tñ recipitꝶ forma eſſentialis qñ iſta daꝶ a ſtomacho. Nam dans formã eſſentialeʒ chilo dat ẽt formã eſſentialeʒ ſupfluitati eiꝰ prime: hoc ẽt inteſtinum declinat vt dictũ ẽ ad dextrũ ſub epate verſus anchã dextrã. ⁊ hoc ẽ q aliquotiẽs in hernijs ꝑ relaxatõeʒ deſcẽdit vſq; ĩ burſaʒ teſticuloꝝ ꝓpter nõ forteʒ eius alligatõeʒ ad renes ⁊ ad ipʒ pance terminanꝶ meſeraice: ⁊ iõ illis mediãtibꝰ debilr alligaꝶ. In codeʒ tñ ꝯplꝶ digõ eius q fuit ĩobediens ĩ ſtomacho ꝑꝑ lõgam morã illiꝰ ĩ eo: ⁊ ĩ hoc ĩteſtino vtplurimũ gñantur vermes vel ſerpẽtes ⁊ raro euãtur ab eis. Huic aũt ĩteſtino ꝯtinuaꝶ ĩteſtinũ nomiatũ colon ⁊ ẽ groſſuʒ ſpiſſuʒ maꝛie cũ elongaꝶ a monoculo: ⁊ declinat ad ꝑteʒ dextrã ſm eiꝰ principiũ: deinde aſcẽdit ſupequitãs ſtomachũ ⁊ ẽ tendẽs ad ſiniſtrã ad poſteriora: ⁊ ibi cõtinuaꝶ cum recto. Iõ facta ꝯſtrictõe ĩ parte dextra ⁊ ſiniſtra retineꝶ in eo vẽtoſitas que plerũq; ẽ cã colice. nã in hoc inteſtino vt plerũq; fit colica ⁊ ex ea deriuaꝶ nomen eiꝰ. poſt illud aũt ẽ inteſtinũ rectũ qđ ẽ tertiũ de groſſis ⁊ ẽ poſtremũ omniũ ĩteſtinoꝝ ꝯtinuatũ cũ inferiore ꝑte colon: deinde deſcẽdit ex eo ſm rectitudinẽ: ⁊ ꝯtinuaꝶ cũ ſicteri ſuſtentatũ ſuꝑ dorſuʒ: ⁊ iuuamentũ iſtiꝰ ĩteſtini ẽ expulſio fecis ad exteriora ꝓpterea creatum ẽ rectũ vt ſit expulſio fecis ab eo facilior: ⁊ iuuaꝶ ad expulſionẽ cũ lacertis qui nõ ſũt ꝺ ſubſtãtia eiꝰ: ĩmo ſunt ſuꝑ mirach deorſum: vt dictum eſt alʼs. ⁊ hec ſufficiãt de anothomia vt de numero poſitione ſubſtãtia ⁊ iuuamẽtis coꝝ.

Quid rei. Circa hec igitur inteſtĩa fiunt colica ⁊ iliaca ⁊ punctio de quibꝰ dictum eſt circa lr̃am qũo differãt: q: punctio ẽ dolor leuis quaſi pũctio acus paucũ ſituʒ tenẽs cõiuncta tamẽ reſtrictõe ventris. Colica ⁊ iliaca ſunt dolores multo intẽſiores ad maioreʒ ſm plurimũ ꝑtem occupãtes vnde pũctio cũ fit ĩtẽſior aliquotiẽs fit colica vel iliaca: ⁊ vt clarius intelligaꝶ quid ſit colica ⁊ iliaca. quid rei oʒ ꝑintelligere q ſʒ auctores hoc nomen colica ſumitꝶ equiuoce. ſ. cõiter ⁊ ꝓprie. Cõiter aũt dicit Aui. declarãdo eã q colica ẽ integra inteſtinalis doloroſa ſup. paſſio cuʒ qua fit difficilis exitꝰ eius qđ debet egredi ꝑ naturaʒ vt dictuʒ ẽ circa lr̃am ad queʒ locũ recurre: ⁊ iſta nota integra vt ibi dicebaꝶ aliquãdo ſumitur ꝑ vehemẽtia paſſiõis vt ſic legaꝶ lr̃a q colica ẽ inteſtinalis doloroſa integra ideſt intẽſa vel itenſe doloroſa paſſio: ad differentiã punctionis vt ibidẽ dicebaꝶ vel põt dici ĩtegra ita q colica ĩtegra. i. cõmuniter accepta vt. ſ. ambit iliacaʒ ⁊ colicaʒ ꝓprie ſumptas ẽ inteſtinalis ſup. paſſio cũ qua ⁊c. Ita q ſiue fit in inteſtĩs ſuꝑioribꝰ ſiue ĩ inferioribꝰ ſemꝑ põt dici colica doloroſa paſſio ĩteſtinalis ĩtegra. i. cõiter accepta. Tertio mõ ſumitꝶ li integra vt ſonat q colica eſt paſſio appropriata ĩteſtinis: ſicut ⁊ fe. eſt integra paſſio cordis: ita ⁊ colica ẽ ĩtegra ĩteſtialis doloroſa paſſio. Sʒ qũocũq; ĩtelligaꝶ in hac deſcriptiõe declaraꝶ colica ꝯñter q declarat textus ſequẽs vbi appropriate ꝯtrahit colicã paſſionẽ inteſtinalem cũ cõditionibꝰ dictis vt diſtinguitꝶ ꝯtra iliacaʒ ex ꝑte ſitus vel cãe faciẽtis colicaʒ vel iliacã: qm̃ cũ cã faciens taleʒ dolorẽ ĩteſtinaleʒ ẽ ꝑ ꝓprietatẽ in inteſtĩs groſſis: illa talis diſpõ vocatur colica: qđ ſi fuerit ĩ gracilibus vel ſibi ſimilibꝰ appellaꝶ iliaca. Et hoc ĩnuebat. A. in textu cũ addit: ⁊ colica quidẽ ſm veritatem. i. ꝓprie ſumpta ẽ nomẽ eius ĩ quo ẽ cã in ĩteſtĩs groſſis. poſtea paulo poſt addit: q ſi ẽ ĩ inteſtĩs gracilibꝰ: tũc nomẽ ꝓprium ei ſm ſciẽtiaʒ veraʒ eſt ilios. Sʒ nota q colica proprie ſumpta ſortitꝶ nomen a colon: qm̃ de inteſtĩs groſſis colon propter plurimas iuolutiões ⁊ ꝓpter illud qđ ſtringitꝶ vel coartaꝶ in eius inceptiõe a monoculo poſteriꝰ verſus anchaʒ ĩ dextro: ⁊ ẽt ĩ eiꝰ terminatõe verſus renes in ſiniſtro: vt fuit dictũ ĩ anothomia ẽ in quo vtplurimũ fit talis dolor cum fit in groſſis: qm̃ raro fit in monoculo ⁊ rariꝰ ĩ inteſtĩo recto per eius inceſſuʒ rectum: ita ſimiliter dico de ilios q propter eius plurimas inuolutiones vnde dicitur inuolutuʒ frequentius fit dolor propter retentionẽ cauſe doloroſe in eo q̃ʒ in alijs inteſtinis gracilibus.

Nota ẽt q ex hac diſtinctiõe ex ꝑte ſitus ĩ diuerſis ĩteſtinis ĩter colicaʒ ⁊ iliacã ſumunꝶ diſtĩctões de maiori vel minori ſeuitate accidentiũ ĩter eas: qm̃ ſicut ĩteſtina gracilia ſunt paſſibiliora groſſis ⁊ acutioris ſenſus ⁊ nobiliora q: ꝓpinquiora nobilibus mẽbris ſaltẽ ꝯtinuatõe inde eſt q ĩ ilios cõiter fiũt ſeuiora accidentia q̃ʒ ĩ colica: ⁊ hec ſufficiãt de primo pricipali.

Diſtinctiões. Jam ponẽde ſunt diſtinctiões de quibꝰ fit hec pria ⁊ ẽ Auic. q cauſe colice aut ſup. iliace aut cadũt ꝓprie ĩ colon vel ſup. ĩ alijs inteſtĩs: ⁊ ita vocatur colica vel iliaca ꝑ ꝓprietatẽ. aut cadũt ĩ alijs ſup. mẽbris ab ĩteſtĩs ⁊ ꝑueniũt ad ipm ſup. colon vel alia inteſtĩa ſʒ ſemitã cõitatis: ⁊ ſic vocaꝶ colica vel iliaca ꝑ cõitatẽ. Alia diſtinctio de colica vel iliaca: quedã eſt ſalubris: ⁊ quedaʒ mortalis. nam quedaʒ ꝯiungitꝶ cũ ſeuitate accidentiũ vt cũ vomitu ſingultu ⁊ ſincopi: ⁊ ĩ totũ ꝓhibitiõe exitus per deorſuʒ ⁊ quedam nõſic. Itẽ in quadã ſtat tortio ⁊ ꝯtinua quaſi ĩquietudo ⁊ in quadam nõ: ĩmo ĩ quadã ſtat ĩterpolatio. Itẽ quedã ſtat diuturna quedã modici tẽporis. Itẽ quedã ſequitꝶ ad alios morbos vt colica cõtingẽs poſt fluxũ vẽtris que ſepe ꝯtingit vel poſt fe. acutas ꝓpter vſuʒ regimĩs facti: ⁊ quedã fit ĩcipiẽdo. Itẽ quedã terminaꝶ per viã euõnis ſenſibilis: quedã per viã ꝑmutatõis. nã aliquotiẽs terminaꝶ ad epilenſiã ⁊ quedã ad ꝑaleſiʒ vt voluit. A. ẽt colica terminaꝶ qñq; ad iliacã ⁊ ecõtra. Itẽ colica vel iliaca quãdoq; accidit ſʒ ſemitã accidẽtie egritudinũ peſtilẽtialiũ aduenĩẽtiũ ita vt perueniat de regione ad regionẽ ⁊ de hoĩe ad hominẽ a cã nõ manifeſta ⁊ quedã fiũt a cã magis manifeſta. ⁊ illa que fit per viã occulti principij vt ex influẽtijs appellaꝶ ꝯtagioſa ſed ĩpropꝛie q: videꝶ diuerſis cõicari ſicut ẽt ⁊ morbis contagioſis. Et nota ꝓpter multos ĩ hoc deficiẽtes ⁊ praue ꝯcipientes qui exiſtimãt q ꝓpter ꝯuerſationẽ cũ patiẽte colicaʒ cõiceꝶ ẽt colica. Et idẽ dicũt ⁊ ꝺ fluxibꝰ ꝓpter iſtũ tex. Auic. qui ponitur in colica ⁊ ſimilis ponitꝶ ĩ tractatu fluxuũ ab eodẽ. A. Nã tales ſunt ĩ errore qñ nõ fit cõicatio vnius ad alteꝝ per moduʒ vere ꝯtagionis cõicãdo vapores malos putridos vel male qualitatis qui reſoluanꝶ a corpore prius patiẽte ⁊ ĩ aliũ cõicati ĩprimũt ſimilẽ diſpõnẽ ſicut ẽ de lepra ſcabie vel obtalmia fe. peſtilẽtiali ⁊ ptiſi de quibus ſcribit Auic. 2ᵃ primi doctrina pᵃ ĩ fine. ſed ideo trãſeũt de hoĩe ad homineʒ ꝓpter influẽtiã fortẽ ad ĩprimendũ ſimilẽ diſpõnem talẽ ĩ diuerſis: ⁊ ita diuerſis cõicat nõ per viã cõitatis vnius ĩ alterũ: q: non apparet modus ĩ colica vel fluxu ſaltẽ ĩ fluxu mãe non putride: q: forte de eo poſſet eẽ dubitatio. Iſti ergo morbi debẽt dici epidimales ⁊ non ꝯtagioſi quomõ ẽt in certa ſtatione tẽpoꝝ fiunt dolores articuloꝝ ĩ diuerſis: ⁊ alij diuerſi morbi a quibꝰ nõ manifeſtaꝶ reſolʼo vaporoſa cõicabilis ⁊ adducens ꝯtagionẽ ⁊ hoc bñ nota. Alia diſtinctio: quedã fit ĩ corpore iuuenili ⁊ forti: quedã ĩ debili vel naturaliter vel accidẽtalr. Itẽ quidã freq̃ẽter ĩcidũt in eã: ⁊ q̃dã raro etiaʒ ſtante bonitate regiminis ſm maioreʒ vel minorem paſſibilitateʒ inteſtinoruʒ.

Cauſe. Jam veniẽdo ad cãs: primo diſcurrã ꝑ cãs colice ⁊ ꝑ eas ĩtelligemꝰ cãs iliace. qñ vt dicit ẽt Aui. ĩ principio capituli de ilios: Ilios accidit ex oĩbus cãis ex quibꝰ accidit colica. tñ videnꝶ ſpãles magis cãe in iliaca q̃ʒ ĩ colica de q̃bꝰ ĩfra videbitꝶ. Diſcurrendo igitꝶ ꝑ cãs colice qm̃ colica dicit duo pricipalr. ſ. dolorẽ forteʒ ⁊ ĩtenſuʒ in ĩteſtinis. 2ᵐ ẽ retentio eiꝰ qđ dʒ egredi ꝑ nãm ſiue difficultas exitꝰ eius. Cãe pricipalr reducenꝶ ad duo genera cãꝝ. ſ. ad cãs doloꝝ q̃ ſumunꝶ ex ſenſibilitate mẽbri cuʒ mala ꝯplʼone diuerſa ſubito occurrẽte ⁊ ſolutõe ꝯtinui ex vna ꝑte ⁊ ad cãs ĩpediẽtes exitũ mãe nãliter educende ꝑ deorſuʒ. ⁊ hoc vel ex ꝑte oppilatõis vel ex ꝑte ĩobediẽtie mãe in ſe vel ex ꝑte debilitatis expulſiue vel fortitudinis retẽtiue. ⁊ iõ tunc prius aliqua cã fit cã colice qñ ſimul adducit ad dolorẽ vel ſoluendo ꝯtinuũ vel reddẽdo mẽbrũ magis paratuʒ ad acutũ ſenſuʒ cum hoc q adducat vel ad debilitatẽ expulſiue vel fortitudinẽ retentiue vel ad oppilatõeʒ vel ad ĩdiſponẽdum mãʒ ſm ſubſtãtiaʒ ad exitũ. Et ita ſpãlius diſcurrẽdo: primo in cãis ẽ q̃libet malitia ꝯplʼonis calide vel fride vel ſicce. Nã mala ꝯplʼo calida: prĩo vt ꝯtria nãli ⁊ diuerſa ſiue ſit mãlis ſiue ĩmãlis ẽt nõ oppilatiua ẽ cã doloris: ⁊ efficit ẽt colicã ꝑ reſolutõeʒ: humiduʒ exiccãdo de fecibꝰ ⁊ ẽt ꝑ hoc exiccat: qm̃ ꝑ eam vigoraꝶ attractiua mẽbroꝝ: ⁊ ita ꝯuertit humidũ nutrimẽtale ad epar ⁊ ad mẽbra poſteriora: ⁊ ita feces exiccanꝶ ⁊ ĩduranꝶ ⁊ ſic reddũꝶ ĩdiſpoſite vt deorſuʒ emittanꝶ: ⁊ hoc ẽ cõe ⁊ in colica ꝓprietatis ⁊ cõitatis. Sʒ magis hoc accidit ĩ colica ꝑ cõitatem vt qñ cã ẽ in epate vel in mẽbris poſterioribꝰ terminata vt ab aere calido vel tali nãliter vel artificiato de quo dicit Aui. ⁊ qñq; ſit ꝓpter artẽ facientẽ neceſſariuʒ tactuʒ caliditatis ſicut vitriaria ⁊ ferraria ⁊c. Sʒ mã calida facit dolorẽ penetrãdo ĩ mẽbra ⁊ ꝯuertẽdo humiditates in vẽtoſitates vt voluit Gal. 12ᵒ terapentice caplʼo 7ᵒ vbi narrat hyſtoriã de colica ab hac cã. Malitia ẽt cõplexionis frigide ſimiliter eẽ põt cã ſiue ſit mãlis ſiue ĩmãlis ⁊ alteratõe ſubita ſolutõe ꝯtinui extendẽdo ſi ſit mãlis ⁊ ẽt ſi occurrat ab extrinſeco vt exẽpli gr̃a ſedendo ſupra rem frigidã vt marmor. nã tunc ꝯſtringẽdo lacertũ ani ꝯprimunꝶ feces: ⁊ q in eis ẽ de humido ad ſuperiora: ⁊ ita ꝓhibeꝶ caruʒ exitus per naturã. Efficit ẽt ad colicã frĩditas per aliũ modũ debilitãdo expulſiuaʒ ⁊ vigorãdo ꝯtentiuã. Ponit ẽt aliũ modũ Auic. qui ẽ multuʒ per accidẽs vt fiat colica a cã frĩda: vt qñ per frigus extrinſecũ cõſtringẽdo lacertos vẽtris ⁊ ſup. ꝓhibẽdo diſſolutioneʒ vapoꝝ ⁊ calidi naturalis peruenit calefactio ad ꝯcauitateʒ ventris: ⁊ ita exiccãtur feces. Sicca ẽt cõplʼo ſeparãdo ꝑtes facit ad dolorẽ ⁊ exiccãdo humidũ cuius pñtia feces lubricanꝶ ſit cã colice. Humida aũt ꝯplexio ĩmãlis raro ducit ad colicã ſi fuerit ſimplex. Sed mãlis aliqñ põt eẽ cã oppilatõis ⁊ ꝓhibitionis exitus ⁊ retẽtõis ꝯñter multoꝝ vapoꝝ vel ventoſitatum extẽdẽtiũ: vnde fit ſolutio in ꝯtinuo tanta vt pertranſeat terminũ pũctionis ⁊ ẽ peruenĩẽs ꝑꝑ dolorẽ ⁊ ſolutõem cõtinui vſq; ad terminũ colice. De his tñ ꝯplexionibꝰ ⁊ malitijs eaꝝ maxi

me

me nocet frida: qm̄ vltra modos dictos sup̄ra quibꝰ ꝯplexio fri/
gida nocet adducit ēt vt frequētius friditas ad gn̄atiōez colice
ꝑ hoc ꝙ debilitādo calorē nālem i itestinis generatur ab eo vē/
tositas i corpore itestinoꝝ hora post horā ⁊ extendūtur p̄ter na/
turā vnde fit dolor ⁊ i tantū extēdunt ꝙ nō possunt ꝯstringi a
musculis ēt ꝯpressiuis. ⁊ tn̄ ꝯstrictio regulariter ē necessaria ad
eductionē eius ꝙ dz egredi ꝑ naturā. Et hec cā frida aliquādo
fit ab aere frigido: ⁊ ꝓinde multiplicat colica i terris fridis cuz
flat septētrion. Et aliqn̄ talis friditas ꝯseruat ab humore melā/
colico fluente ad intestina i dispōne splenetica. ⁊ aliqn̄ ⁊ frequē/
tius a mā flegmatica i stomacho multiplicata ꝑ indigōnē que i
deorsuz fluxit ad intestina. Et aliquādo fructus ⁊ reliqui cibi i/
frigidantes adducūt ad hoc vt lactuca portulaca ⁊ maxie olera
frida ad stipticū declinātia: sicut ēt fructus frigidi cū quibꝰ cō/
iungit stipticitas: vnde generant inde māe fride non lubrice a
quibꝰ parat generatio oppilatōis i intestinis. Potus ēt aque
⁊ vini mixti ē de maximis cāis ad hoc. Nā tales oppilatōes q̄
inde generātur sunt ꝓhibētes egōnez ⁊ humores ⁊ vētositates
a penetratōe in deorsuz ⁊ sic ab exitu per nām. ⁊ ita cū non ex/
pellunt extēdēdo causant maxios dolores. que oppilatio ⁊ si di/
ctū sit ꝙ vtplurimū pendeat a mā flegmatica frida viscosa ⁊ im
plente vacuitatē itestini: aliquotiēs tn̄ apata i itestinis vel i me/
sinterio per cōitatē possunt eē cā haꝝ oppilationū. Et de apati/
bus talibus vtplurimū apata intestinoꝝ sūt calida ꝓpter diffi/
cultatē penetratōis māe in mēbra neruosa. ⁊ talia vtplurimū fa
ciunt magis iliacā q̄z colicā: q: itestina gracilia magis apant q̄z
grossa. Vētositas ēt grossa aliquotiēs est cā dicte oppilatōis
⁊ ꝓhibitōis. Exitus ēt materieꝝ que ꝯtinētur īfra oppilationē
qm̄ multū extēdēdo itestina ꝓhibēt coꝝ ꝯstrictionē supra fecez
que necessaria ē ad expellēdū vt dictū ē ēt per aliuz modū ven
tositas fit cā oppilatōis ꝯtorquēdo itestina inequaliter: vn̄ vna
pars alterā supequitat. ⁊ ita nō seruās debitū sitū facta aliquo
tiēs reuolutōe fit ꝯstrictio ⁊ oppilatio ⁊ aliquotiēs ꝑ vētositatē
extēdēdo nimis rūpūtur ligamēta vn̄ cadūt partes nō debite li
gate supra alias: ⁊ ita ꝑtes supra quas cadūt ꝯprimūtur ⁊ ꝯstri
gunt ⁊ ꝯsiter oppilātur: imo aliquotiēs per extensionē ita exten
dunt certe partes itestini maxime colon vt dilatet sifach ab os/
se femoris. ⁊ ita sepe cadit saccus male ligatus de quo dictuz ē
supra ad inguina ⁊ ad bursa intestinoꝝ: imo tm̄ aliquotiēs extē/
dit intestinū ꝙ rumpit sifach in parte directa extēsioni violen/
ter facte ab intestino ⁊ nō tm̄ i partibus inguinis sz ēt i partibꝰ
supra in partibꝰ ventris: ⁊ tales sunt male spēs colice precipue
cū descendūt itestina i bursaz testiculoꝝ: qm̄ per casuz eoruz ⁊
elongationē ad fundū osei fiunt diuerse extensiōes in supioribꝰ
⁊ reuolutōes addētes ad maiorē ⁊ diuersaz oppilationē: vn̄ q̄si
ē impossibile vt aliquid educat per anuz ⁊ plerūqz ꝯmoriūtur
⁊ ego aliquos ex his vidi ⁊ per istos modos ꝑ quos ventositas
ad colicā ⁊ oppilatōem diuerso mō per eosdē modos ⁊ vermes
aliquotiēs fiunt cā: qm̄ aliquotiēs ꝯglobant ⁊ replēt spaciū vel
ꝯcauitatē itestini causando itegraz oppilatōez ⁊ aliquotiēs mo/
tu eoꝝ iordinato adducit ad oppilatōez ꝓpter ꝯtorsionē ipsorū
itestinoꝝ. Lapis ēt qn̄qz generatur i intestinis qui fit cā co/
lice oppilādo ⁊ adducendo dolorē vel ex se extēdendo ⁊ soluēdo
ꝯtinuū vel ꝓhibēdo exitū vētositatis ⁊c. Et ego casuz vidi mi/
rabilez i hoc in vxore dn̄i Antonij de canibꝰ Papie i colica cla
mosa q̄ nō poterat aliquo igenio curari: ⁊ tādem nā cū lenitiuis
ꝑ sursuz ⁊ deorsuz emissis: emisit tres lapides magnos durissi/
mos: quoꝝ qlibet fuit quātitatis vniꝰ oui galline ⁊ videbant ꝙ
eēnt feces ita idurate: sz erāt cinericij coloris. ⁊ ꝓinde durities
fecuz vt plerūqz est cā magna ad colicā faciens oppilādo vt di/
ctū est. Siccitas aūt fecū aliquotiēs sequit cibos siccos ⁊ du
ros vt ꝯtingit comedentibꝰ panez duꝝ ⁊ carnes bouū salitas ⁊
legumina sine brodijs: aliquotiēs ēt exiccat ex lōga remanentia
in itestinis. Talis aūt diuturna remanētia maxie sequit de/
bilitatez expulsiue itestinoꝝ q̄ debilitas potissime sequit vel p̄/
sentiā humoris vitrei in itestinis vel viscosi ꝓhibentiū virtutē
expulsiuā opari actū ꝓpriū in expellēdo feces: nō dico ꝑꝑ oppi
latōez ab illis mēbris: sz q: friditate debilitat virtꝰ: ⁊ ꝓinde se/
pe fit ꝓhibitio exitꝰ māe post potuz rei narcotice stupefacientis
aut ꝑꝑ vsuz multi coitus. ⁊ ita talia flegmata ibidez in itestinis
paulatine ꝑ idigestionē gn̄ant: lz etiā aliquotiēs ⁊ sepe dscēdūt
talia flegmata multa a capite ad itestina faciētia colicaz vt scribi
tur 8° ꝯtinētis: ⁊ quādoqz ꝯtingit talis diuturna mora ꝑꝑ ne/
gligētiam inuitatōis nature ad secessuz vt i multis curiosis oc/
cupatis ⁊ in multis negotijs. Aliquotiēs ēt sua adherētia cu fe/
cibus sustinēt dicte materie ne feces expellant: ⁊ aliquotiēs tm̄
ifrigidāt vt non tm̄ debilitet virtꝰ expulsiua ꝓ isto actu: sz etiā
debilitat sensitiua intestinoꝝ sicut dictum est de narcoticis: vn̄
nō nitūtur expellere: ⁊ ita feces longo tꝑe morant in intestinis
⁊ exiccant. Et aliquotiēs ēt ebetat sensitiua intestinoꝝ: ⁊ nō ex/
pellunt iste feces ꝓpter paruitatē effusiōis colere ad itestina si/
cut dictuz ē supra i cap° de icteritia stāte oppilatiōe vel in orifi
cijs poroꝝ per quos defert colera ad intestia ꝓpter flegma ad/
herens superficiei itestinoꝝ vel ꝓpter oppilationē ꝯtingētez i di
ctis poris versus epar vel kistiz fellis: ⁊ ita vt dicebat ibidē ali/
quotiēs icteritia fit cā colice: ⁊ aliquotiēs colica causa icteritie.

De cāis autez ꝑ cōitatē maxime ē dolor a lapide renū: qui tn̄
multū similis ē dolori colice: imo dicit Auic. ꝙ occultat nisi illi
qui ꝓuisionē hz. sz de hoc dicet ifra i signis. naz ꝓpter lapidē
in renibus vel i vijs fit coartatio itestinoꝝ: ēt cōpassiōe itestino/
rum ad renes virtꝰ nālis intestinoꝝ debilitat in expellendo. Et
qn̄qz cā colice vel nimie diuturne retentōis materie i intestis ē

nimia sensibilitas itestini: vnde nā terret i expellēdo mā ꝑ illam
ꝑtem: ⁊ ita vlcera itestinoꝝ vel excoriatio siue bothor fiunt cau
sa colice. imo sepe ēt ꝯtingit ꝙ post curationē etiā disenterie se/
quitur colica ꝓpter passibilitatē dictoꝝ itestinoꝝ: vt dictū ē ēt
maxime ꝓpter regimē qd̄ precessit cōstrictiuū: vn̄ cōfortat retē
tiua ⁊ debilitat expulsiua. Tethanus ēt si accidat itestis: ali/
quotiēs ē cā ꝓ quāto nō pn̄t itestina ꝯstringi vel dilatari fz par
tes eoꝝ q̄ tn̄ dilatatio ⁊ ꝯstrictio ē necessaria i expulsiōe. Spas/
mus aūt magis fit cā iliace ꝓprie sumpte q̄z colice si accidat in
musculis virtutis expulsiue ⁊ retentiue: qm̄ sicut itestina infe/
riora dficiūt i retinēdo: ita supiora dficiūt i expellēdo: vt pz ꝯsi/
derāti. Aliquotiēs ēt medicie venenose sunt cause soluendo cō/
tinuū ⁊ debilitādo virtutes i expulsiōe: sz hec magis appropria
tur iliace q̄z colice: quia tales magis imediate veniūt ad itestina
gracilia q̄z grossa: sicut ēt aer pestilētialis cū est cā colice magis
adducit ad iliacā q̄z ad colicā ꝓprie sumptā ꝓpter magis iuua/
re itestina gracilia ad cor q̄z grossa. ⁊ aliquotiēs cā ⁊ ē plurimū
ꝯtingēs est retētio egōnis vel vētositatis volētis egredi. nā cuz
nititur ad expulsionē nā regulariter stimulata a mā ⁊ a virtute
volūtaria motiua ꝓhibent musculi cōpressiui a cōpressiōe ⁊ iu/
bentur musculi retētiui retinere: tunc illa mā sursuz reuoluitur
ascēdendo ꝑ reuolutōes itestinoꝝ: ⁊ ita fit colica. ⁊ hoc maxime
accidit ꝑsonis nobilibꝰ ⁊ generosis qn̄ repiunt in corona siue in
pn̄tia aliquoꝝ illustriuz viroꝝ. Et de his oībus causis maxime
ad imediatas reducēdo dixit Gal. 12° terapētice cap° 6° in fine
loquens de dolore colico supscrutāduz igit nobis in vehemen
tibus doloribꝰ vel humorē multū sup. cē cām talis doloris vel
spūm exituz nō habētez vel grauez tumorez. i. apa vel mordax
humidū vel dispōem siccā. s. i fecibꝰ ⁊c. ⁊ hec d cāis sufficiant.

Signa.

Expedito de cāis veniēduz ē ad signa: ⁊ primo ꝓ/
nostica euētꝰ: deīde ad bonū ⁊ ad maluz: cōsequē/
ter demōstratiua. Primū ergo signū ꝓnosticū euētꝰ sumit
ex p̄cessione causaꝝ facientiū ad facilē punctionē dolorosaz in/
testinoꝝ simul cū preꝑatione ad gn̄ationē flegmatū ⁊ ventosita
tū circa intestia vel duritiei fecū vt si intestia fuerint nāliter fri/
gida cū tenuitate mirach ⁊ cōcurrēte malitia regiminis d nausea
tiua satietate ⁊ inordinatiōe motus post cibū: ⁊ ex acceptiōe ci/
boꝝ fridoꝝ vētosabiliū ⁊ fructuū ēt maxime stipticoꝝ: vt piro/
rum castaneaꝝ ⁊c. vel ciboꝝ duroꝝū ⁊c. vt fit a rusticis monta/
nis terdone qui comedūt panē factuz ꝑ mēses sex: q: nō faciunt
panē nisi bis in āno ⁊ sine fermēto: ⁊ vtunt ꝯsiter potatiōe vini
mixti vel aque fride. ⁊ ex statiōe longa i aere libero flāte boreali
vento vel sessiōe supra rez durā fridaz vt supra lapidez marmo
ream: tūc his p̄cedētibꝰ possumꝰ ꝓbabiliter arguere supra futu
ram colicaz ꝑ modos declaratos i cāis. Nā stat tunc preꝑatio
ad dolorez ex ꝑte debilitatis itestinoꝝ ⁊ mirach simul cū prepa
ratione gn̄ationis supfluitatū oppilatiuaꝝ vel vētositatis cum
difficultate exitꝰ ꝑ deorsum ex malitia regiminis ꝑ modos supra
declaratos. Aliud ꝓnosticū cū videt corpꝰ cōsuetū periodice
pati colicaz: vt de mēse in mēsem vel aliter ita disponi fm acci/
dentia sicut ꝯsueuit cū est futurꝰ dolor d ꝓximo: vt q: precedāt
grauitas cruriuz ⁊ dorsi ⁊ tristitia ⁊ diminutio appetitꝰ possu/
mus ꝓnosticari ꝯsequēter ēt de futuro dolore colico: qm̄ i de/
terminato tꝑe pōt aggregari mā factiua colice: ⁊ ita morbus vi/
debit piodicꝰ. Aliud ꝓnosticū qn̄ i diuersis corporibꝰ que tn̄
ordinate viuūt accidit colica ex ifluentia sic disponēte vt q: trā/
seat de hoie ad hominē ad modū expositū supra tunc in corpo/
re cōualescente ex morbo acuto in quo fuit necessariū regimen
infrigidatiuuz possumus ꝓbabiliter pronosticari super colicaz
futuraz patet ex dispositiōe passi ad recipienduz influentiaz ta/
lis passionis inductiuam. Aliud pronosticum ⁊ est Auerrois
quarto colliget de signis significantibus futuras egritudines:
Priuatio appetitꝰ cum sincopi colicā significat sup. futurā su/
mēdo colicā large vt ambit ēt iliacā: pz qm̄ declarat pn̄tiā mul
te māe lesiue circa stomachū vel ꝑtes eiꝰ vel i itestinis ꝓximis q̄
nate sunt facere colicaz diuersis modis dictis supra: vn̄ cōicat
notabile nocumētū ori stomaci ⁊ ita fit priuatio appetitꝰ: ⁊ ali/
quotiēs cōitate cordis fit sincopis. Aliud ꝓnosticū: cum tar/
dat egestio vel cuz difficultate emittit: ⁊ p̄cipue cū emittit ap/
paret al. tunc ꝓnosticari possumꝰ de futura colica. pz q: decla/
rat ipotentia expulsiue cū priuatōe trāsmissiōis māe colerice ad
itestina q̄ ē de maxis cāis ipsiꝰ colice. Aliud ꝓnosticū magis
ꝓximū euentꝰ colice: ⁊ quasi declarat pricipiū illiꝰ ⁊ ē Auic. qn̄
minorat id qd̄ egredit de fece. i. egredi ꝯsueuit ⁊ expellit paro/
xismꝰ egōnis. i. non seruat morꝰ exitꝰ egōnis in tꝑe suo vel fm
ꝯsuetudinē: siue itelligat de egōne vera siue de ventositate vel
alijs humoribꝰ q emitti ꝯsueuerūt. Nā vbi ꝯsueuit assellare ma
ne ⁊ sero ⁊ tunc tardat ēt ipso icitāte ꝑ diez vel duos: vel si cuz
conatu aliqd emittat id modicū ē: tunc hoc signū ē ꝓnosticū ꝓ
ximi euentꝰ colice: pz. Aliud ꝓnosticuz ēt Aui. si corpꝰ fuerit
ꝯsuetuz appetere dulcia ⁊ vnctuosa q̄lis est appetitꝰ corporis sa
ni ⁊ iaz abhorret ⁊ declinet vehemēter ad acetosa aut acuta aut
salsa. ⁊ si cuz recipit aliqd vnctuosuz vel dulce icurrit nauseam
vel subuersionē ⁊ inuenit oi hora punctōez. i. remissuz dolorē i
ventrez: tūc iā declarat ꝓxima colica pz ꝯsiderāti: q: declarat
repletio circa itestina ⁊ stomachuz de materiebꝰ fridis ⁊ visco/
sis qm̄ fit appetitꝰ ad ꝯtraria sue dispōni. Et si cū hoc iuenit do
lorez in cruribꝰ suis ⁊ in dorso suo est signū magis manifestuz
q: significat multitudinē istaꝝ materieꝝ grauātiuz. Si ēt appe
tat multū potuz maxie aque ⁊ nō satiat lz bibat plurimā ex ca:
iaz declarat ꝙ tāta est oppilatio in meseraicis ꝙ ꝑ ora meserai/
caꝝ terminataꝝ ad itestina ꝓhibet vel saltez minuit trāsitꝰ nu

trimenti ad mēbra: vñ fit in ipsis īflāmatio ⁊ exiccatio: ⁊ ita fit si
tis ꝯtīr ⁊ nō remittit̄ ꝑ potū: qm̄ ꝓpter oppilatōes qđ bibit̄ non
penetrat ad epar ⁊c̄. Et si cū his signis nō tm̄ stat punctio sʒ cre
scāt dolores notabiles in ventre ⁊ nō tm̄ sunt ꝯtinui: tūc hec si/
gna nō amplꝰ sūt ꝓnostica sed demōstratiua pricipij vt dicet̄.

Signa vero ꝓnostica ad bonū in colica ⁊ sunt Aui. primū il/
la colica ē magis incolumis in qua nō ē retentio vehemēs eius
qđ dʒ egredi ꝑ nām: pʒ. Aliud ꝓnosticū: illa in q̄ dolor ē mu/
tabilis de situ ad situ ⁊ qñqʒ alleuiat̄ in totū dolor quāuis iterꝝ
redeat ē de magis īcolumibꝰ: pʒ q: đclarat̄ colicā esse ventosaʒ
⁊ plerūqʒ sine multa mā. Aliud etiā ad bonū: qñ etiā stāte re/
tentōe eiꝰ qđ dʒ egredi ꝑ nām ⁊ dolore satis intensis si cū īge/
nijs vt clisteribꝰ vel suppositorijs aliqđ expellat̄ si hñs eā īuenit
ꝑꝑ exitū fecis vel vētositatis multā alleuiatōeʒ in dolore: tūc ē
significatio bona: qm̄ đclarat̄ q cā nō ē fixa q: nō ē pendens ex
apate neqʒ mā ē inclusa in tunicis itestinoꝝ: sʒ tātūmō ē in cō/
cauitatibꝰ oppilatio ꝓhibens ⁊c̄. q̄ facilꝰ pōt remoueri. Aliđ
ad bonū ⁊ vltimū etiā Aui. Bonitas anhelitꝰ ē bona significa/
tio in colica ad euadendum: qm̄ declarat̄ q non ē multa exten/
sio in nālibꝰ mēbris: vñ nō fit ꝯpressio diafragmatis ⁊ q non ē
corruptio in hūoribꝰ circa stomachū ꝯtentis neqʒ ꝯdicatio fecū
ad supiora: vñ fit anhelitꝰ nō insuauis vel fetidus sʒ bonꝰ. Et
ex oppositis signis possumꝰ ponere signa ꝓnostica ad malū: de
quibꝰ primū ē fortitudo doloris ⁊ q vomitꝰ sequit̄ vomitum ⁊
sudor fridus ⁊ friditas extremitatū. Nā vt scribit̄ 8° ꝯtinētis:
Per friditateʒ extremitatū ⁊ sudoreʒ friduʒ declarat̄ q dolor
adeo vehemēs est q nā ꝯuertit spūm ⁊ sanguineʒ ad locū dolo
ris. Et istaʒ cām īsinuauit ēt Aui. ī signis malis ī colica. Aliđ
ꝓnosticū ad maluʒ ⁊ scribit̄ de mente Gal. ēt 8° ꝯtinentis: di/
cit q ꝓprietas inseꝑabilis colice male ē q nihil educit̄ de infe/
rioribꝰ oio: tm̄ nō semꝑ sequit̄ vomitꝰ ēt in colica mala. i. multū
difficilis curatōis. Sʒ vt ibidem dicit̄ cū sequit̄ vomitꝰ ad re/
tentōeʒ ita vt nihil educat̄ ab inferioribus iam patiens propin/
quus fit ad ꝑiculuʒ: qm̄ iam denotat̄ q ē tāta oppilatio in de/
orsuʒ vt mā reuoluat̄ ī sursuʒ. Aliud ꝓnosticū qñ cū vehemē
tia doloꝝ ⁊ retētione totiꝰ eius qđ egredit̄ vel debʒ egredi dicit
Auic. peruenit sup. patiēs ad singultuʒ quoꝝ vnꝰ sequit̄ ad ali/
um. i. singultū quasi ꝯtinuū ⁊ ad ꝑturbatōeʒ rōnis ⁊ spasmum
⁊ nō egredit̄ aliquid salteʒ cū īgenio. i. clisteribꝰ vel supposito/
rijs ē sigtio mortalis. Et hec ē etiā snīa Hypo. 7ª affo. affo. x°.
ī ilion singulꝰ vomitꝰ spasmus ⁊ desipientia malū. Singul/
tus eīm ⁊ spasmꝰ fiunt ꝓpter nocumentū cōicatū cerebro ꝑ ner
uum mediū directū a stomacho ad cerebrū. Aliud ꝓnosticuʒ
⁊ ē Hypo. de morte veloci vt ponit̄ 8° ꝯtinētis ī quo fuerit do/
lor ī ventre ⁊ apparuerint ī supercilijs vestigia aut pustule nigre
ad modū fabe. deīde ī eis efficit̄ vlcus durādo vsqʒ ad dieʒ se/
cūdū aut plus morit̄. Et addit: q hic ī quo fuerit dolor patiet̄
subeth ⁊ abundanteʒ somnū ī principio passionis fuit dictū als
q ista signa posita ab Hypo. ī illo libello nō semꝑ hñt rōnē ma
nifestā sʒ forte ita experientia cognitū ē tꝑe Hypo. ideo Aui. cō
putauit hoc signū ꝓnosticū īter signa extranea dicit: Et in ex/
traneis signis ē cū apparet ī eo qui hʒ doloreʒ ventris vestigiū
⁊ bothor nigrū sicut faba ⁊ vlcerat̄ ⁊ remanet vsqʒ in diē secđm
aut plus qm̄ morit̄. Et addit ēt q huic homini aduenit subeth
⁊ multitudo somni ī principio sue egritudinis. Sed Aui. nō po/
nit vbi fuerit tale signū vtrū ī supcilijs vel alibi vt posuit. R. ⁊
Gor. ponēs hoc signū ī colica dicit: Si apparuerit faba nigra
supra ventreʒ seqnti die moriet̄. Nō pōt assignari: qm̄ ex quo ē
nigra significat adustionē: ⁊ ex quo expellit̄ ꝑ crisiʒ ꝑmutatōis
talis modica mā malitiosa significat̄ īpotentia virtutis in expel
lendo: vñ retenta mā mala adusta opprimet cito virtuteʒ ⁊ seq/
tur mors ⁊ deterior significat̄ cū cito vlceret̄. Aliud signū ēt
cōe ad colicā ⁊ iliacā ponit̄ ab Hyp. 6ª affo. affo. 45° cuʒ dixit:
Quibuscūqʒ ex strāguria ilios īnascit̄: hi in septem diebus pe/
reūt si nō fe. supueniente vrina multa fluxerit: lʒ Gal. ī ꝯmento
videat̄ ꝯtrahere hoc ad ilios ꝓprie sumēdo in quo vt dicit nul/
la sup. supflua īferiꝰ egrediunt̄. ⁊ si acutiꝰ clisterizet̄: tm̄ pōt cō/
trahi etiā ad colicaʒ ꝓprie sumptā ⁊ forte rōnabilius: qm̄ stāte
strāguria ex multa repletōe ⁊ extensione circa vesicaʒ coartatio
magis dʒ fieri in ītestino grosso q̄ʒ ī gracilibꝰ. Et tm̄ Gal. ibidē
nō acceptat hanc snīaʒ vt verā: qñ videat̄ sentire posse fieri talē
coartatōem nisi ex apate vesice. Et ēt dicit q ad apata vesice si
sequat̄ ilios multo magis ad apa vulue vel matricis q ñ ꝯtigit: q:
vulua vt dicit ascēdit ad diafragma vñ ītestina magis đbuerūt
ꝯprimi q̄ʒ ex apate vesice in quo solum rectum ītestinū ꝯprimit̄
etiā ꝑꝑ aliud: q: cuʒ ad apa sequat̄ fe. tanq̄ʒ accñs non apparet
q ex fe. dʒ fieri salus ī ilios: imo magis augmentū ad augmen
tū apatis maxie cū fe. nō sit cura alicuius morbi nisi de friditate
fuerit sola aut cū hūoribꝰ flegmaticis aut cū vētositate vt vult.
Jō ī fine ꝯmēti ꝯcessit q si strāguria fuerit cōiūcta cū humori/
bus crudis ⁊ grossis ⁊ tandē sequat̄ ilios q tūc nisi supuenerit
fe. ⁊c̄. dissoluēs talē mām ī aquositatē ⁊ sic ꝑ multā vrinaʒ mo/
riet̄ ī septē diebꝰ. Vñ dixit Gal. q si Hypo. aut aliꝰ fecit hunc
affo. ita vidit ꝑ experientia: ⁊ hoc eē posset qñ humores crudi
grossi sūt accidēs ad strāguriā. Et ex hoc collige ad tollendum
difficultatē q ilios huiꝰ nō sequit̄ ad strāguriā ꝓpter oppila/
tioneʒ sequēteʒ ad cōpressionē vesice. Sʒ supposito q strangu/
ria depēdeat a mā flegmatica ⁊ humoribꝰ crudis: ⁊ postea suc/
cedat ilios nō per coartatōem sʒ qm̄ abūdāt hūores tales gros/
si nō tm̄ ī vijs vrine sʒ ēt ī ītestinis: vñ fiat colica vel iliaca ꝑ mo
duʒ dictū supra: tūc ꝯstat q si supuenerit fe. liquefaciēs humi/
ditates ⁊ multiplicās vrinā fiet salus. alias eger moriet̄ añ septi

mū ꝓpter seuitatē accidentiū vtriusqʒ. Aliud signū pronosti
cuʒ ⁊ vltimū q lʒ sit cōe ī colica ⁊ iliaca: tm̄ magis appropriatur
iliace ē q qm̄ cū retētōe exitꝰ fecis ꝑ deorsuʒ que quasi ē īseꝑa/
bilis ī iliaca lʒ aliquotiēs ꝯtingat ī colica ꝯiungit̄ vt expellatur
fex ꝑ superiora euomit̄ fex tūc ē significatio mortalis. Et đ hoc
dicit Rasis 8° ꝯtinētis: accidūt qñqʒ ī vētre dolores vehemē/
tes cū ꝑturbatōe ꝯmotōis vomitꝰ finalr ita q ꝑ vomitū emit/
tit̄ stercus tūc dicit q pauci sunt qui saluāt̄ inde. Et dicit. A. ī
ca° de signis ilios q magnitudo dispōnis vomitꝰ stercoris nō
magnificat̄. i. nō fit inseꝑabilis ⁊ ꝯtinua nisi cū ē timor sup. ꝓ/
ximus de morte. Et rōnē adducit Serap. ī ca° đ ilios dicit ad/
ducendo cām huiꝰ mali signi: qm̄ dū stomachꝰ ꝑmanet fm di/
spositōeʒ nāleʒ attrahit desuper. s. cibū a meri ⁊ expellit ⁊ facit
currere īferiꝰ sup. supfluitates. Cū ergo egredit̄ a nā. i. multum
ledit̄ stomachꝰ ascēdit ad ipsuʒ ēt aliquid ex īferioribꝰ qđ est q:
clistere multotiēs fortassis ascēdit ad vētrē. i. stomachum ita q
vomitu expellit̄. Et addit: ⁊ ī egritudine ilios qñ ē ꝑdens. i. du/
cens ad mortē vomitu expellit̄ stercꝰ: imo sup. ēt aliquotiēs ex/
pellunt̄ vermes ⁊ ascarides vt voluit Auic. ⁊ tūc fetet os eius ⁊
ipsiꝰ eructuatio: imo qñqʒ fetet totū corpus vt vult Aui. Et ꝓ/
inde addit Serap. q qñ hoc accidit nō recipit sup. stomachꝰ qđ
ascēdit ex ītestinis nisi necessario. i. ꝓpter cām necessariaʒ ⁊ sup
ple violēter. ⁊ adducit rōnem quia de natura ītestinoruʒ est vt
faciant currere qđ cōtinetur in eis inferius idest per deorsuʒ. sʒ
cum est egritudo aliqua ⁊ incipit ab inferioribus motus fortis:
tunc fex retenta in intestinis vadit versus superiora: quoniam
prohibetur versus anuʒ descendere: ⁊ inde fit motus intesti/
norū horribilis vt vult: ⁊ fit hec egritudo ꝑdens ⁊ ꝓprie noiat̄
fetida: qm̄ qđ ī eo euomit īfirmꝰ ē fetidū stercus: ⁊ similr anheli
tus eiꝰ ē fetidus ⁊ totū eiꝰ corpꝰ ē fetidū. Et dixit se vidisse hāc
egritudinē accidere multotiēs ⁊ nō euasisse ex ea nisi raro: ⁊ hec
de ꝓnosticis sufficiāt. Signa vero demōstratiua generis cō
munia sunt manifesta relatōe īfirmi: qm̄ stat dolor fortis ī vētre
ī ꝑtibus ītestinoꝝ cū retētōe vel difficultate exitus eiꝰ qđ debʒ
egredi ꝑ nām cōcomitant̄: tm̄ quedaʒ accidētia que colicā decla
rant que signa sunt ꝯiecturabilia ⁊ nō doctrīabilia. i. nō sic ma/
nifesta ad declarandū: vt vult Gal. 12° terapētice cap° 7° sicut ī
pleuresi vel disenteria. naʒ epistimonica. i. doctrinalis quidem
ē taliū egritudinū dignotio determīatis signis cognita. ꝯiectu
ralis aūt ē ea sup. dignotio. s. colice ⁊ iliace: quonia signa colice
multū cōicant cū dolore renū. imo dicit Rasis 8° ꝯtinētis: Et
scias q impossibile ē q habeat̄ discretio īter doloreʒ colice ac/
cidētis ex īclusiōe humoris vitrei ī parte ītestinoꝝ ⁊ inter dolo/
rem lapidis cōtenti ī meatibꝰ vrine ī tꝑe insultis doloris: q: cā
colice vtplurimū ē frida vt supra fuit dictū. fit tm̄ vna vice dolo
rem colice vehemētis quā medici estimabāt esse renū: ⁊ alij esti/
mabant q ī latere sinistro nō fit colica. Addit: ꝯditio quoqʒ do
loris colice ⁊ doloris renū ī pricipio ipoꝝ cū difficultate distin/
guitur. Jō signa colice sunt ꝯiecturabilia ⁊ nō determīabilia: ī/
fra tamē ponemꝰ signa clara quibꝰ distinguit̄ dolor colice a do
lore renali. De his ergo signis: Primu in pricipio apparēs ē
qđ supra dicebat̄ in ꝓnosticis euētus qñ minorat̄ id qđ egredit̄
de fece ⁊ minorat̄ appetitꝰ ⁊c̄. ⁊ ē decliuis ad subuersionē ⁊ nau
seam abhorrens vnctuosa ⁊ pinguia ⁊ appetēs acetosa acuta ⁊
salsa: si tunc īuenit ī omni hora pūctionē sup. maiorē q̄ʒ dicebat̄
in ꝓnosticis ⁊ īuenit dolorē ī curibꝰ suis ⁊ ī dorso suo: hec oia
simul sumpta declarāt principiū colice vel iliace sʒ distinctōeʒ
loci doloris: qm̄ in colica dolor magis ē versus inferiora decli/
nans vbi ī iliaca dolor fit supra vmbilicū: ⁊ īfra ponētur signa di
stinctiua magis īter colicaʒ ⁊ iliacaʒ. Jsta signa sunt declara
ta supra qūo taliter significent: ⁊ sunt signa que apparēt cū nō
declarat̄ cōfirmatio vt dicit Aui. ī pricipio. deinde cū fiunt ista
accidētia fortiora: q: dolor fiat fortior ⁊ non tantuʒ minuit̄ exi/
tus eius qđ debʒ egredi ꝑ nām: sʒ aliquotiēs retinet̄ nā. imo for
sitā aliquid nō egredit̄: nec ēt ventositas penitus ꝑ deorsum: ⁊
qñqʒ ēt retinet̄ eructuatio: ⁊ tunc colica ē in augmēto manife/
sto: ⁊ qñ ita auget̄ dolor vt quasi ꝑforet̄ vēter eiꝰ terebello: aut
quasi sit stās acus abscōdita ī intestīs: ita. s. vt quotiēs moueat̄
eger doleat vehemēter: tūc iam ē statꝰ ⁊ tūc sepe ꝯiungit̄ fortis
sitis ⁊ nō satiat̄: habēs eaʒ potu aque: qm̄ ꝓpter oppilatōes ac/
cidētes ī orificijs meseraicaꝝ vt supra fuit dictū: ꝓhibēt id qđ
bibit̄ a penetratiōe ad epar vt fuit declaratū: lʒ ēt ꝓpter dolorē
⁊ vigilias fiat īflāmatio ⁊ ꝯñter exiccatio adducēs ad vehemen
tem sitim que nō extinguit̄ cū potu qñ cā inflāmatōis ē perseue
rans. Aliud signuʒ ī colica ī qua fit retētio egestionū si ꝑ aliq̄
ingenia vt ꝑ clisteria vel suppositoria egrediunt̄ humiditates ⁊
squibale. i. stercora dura: ⁊ dicta stercora sunt rotunda magna
vel ꝑua sicut ouium vel capraꝝ: qm̄ denotat̄ q sunt iam multo
tꝑe retēte ī quibusdaʒ cellulis ⁊ exiccate: qñqʒ tamē egrediūtur
stercora vaccina. i. vētosa cū spuma que natāt supra aquā sup. ī
vase in quo recipiunt̄ si esset posita prius aqua vt aliqui faciunt
vel natāt supra aquaʒ. i. aquositatē vrinalē vel als humiditates
que simul educunt̄ cū fecibꝰ: pʒ ex inclusiōe multe vētositatis.

Aliud signū in colica vel iliaca sepe ꝯiūgit̄ vomitꝰ: ⁊ frequēs
fit vomitus cum incipit: ⁊ plerūqʒ talis vomitꝰ est colericus ⁊
flegmaticꝰ: magis tm̄ flegmaticꝰ q̄ʒ colericꝰ: q: cā colice vtpluri
mū ē frida vt supra fuit dictū. fit tm̄ aliqñ colericus ex defluxu
colere subintrādo tunicas faciēdo dolorē: imo ēt sua caliditate
feces exiccant si sunt modice ⁊ dure vt voluit Aui. ī cāis sʒ hoc
raro accidit. Sʒ fit ēt vomitꝰ colericꝰ q: hūores corrumpūt̄ ⁊
hūiditates cibales ⁊ qñqʒ adurūt̄ ex dolore ⁊ vigilijs supinflā/
mātibꝰ ⁊ ēt medicinis calidis iterdū oblatis ad sedādū dolorē:

⁊ ita

⁊ ita per hunc modū multiplicāꝛ hūores colerici ⁊ aliqñ adusti
circa itestina qui nō habētes exitū deorsuȝ mouētur sursum ad
stomachū ⁊ tandē euomūꝛ: ⁊ ita per istū modū qñqȝ euomiꝛ co/
lera prassina siue porralis ⁊ aliqñ eruginosa. Et dicit Auic. ⁊ qñ/
qȝ euomit sup. patiēs colicā ⁊ ē de genere melācolie icisaȝ. i. li/
quidā nō grossaȝ nō viscosaȝ vel icisam. i. incisiuā. Nā melan/
colia acquirit saporē acetosuȝ vñ fit icisiua humiditatū. ⁊ ponit
Auic. tres cās quare fit vomitꝰ frequēs i colica vel iliaca. Una
cā ē cōitas stomaci ad intestina: vñ cū passione debilitaꝛ stoma/
chus ⁊ ꝯnter ꝯtentiua i ꝯtinēdo ⁊ stimulata expulsiua cōitate i/
testinoꝝ fit vomitꝰ. 2ª cā sumiꝛ qñ stāte multa mā circa intesti
na ledēs nō existēte habilitate exitꝰ per deorsuȝ reddit mā sur/
suȝ ad stomachū ⁊ ita fit vomitꝰ. 3ª cā sumiꝛ ex eo ꝙ cū colica
sepe ꝯiungiꝛ oppilatio circa extrema venaꝝ meseraicaꝝ termi/
nataꝝ ad itestina ꝓpter humiditatē viscosaȝ adherentē intesti/
nis vñ ꝓhibeꝛ trāsitus colere ad itestina quare expelliꝛ ad supe
riora ⁊ ad stomachū supra illā mensurā que debeꝛ ad vigorādū
digestiuā ⁊ ide fit vomitꝰ colericꝰ. Et ꝓpter similē cām ꝓhibi
tōis trāsitus colere ad itestina fit ēt ꝙ i colica tali frigida rubet
vrina ēt qm dolor rubificat aquā ꝓpter id qꝺ renes ꝯpatiūtur
in colica vnde ꝯuertiꝛ multū ꝺ humoribꝰ calidis ad renes. ⁊ ꝓ/
inde dixit Auic. 2ª primi i sūma de vrinis: Cā vero ob quā vri/
na existit rubea i egritudinibꝰ fridis ē vna duaꝝ reꝝ aut forti/
tudo doloris qui colerā rubeā resoluit sicut i colica accidit fri/
gida aut oppilatio que facta fuit ex superatōe flegmatis i canali
vel sup. canalibus qui ē vel sunt inter fel ⁊ itestina. quaꝑꝑ fel. i.
colera nāliter ad itestina non descendit sicut solebat: imo vrine
societas ē ei necessaria cū qua egrediaꝛ queadmodū accidit i co
lica frida vt vult. Propterea dicit Auic. in caplō signoꝝ colice
flegmatice: ⁊ nō opȝ vt decipiaꝛ aliquis ꝓpter id qꝺ forte fit ꝺ
siti ⁊ iflāmatōe ⁊ rubedine aque ⁊ existimet ꝙ egritudo sit calā.
ſȝ ista rubedo vrine plerumqȝ magis apparet i processu i colica
frigida ꝙȝ in pricipio qñ nō ē facta integra oppilatio neqȝ dolo/
res sunt vehemētes. ꝓinde dicit in signis colice absolute i fine:
Et quādoqȝ vrina i principio eius ꝼm colorē aque ciceꝝ ⁊ aque
casei. s. ꝓpter multitudineȝ māe flegmatice que expelliꝛ ad re/
nes. ⁊ hec de signis cōibus sufficiat. Jā restat ponere signa
distinctiua spālius ꝓcedēdo. Et prio iter colicā vel iliacā pro/
prietatis ⁊ colicā vel iliacā cōitatis que distinguūꝛ: quoniā i co
lica cōitatis manifestaꝛ nocumētū priꝰ i mēbro cōicāte ⁊ ꝯnter i
itestinis. ⁊ ex augmēto nocumēti mēbri cōicātis augeꝛ nocumē
tū in itestinis: ⁊ ex diminutōe ēt i cōicante sequiꝛ diminutio ēt
colice sicut dictuȝ ē i alijs ⁊ tu discurrere potes per cās cōmu/
nicātis si fuerit a stōacho vel a cerebro vel a splene vel a renibꝰ
per modos dictos supra i cāis. Jam venio ad signa ilios ꝓ/
prie sumptā vt distinguiꝛ ꝯtra colicā ꝓprie sumptā de quibus
⁊ si aliqua sint dicta supra i signis gñalibꝰ colice aliqua proprie
ꝯhendo ad ilios: sūt tñ ēt quedaȝ alia spālia que numerātur ab
auctoribus. Unuȝ signū ē a colica distinctiuuȝ maxime si cō
pliceꝛ cū alijs. ⁊ poniꝛ ab Auic. ⁊ ē dolor supra vmbilicū. Nā si
dolor sit infra vmbilicū cōstat ꝙ ē in itestinis grossis. dico tñ ꝙ
si hoc signū cū alijs ꝯpliceꝛ ē bonū qꝛ per se solū nō ē sufficiēs:
qm dolor in colon proprie aliqñ ascendit de dextro vel sinistro
versus sursuȝ ita ꝙ supequitat stomachū ꝼm sitū illius. ideo si
addanꝛ alia duo signa stante dolore supra vmbilicū vt nō egre/
diaꝛ aliquid oīo de subtus ⁊ ꝑ clisteria nō fiat iuuamētū tūc sa/
tis possumꝰ declarare supra iliacā passionē: qñ vt supra allega/
tū ē de mente Gal. ⁊ scribiꝛ 8º ꝯtinentis: ꝓprietas insepabilis
huic colice vel iliace ē ꝙ nihil educiꝛ de inferioribꝰ oīo. Et ideȝ
ēt dicebat Auic. ⁊ retētio ipsius fecis ē insepabilis ab hac egri/
tudine. Clisteria ēt non iuuāt qꝛ raro perueniūt vsqȝ ad intesti/
na gracilia i quibꝰ ē oppilatio i ilios. Sepe ēt cū hac ꝯiungitur
vomitꝰ supfluus ꝓpter cām imediate dictā ita vt sepe pueniāt
ad hoc vt euomaꝛ fex. hoc tñ accidēs de vomitu vt fuit dictuȝ
supra nō ē necessariū ꝯtingēs i iliaca nisi i ꝓcessu cū malitiaꝛ ⁊
poniꝛ quasi ad desperationē. ⁊ idē accidēs ēt pōt ꝯtingere i co/
lica. Dolor ēt i iliaca vt a multis dicitur idistincte ē fortior ⁊
acutior ꝙȝ i colica ꝓpter id qꝺ gracilia intestina sunt neruosa ⁊
acutioris sensus ꝙȝ grossa. Sed ꝯ hanc sniam videtur eē tex.
clarus Rasis 8º ꝯtinētis vbi ponit hanc sniaȝ oppositā sub his
ꝓprijs verbis. Dicere possumus ꝙ qui dixit ꝙ oīs dolor imi/
nēs i ventre vehemēter qualitercūqȝ sit i vētre colice erit. i. ꝓ/
prie sumpte verū dixit. Addit: ipossibile ē ꝙ similes dolores ve
hemētes accidūt in itestinis gracilibꝰ cū illi dolores vehemen/
tes vt dicit generētur ex vētositate grossa. ⁊ ventositas grossa
euacuaꝛ de corpore intestinoꝝ graciliū ⁊ velociter ex tenuitate
ipsoruȝ. i. propter tenuitateȝ ipsoꝝ resoluiꝛ i eis mā ventosa ⁊
nō ꝯtineꝛ i eis: vnde infert ꝙ in itestinis grossis nō retineꝛ hu/
mores grossi ⁊ frigidi ⁊ ventositates grosse ꝓpter grossitudinē
⁊ densitateȝ ipsoruȝ. Et simileȝ sentētiā posuit Gal. 6º iterioꝝ
caplō prio sepe allegato vbi declarat dolorē colicuȝ esse vehe/
mentiorē renali ⁊ etiā iliaco dicit sic: Non eīm ē rectū ꝙ aliqs
arbitreꝛ ꝙ lapis i renibꝰ aut aditu vrine existēs dolorē vehemē
teȝ i eis ꝓpter suā penetrationē facit. i. quia non permanet sed
penetrat lapis de loco ad locum non facit vehementē dolorez.
Similr ex facta vētositate ⁊ frida mā i subtilibꝰ itestinis clau
sa dolor in his efficiꝛ. i. non ē rectū ꝙ in his efficiaꝛ dolor vehe
mens. Et adducēs rōneȝ dixit: Nā tunica subtiliū itestinoꝝ qꝛ
tenera ⁊ rara nequit hoc diu sustinere. s. vt vētositas stet ibideȝ
clausa ⁊ vt fiat dolor vehemēs qꝛ sup. dissoluiꝛ ab illis: nō ꝯclu/
dens addit vñ bonū ē vt itelligas hanc fridaȝ mām grossaȝ ⁊ vi
scosaȝ vel iflāmatiuā ventositatē nō gñare dolorez magnū nisi

in grosso solidoqȝ corpore vñ nō possit exire vt sup. ē in itestinis
grossis. Et ita ex sentētijs istis Raſ ⁊ Gal. videꝛ inui ꝙ dolor
colicꝰ est vehemētior iliaco. Pro solutōe huiꝰ appentis diffi
cultatis dicaꝛ vt ex serie lr̄e auctoꝝ colligi pōt ꝙ dolor iliacus
vt in pluribꝰ ē acutior dolore colico: qm pendet dolor iliacus a
cāis vtplurimū factiuis vehemētioreȝ doloreȝ ꝙȝ dolor colicꝰ.
Nā magis pēdet ab apate calido dolor iliacus ꝙȝ dolor colicꝰ:
qm ꝓpter raritatē texture itestinoꝝ graciliū faciliꝰ penetrat mā
i gracilia itestina ꝙȝ i grossa. ⁊ ex apate vt dicit Gal. loco paulo
ante allegato fit dolor cordosus. Nā eger putat vt ibidem dicit
Gal. cordā circa eam esse ligatā. i. in itestinis gracilibꝰ ꝑꝑ tor/
tuositatē ⁊ stricturā ipsoꝝ graciliū. Etiā dolor factꝰ a cā coleri
ca nō apante q ēt ē dolor acutꝰ magis fit i gracilibꝰ ꝙȝ i grossis
ꝑꝑ maioreȝ ꝓpinqtatē intestinoꝝ graciliū ad epar ⁊ maiorē col
ligantiā ꝙȝ ad grossa: ēt ꝑꝑ maioreȝ passibilitatē in penetratōe:
⁊ ēt qꝛ plures meatus deferentes colam sunt ad gracilia ꝙȝ ad
grossa. Dolor ēt pendens ex assumptōe veneni q ēt dolor ē acu/
tus si venenū sit de corrosiuis acutior fit in itestinis gracilibꝰ ꝙȝ
in grossis si sumaꝛ ꝑ superiꝰ vt fieri solet: qm talia venena ime/
diatiꝰ cū sua virtute attingūt ad intestina gracilia ꝙȝ ad grossa:
ita dico de colica vel iliaca pēdente ab aere vētoso ꝙ vehemen/
tior fit dolor i gracilibꝰ ꝙȝ i grossis ꝑꝑ maioreȝ ꝓpinquitatē ite
stinoꝝ graciliū ad cor ⁊ stomachū ⁊ mēbra anhelitꝰ ꝙȝ grossoꝝ:
⁊ ita ꝯsiderādo cās vehemētie doloꝝ que facere pūt vt plerūqȝ
dolorē iliacū vel colicū plures ꝯcurrūt ad faciendū iliacū ꝙȝ ad
faciendū colicuȝ ⁊ passibilitatē ipsoꝝ intestinoꝝ graciliuȝ ⁊ ma
iori vicinitate eoꝝ ad mēbra nobiliora. Postea ꝯiungēdo ꝙ ite
stina gracilia sunt acutioris sensus ꝙȝ grossa: sequiꝛ ꝙ ceteris
paribꝰ in cā dolorē faciente acutiores erūt dolores in ilios ꝙȝ i
colica. Dico tñ ꝓ saluāda itentōe Gal. ⁊ Raſ i locis allega/
tis ꝙ loqndo ꝺ dolore ꝯtigēte a mā frida vt a flegmate vitreo ꝺ
quo fuit dictū i hystoria dcā Gal. vel a vētositate q sepe ē cā ve
hemētissimi doloris maxie cū includiꝛ itra tunicas itestinoꝝ ꝙ
tunc isto casu dolores colici vtplurimū sunt vehemētiores ilia/
cis: vehemētiores saltēȝ quātū ad ꝑduratōeȝ: tum qꝛ raro repe
riꝛ mā multū frida in itestinis gracilibꝰ neqȝ multū grossa ꝑꝑ ꝓ
pinquitatē itestinoꝝ graciliū ad mēbra calida: ēt qꝛ multa por/
tio colere multo magis deferꝛ ad gracilia ꝙȝ ad grossa: vñ ma/
gis expurganꝛ a superfluitatibꝰ huiusmodi dico similiter ꝯpa/
rando dolorez factū a vētositate in colica ⁊ ilios ꝙ vehemētior
fit in colica. qꝛ cum recipiꝛ ventositas intra tunicas intestinoꝝ
grossoꝝ ibideȝ maiori tēpore conseruaꝛ dicta mā extendens ꝓ/
pter ventositatē substātie intestinoꝝ. Et qꝛ dicta intestina ma/
gis elonganꝛ a mēbris calidis ⁊ qm eis adherent multe mucila/
gines naturalr ordinate ad tutelaȝ dictoꝝ intestinoꝝ ꝓpter in/
cessum matericꝝ grossaruȝ per ea que ea ꝓhibent a dissolutōe.
Et ex oppositis cāis si materia ventosa recipiatur in intestinis
gracilibꝰ nō fit multū extēdens violēter: qꝛ modica aggregatur
ibideȝ ꝓpter vicinitatē coꝝ ad mēbra calida ⁊ alias cās dictas
supra: ēt ex raritate substātie coꝝ faciliꝰ dissoluiꝛ: ⁊ ita ex ꝑte hu
ius cāe ⁊ diuturniores ⁊ vehemētiores sunt dolores colici ꝙȝ
iliaci. ⁊ istaȝ sniaȝ intellexerūt Rasis ⁊ Gal. vt tibi ipsi apparebit
vidēdo lr̄am. Et ex dictis sequiꝛ ꝙ absolute loquēdo accidētia
iliace sunt vehemētiora ⁊ difficiliora: qm a pluribꝰ causis vehe
mentiā doloris adducētibꝰ fit iliaca ꝙȝ colica vt dictū ē. De do
lore aūt ventoso dicaꝛ ꝙ ⁊ si minus intensus ⁊ minꝰ diuturnꝰ
fiat i gracilibꝰ ꝙȝ i grossis: tñ forte plus facit ad seuitatē huius
doloris ꝓpinquitas itestinoꝝ graciliuȝ ad cor ⁊ mēbra principa
lia ad inducēdū ēt maius nocumentū ex dolore remissiore i gra
cilibus ꝙȝ intensiore i grossis: vñ ex dolore in gracilibꝰ certi gra
dus ⁊ itensionis fiet maior dissolutio in virtute ⁊ forte sincopis
ꝙȝ ex itensiore dolore in grossis. ⁊ ita absolute noiata sunt seuio
ra: ⁊ hec sufficiant de ꝯpatione doloris colice ⁊ ilios ⁊ distictōe
iter eos. Differētia vero iter colicā ⁊ iliacaȝ ex vna ꝑte ⁊ lapi
dem renū vel viaꝝ vrine ex alia: qm multuȝ cōicant accidentia
saltem i pricipio vt dictū est supra: ⁊ sunt multuȝ cōfusa ad de/
claranduȝ alterā eaꝝ neqȝ distinguūꝛ nisi ab eo qui hȝ ꝓuisio/
nem: vt dicit Auic. cuȝ Gal. 6º interioꝝ capº prio: ⁊ Rasis 8º
ꝯtinētis ꝓpter vicinitatē hoꝝ membroꝝ. Ad distinguenduȝ
igiꝛ ponit Aui. sex signa gnālia. Unū sumiꝛ ex ꝑte dispōnis do
lorum. 2m ex ꝑte vicinātiuȝ ꝓprioꝝ. 3m ex ꝑte eius qꝺ cōuenit
aut nō ꝯuenit. 4m ex parte eiꝰ qꝺ euātur. 5m ex parte vltimita/
tis accidentiū ꝯsequentiū. 6m ex ꝑte accidentiū ⁊ causaꝝ ante/
cedentiū. Ex parte quidē dispōis doloris quadruplr discer/
nitur: puta ex quantitate doloris ex loco ⁊ ex tꝑe ⁊ ex motu. Ex
quātitate vero qꝛ dolor renalis ꝑ tēpus ē modicus. i. nō exten/
sus ſȝ acutꝰ ⁊ quasi sit acus pungēs modicaȝ ꝑtem mēbri occu
pans vbi dolor i colica ē magis extēsus occupās plures partes
qm dolor lapidis sequiꝛ solutionē factaȝ in determiato situ ꝼm
incessum lapidis vel eiꝰ gnātionē qm gnātur vt voluit Auc 30.
nō in cōcauitatibꝰ manifestis renū: ſȝ in ꝯcauitatibꝰ intrinsecis
occultis sicut ⁊ lapis qui sub lingua gnātur. Dolor aūt colicꝰ oc
cupat plures ꝑtes ꝓpter repleri plures ꝑtes intestini ⁊ extēdi.
Nam sepe incipit i inferiori ꝑte dextra ⁊ fit tendēs ad sinistraȝ:
qm vt visum ē supra i anothomia colon incipit cōstringi i parte
dextra: ⁊ postea stringiꝛ i sinistra. ⁊ ita vt i pluribꝰ icipit dolor i
dextra: ſȝ aliquotiēs posset icipere i parte sinistra: ⁊ termiari ad
ꝑtem dextraȝ. De colica ꝓprie loquēdo cōtra quosdaȝ qui vo/
lebant ꝙ nūquaȝ icipit colica i sinistra: ſȝ illud nō est veꝝ vt di
cit Aui. ⁊ dicit ⁊ nos iam exꝑti sumꝰ ꝯtrariū eius: ⁊ ē dolor i co
lica ad anteriora versus pectinē decliuior ꝙȝ ad posteriora i prin
cipio affligat posteriꝰ: ⁊ ita plures ꝑtes occupat ꝙȝ dolor lapi/

tudo est minꝰ verēda q̄ȝ qn̄ est ꝑ essentiā ex oppilatōe i vijs vri/
ne stante ēt bonitate regiminis. pȝ cōclusio ꝯsiderāti ⁊ minꝰ ve/
rēda ē passio si cōiūgať i iuuene ⁊ forti nō acute sensitiue nimis
⁊ latorꝫ meatuū. ⁊ hec de ꝓnosticis ad bonū sufficiāt. De ꝓ/
nosticis vero ad malū sit hec p̄ia ꝯclusio: cuius ꝓgenitores fue
runt passi lapides cū bonitate regiminis eorꝫ si i genito generať
lapis stante i eo bonitate regiminis lȝ tūc expectari possit cura/
tio ꝑiodica: tn̄ talis morbus rōnabiliter fiet ei ꝑpetuus ad ꝑiodi
cāduȝ. pȝ ꝯclō q2 rōnabiliter talis dispō euenit ex dispōne nāli
membroruȝ in eo. Alia cōclusio etiaȝ ad malum saltem decla
rās futuruȝ magnū lapidē ⁊ est Ra. x°. continētis: Cuius ven/
ter vesice fuerit calidus valde supple siue hoc fiat ex causa ītrin/
seca siue extrinseca necesse fit quasi i eo generari lapidē magnū
i vesica declaratur ex medio suo: quoniā si venter vesice fuerit
valde calidus colluȝ vesice eius erit calidum necessario. ⁊ ita in
flāmať eius collū ītelligēdo de caliditate accn̄tali ⁊ sup. ꝯsequē
ter ꝯstringit meatꝰ. Ideo addit: Et nō manabit de eo sup. collo
turbedo vrine ex angustia meatꝰ eius vñ trāsmittiť ꝑs eius te/
nuis sup. vrine ⁊ ligādo pars turbida ⁊ grossa adheret turbini
deinde efficiť magnꝰ lapis ⁊c̄. Alia ꝯclusio ꝓnostica ad malū:
In quo fuerit lapis magnꝰ in vesica ⁊ durus ⁊ ꝯplō fuerit debi
lis nō opȝ curatōem expectare: qm̄ stante lapide magno ⁊ duro
ꝑ medicinas nō pōt curari vt fuit dictū supra: neqȝ ꝑ īcisionem
pōt sustineri ꝓpter doloreȝ ⁊ emanatōeȝ sanguis ꝯtingēteȝ ne/
cessario in extractōe lapidis vt īfra videbiť de periculo i extra/
ctōe lapidis. Aliud ꝓnosticū ad maluȝ: in h̄nte lapideȝ in reni
bus vel in vesica si cū eo ꝯiungať vlcus in renibꝰ vel i vesica q̄si
fit ipossibilis curatio. Pȝ cōclusio: qm̄ medicine curatiue lapi/
dis frāgitiue ꝯtrariant medicis valentibꝰ ad curatōeȝ vlceris
vt patebit īfra in cura medicinarꝫ valētiuȝ ad has dispōnes: ēt
sepe ex sanie resudante ex vlcere fit gn̄atio lapidis vt supra di/
ctū est. Aliud ꝓnosticū ad maluȝ: cuȝ significamꝰ supra lapi/
deȝ ꝑ arenas que emittunť cū vrina vel resoluunť ex lapide vel
que antecedūt ad gn̄ationeȝ eius: deterior est ista substātia are/
nosa que ē nigra: deinde q̄ est liuida q̄ȝ que ē citrina vel rubea.
Pȝ: q2 talis a duriori mā d̄cidiť vel ex ea parať gn̄ari durior la
pis: ⁊ ita arena que difficiliꝰ frangiť ⁊ rumpiť ex ea sumiť dete
rior significatio: q2 declaratur ꝙ ex duriori lapide ⁊ magis resi
stēte resoluiť. Alia ꝯclusio in senibus si generenť lapides i re/
nibꝰ vel in vesica raro sananť ex eis ꝓpter ipotentiā expulsiōis
eorꝫ ⁊ ꝓpter aggregatōeȝ sup̄fluitatū i eis ꝓpter debilitatē di
gestiue. ⁊ hec fuit sn̄ia afforismi nefretici: ⁊ circa vesicā dolores
fortes laboriose sananť i senibꝰ. Ueniēdo ad signa demōstra/
tiua lapidis prius ponenť aliqua signa demōstratiua lapidis re/
nuȝ: deinde vesice: ꝯn̄ter habebunť signa distinctiua inter eos:
deinde ponenť signa lapidis cū indurať ⁊ signa lapidis cuȝ ē in
via dissolutōis. Signa igiť lapidis renū demōstratiua: p° ex
textu nr̄o supra colliguntť de dolore vehemēti i renibꝰ ⁊ i emū/
ctorijs p̄supposita grauitate ⁊ de nausea ⁊ vētris ꝯstrictōe que
sunt declarata loco suo: preter hec signa sp̄alis dolor est cū pū/
ctura in rene dextro vel sinistro s̄m ꝙ in eis gn̄atur vel erit ge/
neratꝰ differēter a dolore grauatiuo vel extēsiuo: imo quasi vi/
deť sicut dolor acus ꝑforātis ⁊ sepe disponit eger seip̄m vt nō
possit erigere imo stat curuus: q2 nā querit dilatatōeȝ meatuuȝ
ne taȝ laboriosa fiat solutio ꝯtinui per laboriosaȝ extensionē se/
quenteȝ ad augmētū lapidis cum generať vel ad motū eius cū
transit per angustas vias exeundo scilȝ per renes vel per poros
vritides: ⁊ tunc sepe cōmunicatur dolor ad anchaȝ ⁊ sepe etiaȝ
vsqȝ ad coxam ⁊ extēditur vsqȝ ad calcaneū in parte directa ad
partem lesam. Iteȝ mictus fit frequēs magis q̄ȝ sit consuetus:
quia lapis stimulat virtuteȝ ⁊ vrina tunc etiaȝ fit magis stimu/
latiua ⁊ propter caliditatē ⁊ forte propter arenaȝ que dissoluitur
⁊ alleuianť aliqualiter cibo de recēti sumpto maxime humido ⁊
potabili: qm̄ alique ꝑtes humide transeunt vsqȝ ad renes remo
lientes eos ⁊ sic habilitātes ad dilatationē eorꝫ: lȝ i ꝓcessu cū ci
bus exit stomachū transiens ꝑ intestina faciēs coartationē i re/
nibus sibi ꝓximis augeť dolor: vt supra declaraui in ca° de co
lica: vbi posui manifestas differētias inter doloreȝ renū vel cal
culosum: ⁊ dolorē colicū vel iliacum: ⁊ ad illuȝ locuȝ recurre ad
habēduȝ talia signa demōstratiua lapidis renū: q2 nō curo hic
adducere ꝓpter abbreuiare: sȝ illis suppositis cū paulo antedi/
ctis: q2 pur signa sunt cōiecturabilia ⁊ nō demōstratiua: vt ibi/
dem declaraui de mente Gal. qui ēt in seip̄o fuit deceptꝰ. Ad
maiorē certitudinē dixit idē Gal. vt scribiť ēt. x°. ꝯtinētis vlti
mo cap° quasi ad pricipiū postquaȝ supposuit de ꝓprijs signis
lapidis renū eē ꝙ dolor sit ibi in vno loco fixus: ⁊ erit locus eiꝰ
ꝑuus quasi sit ibi spina pungens ac erit vrina antea aquea. Et
addit: ⁊ si patiēs solebat pati hoc ē ad maiorē certitudinē signo
rum. Cōseq̄nter dixit: ego qn̄ video doloreȝ i ꝑte vritidis ⁊ pe/
etinis do in potu de medicinis que frangūt lapides qui sunt in
renibus sup. factis mollificatiuis. Unde si videris postea vri/
nam esse arenosaȝ cōfirmare debes ꝙ dolor ē de lapidibꝰ nō d̄
colica: vnde poteris dare in potu frequēter de dictis medicinis
⁊ hec sn̄ia poniť a Gal. 6° interiorꝫ dicit qn̄ suspitio ē de lapide
renū medicinā q̄ frāgit lapidē donaui: ⁊ hec duas vtilitates vr̄
hēre. Unaȝ q2 passionē ⁊ locū eiꝰ denotat: aliaȝ q2 ip̄a est medi/
cina eius: vnde si post medicinas arenas videbaȝ exire passionē
i renibꝰ eē certificabā: ⁊ tunc magis de ea medicina dabaȝ. Et
ꝯsequēter ponit Rasis signa ad declarandū si lapis est in reni/
bus vel in vesica vel in vijs medijs. Addit: si fuerit i lumbis pō
derositas

derositas cū dolore simili morsui acus ibi ī renibus erit lapis. ⁊ si dolor declinat ad inferius attingēdo ad inguina lapis erit ī meatibus vrine penetrātibꝰ ꝺ renibus maxime si succedat post dolorem vehemētē in renibꝰ ⁊ signa eius lapidis renū: tunc cū descendit de lumbo ad vritidē dolor lapis erit ī meatibus vrine: sed postea mitigato dolore erit iam receptus in vesica: ita ꝙ vltimate ex dolore acuto sicut faceret spina circa renē vel renes cū grauitate ēt circa anchas ⁊ dormitatiōe pedis vel cruris ex ꝑte renis īfirmi ⁊ cū dormitatione testiculi: aliquotiēs eiusdem ꝑtis ⁊ vrina exeunte paulatim cū aliquali ardore virge ⁊ arenoso sedimine p̄nte sup. vel p̄terito cōclusit Gilbertus supra lapidem renū. De signis vero lapidis vesice vltra signa posita supra circa textū dixit Rasis 10° cōtinētis: dico s3 ꝙ expertꝰ sū ꝙ extractores lapidū dicunt ꝙ prior significatio lapidis in vesica ē exitꝰ ani. Dicebat tamē Aui. hoc verificari cū lapis ē magnus ꝯprimens intestinū rectū cum vicinitate eius: vnde compressum tendit ⁊ egredit̄: ⁊ ꝓinde patiētes lapidē vesice qn̄ coguntur mingere: cogunt̄ ēt assellare cū dolore ꝓpter colligātiā ⁊ ꝯpressionē. Dixit ēt Aui. ꝙ sedimē in vrina est sicut fex oleaginea. i. ipostasis grossa ⁊ mucilaginosa: ⁊ hoc cōtingit qn̄ mucilaginosum nō ꝯuertit̄ ī lapidē ⁊ nō est oppilatio ī collo vesice: ꝓpterea dixit ꝙ vtplurimū vrina est subtilis proprie ī principio: ⁊ hoc ē q: vtplurimū ī eis collū vesice oppilat̄ a mā grossa vel a lapide iam facto ꝓprie in p̄ncipio qn̄ lapis ē paruus: vn̄ vrina q̄si distillando egredit̄ ⁊ nō penetrat nisi subtile. ⁊ dicebat Aui. per duodecim lineas īfra: Et est qn̄qꝫ cū arenositate fex furfurea. i. ipostasis habēs ꝑtes furfureas que exeunt de vesica ꝓpter rasionem ī ea factā a lapide abstergēte. i. abradēte: ⁊ hoc maxime verū est qn̄ lapis est magnꝰ ⁊ asper: ⁊ inde accidit ꝙ postquā incedunt ⁊ qn̄ mingūt ēt appetūt mingere: q: vesica excitatur ad expellendū ꝙ est in ea de lapide quasi volēdo ip̄m transmutare cū mictu vrine: ⁊ stat sepe dolor ī veretro tm̄ cum aliquali pruritu vt fuit supra declaratū: ⁊ aliqn̄ cū aliquali excoriatiōe in eo. imo dicit Aui. ⁊ multotiēs mingit̄ sanguis ꝓpter rascationē lapidis: ⁊ ꝓprie qn̄ ē asper magnus ⁊ qn̄qꝫ veretrū stat in cōtinua erectione non ex fricatōe facta ad erigendū: id p̄cipue si fuerit infans vt dicebat Paulus. Et addit: ⁊ si retinet̄ vrina subito post hec signa significat ꝙ lapis cecidit supra collum vesice. Et qm̄ aliquotiēs ꝓpter lapidē gn̄atum in intestino recto vel ap̄a durum circa vltimā partē intestini generatū ꝯtingere p̄nt multa ꝺ accidentibꝰ dictis supra ad significandū lapidē vesice ꝓpter vicinitatem illoꝝ membroꝝ vt ꝑ3 recte cōsiderāti: iccirco ad certificationē ad declarandū si lapis sit in vesica fecerunt antiqui īuestigationē cū sensu tactꝰ: de quibꝰ singulariter fuit Paulus vnde ad tactū aliqn̄ reperit̄ tangēdo exterius in loco colli vesice scil3 inter anū ⁊ bursam testiculoꝝ cū aliquali cōpressiōe ⁊ precipue in macris: ⁊ ita si fuerit in veretro qn̄qꝫ reperit̄ cū ꝯpressione facta sup eū. s3 si fuerit in ꝯcauitate vesice diligētius op3 operari. Primo faciendo eu̇atiōnē materieꝝ grossaꝝ que sunt ī intestino recto cum clisteri lenitiuo: qm̄ mā fecalis esset ad īpediendum tactum lapidis: ⁊ si fuerit infans patiēs vt dixit sedeat vir super scamnū aptū vt equalia sint genua ipsius: ⁊ sedeat patiens supra ip̄ius genua: ⁊ ponat seruiens brachia ip̄ius patientis sub genibus ip̄ius sedētis vnā manū super aliā retinendo: ⁊ postea operet̄ s̄m modum infra paulo dicendū in viro. nam si fuerit vir iacet patiēs supra dorsum suū: quo pacto tangat̄ veretrum cū testiculis a radice eius eleuādo: deinde inungat̄ digitus index si fuerit puer: aut digitꝰ medius si fuerit magnꝰ cū oleo vel aliquo vnctuoso vt butiro vel aliqua mucilagine: ⁊ īntromittat̄ ī anū īfirmi ⁊ īpellat taliter operans cū eo intestinū versus vesicā cū digito manus sinistre p̄mēdo ī deorsū supra vesicā cū manu dextra ⁊ tūc īquirat cū digito īntromisso de lapide an sit vnꝰ aut plures: qm̄ ī corpore macro vel mediocri facta bona inquisitiōe cū digito īntromisso eleuādo versus vesicā ⁊ cū ꝯpressione manus dextre in deorsū versus digitū tangētē si lapis fuerit sensibilis ēt si paruus manifestabit̄ ad tactū. De lapide grosso nō ē dubitatio ꝙ cito manifestabitur ⁊ tūc, si sit necessaria īcisio ponet̄ cura loco suo. ⁊ ex hoc hēbitur certitudo ꝺ lapide vesice: q: ad tactū ⁊ directionē digiti mutabit̄ ī ꝯcauitate vesice si ibidē ꝯtineat̄: ꝙ nō sic erit si erit ap̄a durum ī vesica vel collo eius vel in intestino recto vel musculis superioribus. ⁊ hec sufficiant de signis demōstratiuis lapidū renū ⁊ vesice. Ex quibus patēt quedā differētie īter eos quos ponit Auic. 19ª terty de lapide vesice dixit: differūt eīm vtrinqꝫ lapides: ⁊ ille qui ē in renibus ē quasi leuior paꝝ ⁊ minor ⁊ magis trahēs ad rubedinē: ⁊ ille qui ē ī vesica ē durior ⁊ maior valde sup. vt ī pluribꝰ ⁊ magis decliuis ad pallorē ⁊ cinereitatē ⁊ albedinē. Rō totius huius dicti ē clara. pº de ꝑuitate ⁊ magnitudīe dicebat Haly. qui ī renibus generātur calculi sūt q: renū ꝯcaua sunt angusta qui aūt in vesica eo ꝙ vesice ꝯcaua sunt magna ⁊ ipsi magni ⁊ maxīe vt supra dictū ē lapis vesice vt Auer. ⁊ ēt Auēzo. gn̄atur ī ꝯcauitate eius. lapis aūt renū vt in luribꝰ gn̄atur ī sui substātia. i. ī ꝯcauitatibꝰ quasi ī manifestis substātie eius. Jō vt dicebatur dolor ex lapide vesice in principio sue gn̄atōis remotus ē ex sensu. Sed in renibus sentit̄ dolor qn̄ gn̄atus fuerit lapis in ipsis vt dicit Auenzo. Est ēt rō ad hoc q: ī renibꝰ ꝓpter virtutis fortitudinē expulsiue eoꝝ nō figit̄ longo tp̄e mā lapidea propter necessitatē ēt emissionis vrine deorsū violēter quasi emittitur ecōtra ī vesica ꝓpter capacitatē loci stante ibidē mā lapidea cū eo multo tēpore pōt fieri exitus vrine facilis nisi oppilādo perueniat ad collū vesice: ⁊ ita pōt ibidē retineri longo tp̄e ⁊ magnificari ⁊ maxīe stante extensibili vesica q: neruosa. Et ex hoc sequit̄ rō sc̄di dicti ꝙ durior ē lapis vesice q̄ȝ lapis renū q: plurimi tp̄e īdurat̄ in vesica ī minori ī renibꝰ. P3 ēt alia differētia de colore q: lapis renū ē ad rubeū vel citrinū magis decliuis q̄ȝ lapis vesice ⁊ ex parte mãe ⁊ ex parte efficiētis quoniā ī lapide renū ꝯiungit̄ sepe mā sanguinea vbi ī vesica magis multiplicatur mā flegmatica que ē mā gn̄atōis lapidis ī ea. Ideo in renibus tēdit ad rubedinē: ī vesica magis ad pallorē vel albedinē ꝓpter dispōnē mãe. ⁊ ita q: ex diuersis humoribus nō tm̄ ex flegmate vt fuit declaratū supra: īmo ēt ex sanie possunt lapides generari: ⁊ s̄m diuersitates humoꝝ diuersificant̄ colores eoꝝ. Ideo nō īcōuenit ēt aliquotiēs lapides renū declinare ad colorē silē3 calci: vt si generaret̄ ex sanie ī renibꝰ ⁊ ita aliquotiēs ad nigrū vel fuscū melius vt si generet̄ ex hūore melācolico viscositate participāte: ⁊ ita dico nō īcōuenire lapidē vesice ad rubeū declinare vel ad citrinum: vt si ī ea prefuerit mā sanguinea grossa vel colera vitelina. ⁊ ꝓinde manifestat̄ cā apparentis cōtingentie sepe vt ꝙ ab eodē hoīe emittēte lapides siue in renibꝰ siue vesica emittūt̄ sub diuersis coloribꝰ. Et hoc contingere potest ꝓpter diuersitatē materieꝝ que subyciunt̄ generationi lapidis ⁊ que diuersitas ī materia sepe sequitur diuersitatē ī regimine in eodem. vnde stante eodem regimine cōmuniter ī eodem homine apparet vniformitas ī colore qui in lapidibꝰ emittunt̄: ⁊ ex hoc medicus diligēs poterit discurrere supra mām ⁊ ꝯñter p̄seruare ad gn̄ationē lapidis ꝓhibēdo aggregatōē dicte mãe: l3 nō tātū ꝯtingat hec diuersitas ex ꝑte mãe sed ēt ab agente vt fuit dictū. nā calor multū igneus excessiue ⁊ subito īdurās īprimit magis ad citrinū vbi calor remissior longiori tp̄e īdurans nō sic citrinat. Ponebat ēt Aui. vnū textū multū dubiū ⁊ difficilē ī caplō de lapide renū ī causis quē. M. florentinus fatet̄ nō ītelligere: ⁊ dixit ꝙ nō īuenit a quo acceperit dixit sic textꝰ. Et iteꝝ si ē lapis renū ⁊ gn̄atur s̄m plurimū ⁊ non adhuc mingit̄: tunc ē sedimē vrine retentū cū ea: ⁊ si ē vesice ⁊ discernit̄ s̄m plurimū post separatōē vrine: tūc est fex sanguinis: deinde associat̄ ei ⁊ diuersificat̄ ab eo. Ego aūt ī hoc textu difficili videor posse adaptare verba satis ad claꝝ sensū vt primo ītelligat̄ ꝙ lapis renū s̄m plurimū gn̄atur respectu lapidis vesice. hoc est claꝝ ex supradictis qm̄ in renibꝰ stat caliditas cū strictura meatuū ⁊ deductōe materieꝝ ad eos magis q̄ȝ ī vesica. ⁊ hoc īsinuabat ī prima ꝑte cū dixit: Si est lapis renū ⁊ generat̄ s̄m plurimū sup. respectu gn̄ationis lapidis in vesica: ⁊ pro eo qđ addit ⁊ nō adhuc mingit̄: tūc est sedimē vrine retentū cū ea. s. vrina īsinuat ꝙ ꝓ tp̄e ꝓ quo gn̄atus ē lapis ī renibꝰ stans quietꝰ ⁊ ñ adhuc mingit̄ neqꝫ mouet̄ a situ suo faciēs aliquā solutōē neqꝫ dissoluit̄ tūc est sedimē vrine retentū cū ea. i. tunc vrina ē priuata sedimīe q: nō facit sedimē neqꝫ sanguineū neqꝫ arenosū. Addit: ⁊ si ē vesice sup. lapis ēt gn̄atus ⁊ nō sup. moueat̄ ꝑ vesicā abradēdo neqꝫ dissoluat̄ de substātia lapidis: tūc sup. silr̄ ē sedimē vrine retētū cū ea. i. vrina ñ facit sedimē neqꝫ arenosū neqꝫ sanguineū: ⁊ sic ⁊ lapis vesice ⁊ lapis renū cum stant cōicant ī accn̄tibus quātum ex ꝑte vrine: in quo ergo erit distīctio ex ꝑte vrine addit: ⁊ discernit̄ s̄m plurimū sup. cū mouet̄ lapis ad exitū post sep̄atōē vrine. i. facta vrina siue emissa post sep̄atōē sedimīs ⁊ fecis ab vrina: tūc pōt fieri distīctio: qm̄ cū mouet̄ lapis a loco ī quo erat gn̄atus in renibus ⁊ facit solutōē ī ꝯtinuo vel cū subītrat poros vritides violenter īcedens ꝑ eos ꝓpter stricturā eoꝝ soluendo ꝯtinuū tunc emittit̄ sanguis cū vrina: ⁊ tūc in vrina post sep̄atōē. i. residentiā ē fex sanguis apparēs ⁊ ita aliquotiēs durat vno vel duobꝰ diebꝰ emanatio sanguinea: ⁊ aliquotiēs tribus vel quattuor s̄m īcessum lapidis per poros ad vesicā: deinde associat̄ ei sup. lapis quia postea expellitur postq̄ȝ est receptus in vesica dictus lapis renū. Addit textus: ⁊ diuersificat̄ ab eo. s. lapide vesice in hoc: q: cū dissoluitur lapis vesice vel mouet̄ ad exitū ⁊ inspissat̄ vrina post separatōē vrine: ⁊ facta sequestratōe tunc non est fex eius sanguis neqꝫ ē feculētia sanguinea s3 plurimū: īmo emittitur materia flegmatica mucilaginosa vel aliquotiēs scabiosa vel sedimē arenosū vt fuit supradictū ꝺ signis lapidis vesice ⁊ sic per sedimē post separationem vrine postquam vrina post tenuem fit grossa: vn̄ declarat̄ motꝰ lapidis discernit̄ lapis renū a lapide vesice ⁊ diuersificat̄ ab eo per hoc signū: q: fex residēs ī vrina lapidis renū post sep̄atiōnē ē fex sanguinea ad rubeū declinās: vbi ī lapide vesice fex post sep̄atiōnē vrine nō sic ad rubeū sed ad albū vel viscosum vel arenosum declinat: ⁊ ita p3 clarificatio textus satis manifesta. Et ex his vltimo patēt signa induratiōis lapidis ⁊ mutationis eiꝰ ex parte vrine ꝙ fuit ꝓmissum scribi supra ⁊ in lapide renū ⁊ vesice: nā cū incipit vrina attenuari postquā fuerit medioeris substātie. nā variato regimine ⁊ incipit grauitas in renibꝰ circa vesicam in catim ꝓcedente attenuatōe per aliquot dies ꝓ eo tp̄e possumus ꝯiecturari lapidē īdurari ī renibꝰ vel in vesica: cū postea lapis induratꝰ ꝑmaneat augmentatus extendēs renes violēter facit dolorem quasi ꝯtinuū: ⁊ ita sequit̄ ꝯtinua inquietudo patientis ⁊ cōtinua īmobilitas de situ ad situ in īfirmo querēs aliqualē requiē: ⁊ pro eo tp̄e aliquotiens app̄et mictura sanguinea ꝓpter solutionē venaꝝ renum. Cū postea tendit dolor magis versus vesicā ⁊ situal̄. ⁊ ēt fit motus doloris a rene vel renibꝰ ⁊ quasi extenduntur ilia cū mictu ēt sanguineo: ⁊ sepe residētia aliquali arenosa ad rubeū declinā te: tunc īcipit lapis ꝯminui ⁊ trāsire ꝑ poros vritides: ⁊ tunc aliquotiens minuit̄ dolor sensibiliter s̄m ꝙ lapis trāsit de loco strictiori ad locum minꝰ strictum: ⁊ tunc aliquotiēs clarificant̄ vel nō sic tingunt̄: si postea cōtingat vt moueat̄ ēt ad locū strictiorem extēdendo preternā̄i descēdēdo: tūc iteꝝ reddit vrina mul

cum ſanguinea: ⁊ ita fiunt iſte varietates vſqꝫ dū ſit ſubingreſ/
ſus lapis veſicaꝫ que diuerſitates nō cōtingūt ex motu lapidis
veſice vt ſupra declaratū eſt. ⁊ in hoc dicebat Aui. diuerſificatᷣ
ab eo ſi ſit lapis renuꝫ a lapide veſice. ⁊ hoc qd̄ dictuꝫ eſt intelli
gatur vtplurimū vt dicebat Aui. qꝛ poſſꝫ lapis renū eē ita ꝑuꝰ
⁊ oblongus nō angularis nō ſpinoſus qꝫ poſſet deduci a renibꝰ
⁊ per poros vritides nō ꝑternāliter extēdendo ⁊ ſoluēdo ꝯtinuū
⁊ tunc nō manifeſtaretᷣ vrina ſanguinea nec fex ſanguinea poſt
ſeꝑationē in vrina. Et ſimiliter poſſꝫ contingere de lapide ve
ſice vbi eſſet ſpinoſus vel angularis per ꝯmotionē eius ⁊ raſio/
nem maxime cū peruenit ad collū eius vt vrina eſſet ſanguinea
⁊ hoc eſt raro maxime in ꝯparatōe ad lapideꝫ renū: imo tunc eiꝰ
vrina ē groſſa viſcoſa mucilaginoſa vel arenoſa: ꝓpterea dixit
⁊ diſcernitᷣ ſm plurimū ⁊c̄. ⁊ ſic ſit finis de ſignis ad laudē dei/

Cura et preſeruatio a lapide.

Sequitᷣ de cura vel preſeruatione a gn̄atione lapidū in renibꝰ vel veſica. ⁊ loquendo de pre/
ſeruatione prius duplex erit ſermo. naꝫ aliquotiēs eſt ſermo de
ꝑſeruatione abſolute a generatōe lapidū prohibēdo ne mā gene
rationis ad renes ꝯuertatᷣ ⁊c̄. Aliquādo ſermo eſt de ꝑſeruatōe
non ſimpliciter: ſꝫ de ꝓhibitōe eius qꝫ aggregatū ē circa renes
de mā ꝓportiōata ne induretᷣ ibidē: ⁊ ſi ē arena facta nō augmē
tetur lapis ⁊ primū exequetᷣ ī ꝑſeruādo a cāis que faciūt ad ge/
neratiōnē materie ꝓportionate ad lapidis gn̄ationeꝫ. Et hoc
ꝯpletur cum obſeruatiōe eoꝝ que dicta ſunt ſupra ī cauſis cauē
do ab eis que ibi ꝯmemorata ſunt habēdo cautelā ī eis. ⁊ in hoc
accōmodate dicebat Serap. ī pricipio capituli de cautela a ge/
neratione lapidis: Quia iam ſcimꝰ cām gn̄ationis lapidis nō fit
nobis difficile ſcire qualiter ꝑmittat homo cautelā vt nō gene/
retur lapis. Et addit: ⁊ cuꝫ gn̄atio huiꝰ egritudinis ſcilꝫ gn̄atio
lapidis ſit ex duabꝰ cauſis: vt ēt dictuꝫ eſt ſupra de mēte Alex.
ſaltē ſup. vt in pluribꝰ ſcilꝫ ex humore groſſo viſcoſo ꝑmixto cū
aquoſitate que trahitᷣ ex renibꝰ. i. cōducto vel ꝑmutato ad re/
nes cum aquoſitate vrinali que attrahitᷣ a renibꝰ ⁊ ex caliditate
ignea que adurit humorē ⁊ exiccat ipm ſup. ſi multum ⁊ deter/
minato tpe ſufficiēte ad indurādū ibidem ꝑmaneat. Addit: tūc
qn̄ abſcindimꝰ vtrāqꝫ ſupple talē cāꝫ ſcilꝫ ⁊ gn̄ationē māe groſ/
ſe ⁊ ꝓhibitionē ignee caliditatis: abſcinduntᷣ cauſe ābaꝝ ſimul:
⁊ abſcinditᷣ ēt generatio lapidis. Et qm̄ vt dixit ⁊ recte: ⁊ abſci/
ſio hoꝝ fit ꝑ cautelaꝫ ⁊ cuſtodiā a cāis faciētibꝰ ea. ſ. pricipia ge
nerationis. ſ. materieꝝ ⁊ efficiēs de quibꝰ dictū ē clare ſupra ī
cāis. ideo hic primū quātū ad dictā ꝑtinet. In cauēdo a gene
ratione lapidis ſufficit pro vna maxia ꝯmemoraſſe que dicta ſūt
ſupra de cāis facientibꝰ ad generationē vt ab eis abſtineatᷣ ⁊ oī
cautela caueatᷣ ne ſuperflue bis idē repetere videamur qm̄ vt di
cebat Auic. Cibi aūt patientiū lapidē ſunt illi qui ꝯtꝛij ſunt cibis
nocētibus eis qꝛ tn̄ ordinata ſupra in cāis ſunt de his que effi/
ciunt ad generationē a quibꝰ oībus nūc ē abſtinēdū. ꝯuenit hic
ēt adducere ad clariorē doctrinā ī dieta quibus ꝑticulariter eſt
vtendū ⁊ nō tm̄ a quibꝰ ſit abſtinēduꝫ. Quia igitᷣ ſupra de aere
dicebatᷣ qꝫ aer groſſus paludoſus ⁊ calidus vel frigidus ē ī cau
ſis generationis: hic ꝯuenit ad doctrinā nō tantū dare regulaꝫ
vt ei non occurratur ſed etiam oportet declarare quis ſit eligen
dus aer ergo ꝯueniens ī ꝑſeruatiōe ſimpliciter eſt aer tꝑatus in
paſſiuis maxime ⁊ ī actiuis ad aliqualeꝫ declinet friditateꝫ hoc
dico ī preſeruatōe ſimpliciter qꝛ ī ꝓhibitōe īduratiōis ⁊ augmē
ti lapidis: ⁊ ēt ī ꝯminutōe ad ꝯminuendū lapidē factū ⁊ eductōe
illius: de quibꝰ oībus ī dicēdo ſimul erit ſermo debꝫ aer ad hu
midum declinare notabiliter ⁊ partūper ad caliduꝫ: ⁊ ita in ꝑſer/
natione moderatū exercitiū ē ꝯueniens. imo dixit. R. xº. ꝯtinē
tis de mēte Gal. Non generatᷣ lapis in renibus ſup. vel in ve/
ſica ſi ſubuenitᷣ exercitio ſup. moderato tamē ad educendū lapi/
dem ex renibꝰ vel mām que ē in renibꝰ nō induratam factis ta/
men diuerſiōibꝰ ꝯuenit motꝰ: imo aliqualr̄ laborioſus vt equi/
tare equos ⁊ ſaltātes: ⁊ deſcēſus per ſcalas repentinus ē ad hoc
iuuās. talis tamē motus fiat ſtomacho inanito ante cibū. Su/
pra ēt dicebatᷣ de ſomno ī cāis qūo nimiꝰ ſomnꝰ ⁊ nimia vigilia
ſunt de cāis gn̄ationis ⁊ ab his ergo cauendū ē. ⁊ ita eligēdus
ē ſomnus moderatus: qꝛ ēt erat dictū qꝫ dormire ſupra dorſuꝫ
ē de cāis generātibꝰ ꝓ quāto facit ad calefactionē renū. Et ꝓ/
inde dicit Aui. ī cura de lapide renū qꝫ dormire ſupra dorſuꝫ ē
ex eis q̄ lapidi ꝯferunt. ſ. ad gn̄ationeꝫ ex parte caliditatis ignee
q̄ acgritᷣ ī renibꝰ. Forte tn̄ vt aliqui ſūt arbitrati qꝫ dormire ſu/
pra dorſuꝫ cōfert lapidi. ſ. iā generato vt educatᷣ a renibꝰ ⁊ etiā
ad eductionē māe ꝯuertēde ī lapidē. qꝛ ſm iſtū ſitū aperiuntᷣ vie
renū: vnde facilius deſcēdit mā ⁊ egreditᷣ. Ideo ego dicereꝫ qꝫ
preſeruādo ne mā trahatᷣ ad renes melius ē non dormire ſupra
dorſuꝫ. poſtea iā aggregata mā circa renes ⁊ factis diuerſioni/
bꝰ ⁊ aliūde eūonibꝰ ad mūdificationē eiꝰ de renibꝰ cōuenit acu/
bitus ſupra dorſuꝫ. Propterea Azara. dixit artificioſe vitet. ſ.
patiens diu iacere ſupra dorſum ſignanter dixit diu qꝛ aliquo/
tiēs iuuat talis accubitus vt cū ē intētio eūonis ex renibꝰ ſꝫ nō
ꝯcomitatᷣ ne ſupinflāmētur renes. In paſſionibꝰ aīalibꝰ fue/
rat dictū qꝫ paſſiones inflāmātes vt ira ⁊ furor ⁊ infrigidantes
vt triſtitia ⁊ timor ſūt de cāis gn̄atōis. ab his igitᷣ cauēdū ſꝫ in/
herēdū ē gaudio ⁊ bone ſpei. Multa ēt replō vt fuit dictū ē no/
cēs. imo dicebat Serap. humoris groſſis gn̄ationē aū oēm rem
ꝓhibet paucitas ciboꝝ ⁊ cautela a malitia digōnis qd̄ ē qꝛ de
ꝓprietate ſatietatis ⁊ malitie digōnis ꝓculdubio ē attrahē hāc
egritudinē ſup. qn̄ nō alias fuerit. Addit: ⁊ ſi iā acciderit ⁊ iam
inceperit hec egritudo excitāt vehementer. ſ. multitudo cibi ⁊
malitia. Et ſic cauēdū ē ab oībus que adducere pn̄t ad malitiaꝫ
digōnis de quibꝰ latiꝰ vide ſupra ī tractatu de ſtomacho. pau/
citas ergo ē eligēda ꝑcipue quādo īcipit dolor. vn̄ dixit Auēzo.
qn̄ videris patientē a pricipio ſui doloris ſubtilia eius cibū. fiat
tn̄ ſubtiliatio cū bonitate cibarioꝝ cauēdo ab oībus his q̄ groſ/
ſa ⁊ viſcoſa exhibēt nutrimēta de quibus ample dictuꝫ ē ī cau
ſis: ita ſilr̄ ⁊ ī potu vitādo potū groſſuꝫ ⁊ dulce ⁊ ponticū: non
tn̄ vtēdo vinis ſubtilibꝰ multū ⁊ maxie poſt cibū vt fieri ſolet vt
ibidē dicebatᷣ: imo neqꝫ ēt cū cibis ī pura ꝑſeruatōe ne ꝯuertātᷣ
māe ad renes. Meliꝰ tn̄ ē declinare ī paratis ad vina ſubtilia ſꝫ
nō acuta q̄ꝫ ad nigra groſſa. nā de his dicebat Serap. ipſa eīm
adiuuāt ſup. generationē lapidis iuuamēto magno. Hoc totuꝫ
qd̄ nūc dictum ē nō ē tātū de vino vt ꝓuocāte ītelligēdū: imo
ēt ⁊ d̄ reliquis ꝓuocatiuis a quibꝰ cauēdū ē cū nō ſubeſt mā in
renibꝰ ⁊ ītēdimꝰ ad purā ꝑſeruationē. ſꝫ qn̄ aliquid aggregatuꝫ
ē ex hūore groſſo ⁊ īcipit coagulari ⁊ intēdimꝰ ne coaguletur:
tunc dicebat Serap. poſt vomitū ⁊ ſup. reliqua diuertētia opꝫ
vt eūemꝰ ⁊ ſolōne educamus ipſuꝫ ſup. ex renibꝰ cū cibis ⁊ me/
dicinis que nō ſunt vehemētis calefactionis ſup. vt eſt capillus
veneris ⁊ ſcolopēdria ⁊ ſēia cōia maiora ⁊ aliqui ſpargi. raro tn̄
ī cibis medicīalibꝰ īmo ⁊ baucie ſilueſtres ⁊ apiū ⁊ feniculus cū
reliquis oleribꝰ laudātur ad hanc intentioneꝫ: ſed ſint modice
quātitatis. ⁊ ponit ibi bonuꝫ textuꝫ vituperādo oīa vehemētis
calefactiōis qd̄ eſt quia omne cuius fortis calefactio ē vt dixit:
addit in materiā groſſam ⁊ duritieꝫ ⁊ iuuat ad generandum la/
pidem. ideo de carnibus laudauit carnes auiū mōtanaꝝ dixit:
⁊ ꝯferūt carnes auiū mōtanaꝝ que nō ſūt multe pinguedis qm̄
vt dicit iſte ſunt pauce caliditatis quare penetrāt ⁊ nō īdurantᷣ
vt lapis ſup. fiat qm̄ nō calefaciūt vehemēter. laudauit tn̄ Auē/
zoar paſſeres ⁊ dixit qꝫ pulli coturnicū ꝑ ſe ꝯferūt in hac egritu
dine. alique ēt ſunt carnes que lꝫ ꝑſtent nutrimētū groſſuꝫ ꝑ na
turā ⁊ ſic faciāt ad gn̄ationeꝫ lapidis. ⁊ ita in ſimplici ꝑſeruatōe
noceāt vt carnes lepoꝝ ⁊ vulpiū: tn̄ de ſua ꝓprietate valēt ī fra
ctione lapidis. ideo tūc cum ē ītentio ad ꝯminuēduꝫ vſus eoꝝ ē
ꝯueniens: ⁊ hic ēt recurre ad multa dicta in capl̄o ſuperiore de
ſtrāguria de euitatōe ſtipticoꝝ ⁊c̄. Et laudauit ad hāc ītentōeꝫ
īter fructꝰ medullā citrulli ⁊ qd̄ ē in ꝯcauitate batche. Nota
qꝫ dixit in ꝯcauitate ⁊ nō carnoſitate ⁊ laudauit ficus humidas
⁊ ſiccas. ⁊ ibi laudauit vina alba mixta cū aqua fontis vel forte
melius cū aqua ligritie. ⁊ hoc nō laudauit in ꝑſeruatōe pura vt
videtis. Sꝫ qn̄ ſtat ītentio ad eductōeꝫ māe ꝯtente in renibꝰ qn̄
ꝯſtat de pn̄tia eius in eis ꝓpter grauitatē ibideꝫ appꝫenteꝫ ⁊ per
reliqua dicta ſupra in ſignis qn̄ etiā dubitaremꝰ ꝓbabiliter de
mā que ibideꝫ paulatine īduceretᷣ maxie in ꝯſuctis ꝑiodicare ēt
ſi nō eēt tanta quātitas qꝫ grauitaret: tn̄ eſſet laudabile ſemel in
hebdomoda exhibere aliqua ꝓuocatiua leuia vt potū vini albi
ante cibū mixti cū modico aque liquiritie vt cū aggregatōe vri
ne circa renes educatᷣ illa mā. ⁊ ſtante actu lapide ꝓ fructu lau/
dantᷣ fiſtici. Nā de eis Aui. dixit ī medicīs ꝯuenientibꝰ lapidi:
⁊ in fiſticis eſt virtꝰ qua ꝯminuitᷣ lapis renū. Et hāc ordinatōeꝫ
diete bn̄ nota vt eā poſſint diligētiſſime īfirmi obſeruare: qm̄ ꝑ
obſeruatōeꝫ illius magis ꝑſeruantᷣ parati īcidere ī hos morbos
q̄ꝫ ꝑ medicinas ſolutiuas ēt ꝯuertentes ad oppoſitū ⁊ cū mino/
ri virtutis leſione. Et de hoc poſuit vnū cān̄. ſingularē Serap.
ī fine capituli de cautela a gn̄atione lapidis. Nā cuꝫ dixiſſet cū
nō abſcindimꝰ cibos groſſos ⁊ tarde digōnis ⁊ nō ponimꝰ regi
men ī eis ſanū ſm qꝫ ꝯuenit ⁊ diſcernimꝰ virtutē ciboꝝ ⁊ potuū
addit: eſt tūc corruptio ex eis maior. i. nocumētū inde ꝯtingens
maius q̄ꝫ iuuamētū cuꝫ medicīs ꝯueniētibꝰ. Et adducit rōneꝫ
dicēs qꝫ eſt hec qꝛ comeſta ⁊ bibita ſumūtur oī die neceſſario: ⁊
nō eſt de ꝓprietate hoīs vt accipiat eas. ſ. medicinas ſemꝑ ideo
ſup. nocumētū ꝯtingēs ex īdebito cibo ⁊ potu eſt oī die neceſſa/
riū ⁊ ꝯtinuū: ⁊ ſic nō eſt ꝯtinuū iuuamētū de medicīs qꝛ cōiter
nō accipiuntᷣ oī die. pur addit: qꝫ ſi poſſibile ē quibuſdaꝫ homi/
nibꝰ illud. ſ. vt ſup. accipiāt medicinā oī die nō ē tn̄ ī medicīs de
virtute iuuatiua que ſtet ī operatione regiminis nociui. i. qꝫ tā/
ta ſit vtilitas in ſumēdo continuas medicinas quāta eſt in cōti/
nua rectificatiōe regiminis: quoniā ſup. ſemꝑ ad medicinas ſe/
quitᷣ ī virtute aliqualis leſio. ēt iſtā aureā ſn̄iam bn̄ mēti tenete
ꝯtra multos qui audēt ſupra malitiaꝫ regiminis confidentes in
quaſi cōtinuo vſu aliquaꝝ pillularuꝫ vel aliaruꝫ medicinaruꝫ.
⁊ hec de dieta ſufficiāt.

Medicīalia.

Veniēdo nūc ad medicīalia ſitᷣ āpliādo ad medicīas q̄ ꝯueniūt ī ꝓhibitōe gn̄atōis la
pidis ꝑꝑ pn̄tiā materie ꝓportōate ī toto ⁊ ad ꝓhibitionē gene/
rationis ⁊ īduratōis ſtāte materia eiꝰ ī renibꝰ vel veſica: poſtea
ēt ad intētionē ꝯminutōis lapidis ⁊ extractōis eius a loco ī quo
ē ⁊ tandē ad eductionē ad extra corpꝰ vt dicebat Aui. ſtant intē
tiones dixit ſic: Intētiōes quidē quas medici ī curatiōe lapidis
i. in capº lapidis ītendūt ſumendo ibi curationē large: vt ēt ex/
tenditᷣ ad preſeruationē ſunt abſciſio materiei eiꝰ ſup. ꝓportio/
nate ad gn̄andū lapidē. ſ. ſi fuerit ī toto vel ī ꝑtibꝰ vicinis. ſ. reni
bus vel veſica iam gn̄āta: ⁊ ꝓhibitio gn̄ationis ipius ſup. ſi non
ē generata cū abſciſione cauſe ⁊ rectificatōe eiꝰ. i. abſcindēdo ⁊
ꝓhibēdo materias māe gn̄ationis. i. cibos ⁊ reliqua faciētia ad
materiā ꝓportionatā ēt abſciſiōe cauſe ſup. effectiue. ſ. male cō
plexionis. ſ. calide cū rectificatōe ipius. Et ſi mā fuerit iam in
renibꝰ ꝯducta morā ibi faciēs vel in veſica ſiue ſit factꝰ lapis ſi/
ue nō: tunc addit ⁊ ſup. alia intētio pricipalis deinde ē mūdifica
tio eius. i. vt educatᷣ talis mā ad extra corpus ⁊ ꝯminutio ipſius
⁊ fractio eius ⁊ ꝯpreſſio eiꝰ: ⁊ radicatio eiꝰ ex ſuo ſuſpēſorio. i. ex
loco in quo ꝯtinetᷣ tāquaꝫ ſuſpēſus cuꝫ medicinis que id effici/
unt ſup. ſtāte mā iam ī lapideꝫ ꝯuerſa ſtat prima ītentio ī mente
medici

medici post intētionez vt extra corpꝰ educaꝛ vt eradiceꝛ ex loco suo in quo ē gn̄atus: ⁊ hoc fit ꝯminuēdo ipm̄ si fuerit grossus ⁊ frangendo ⁊ applanādo postea ꝯprimēdo ꝑ poros ⁊ vias: ⁊ ita in via executiōis opposito modo opamur via intētōis: qꝛ priꝰ stāte lapide grosso opamur ꝯminuēdo ⁊ frāgendo ⁊ deinde eradicā/do ipz ex collo suo dilatādo sup. meatꝰ ⁊ leniēdo cū medicinis q̄ id efficiunt. Addit: deinde stat intētio eius que ē extractio sup. lapidis ad extra corpꝰ cū cirugia sup. qñ nō sufficiunt intētiōes dicte ad mūdificationē eiꝰ ex corpore. Addit: ⁊ subtiliatio in ipo ⁊ ordine eius idest oꝫ subtiliter ingeniari ī ipso. s. ad curationē ī ordine eius. s. medicinarū que debēt offerri vt in tēpore debito offerrantꝛ. Addit vltimā intētionē habēdaz ī capº gn̄ationis lapidis renū paulo post que versaꝛ circa accidentia sepe cōcomitantia gn̄ationē illius vel sequētia ad egressionē eius vt sunt dolores ⁊ vlcera ad que opꝫ medicuz ēt in cura lapidis cōsiderare: qꝛ tales aliquotiēs vt infra videbiꝛ minuūt vel ꝓhibent ꝯpleri itentōes supradictas. vnde addit: deinde ē regimē sedans id qđ sequiꝛ inde de doloribꝰ ⁊ rectificatio eiꝰ qđ accidit eis de vlceribus. Et sic pꝫ ex hoc textu q̄ in capº lapidis renum vel vesice stant tres principales itentōes. Una ad cām antecedētez materialem ī toto vel ī ꝑtibus ꝓximis renibꝰ genitā abscindēdo vel gn̄andaz eaz ꝓhibendo: ⁊ nō tm̄ ꝓhibendo cām mālem sꝫ etiaz efficientē vel ꝑataz cōcurrere effectiue rectificādo malitiā ꝯplexionis. 2ª intētio pricipalis vertiꝛ circa mām in renibꝰ vel ī vesica existentē nō induratā: sꝫ ibidez morā faciētē ꝑatā indurari vel ī lapidē ꝯuersaz: ⁊ tunc ad nō induratā stat itentio ad mūdificandū dictā mām de renibꝰ precedēte pria intētōe de prohibitione gn̄ationis talis materie ⁊ ꝓhibitōe ꝯuersiōis eius ad renes vel vesicā. Intētio vero que est ad lapidez induratū: ē vt educaꝛ extra corpꝰ vel cū medicis prouocatiuis vel cū cirugia. ⁊ que fit cū medicinis ꝓuocatiuis. i. abstergētibꝰ lauantibus ⁊ mūdificātibꝰ: aliqñ sufficit ī lapide ꝑuo: sicut ēt ē in mā que non ē facta lapis: ⁊ aliquotiēs opꝫ vt coadiuuenꝛ medicīe ꝓuocatiue cū medicinis ꝯminutiuis ⁊ frāgētibus lapidē ī frustra equādo substantiaz lapidis ⁊ applanando superficiē eiꝰ si fuerit lapidosus vel angularis: ⁊ ēt cū medicinis dilatātibꝰ meatꝰ ꝑ quos debet incedere lapis: ⁊ tūc īmediate ꝯpleri pōt intētio que est ad eradicandū lapidem de loco suo ⁊ deponenduz ipm̄ in vias per quas debet educi cū multiplicātibꝰ aquositatē vrinalē circa renes vt dicta mā lapidis ꝯminuta ⁊ facta plana precipitari possit cum multo humido extra locū suū per poros vritides si fuerit ī renibus ad vesicā vel ꝑ collū vesice ⁊ calamū si fuerit in vesica. extractio aūt lapidis cuꝫ cirugia qñ relique medicine nō sufficiunt si fuerit in vesica dabiꝛ modus clarꝰ ī͂fra. sꝫ si fuerit ī renibꝰ quidā qui nō habēt rōnem laborāt extrahere ꝑ incisionē ilij ⁊ ꝑ dorsuz qđ fiendū nō est: sꝫ debemꝰ cuz balneis ⁊ alijs dictis supra ⁊ reliquis diureticis si possibile ē per poros medios ducere ad vesicā. ⁊ de hoc dicit Auic. Et sunt quidā qui laborāt extrahere ipm̄ sup. lapidē. s. lapidem renū per īcisionē ilij ⁊ ꝑ dorsum sed timor magnꝰ in eo: ⁊ operatio eiꝰ sup. est illiꝰ qui rationē nō hꝫ. 3ª pricipalis ītētio ē ad accidētia dicta: exequēdo ergo has ītētōes ꝑ ordinē. pº ꝓ̄supposita ꝓhibitiōe gn̄atiōis ꝓportiōate mãe ī toto vel ī determiatis ꝑtibꝰ ex obseruatiōe regimis dicti in ꝑte precedēti de dieta: que tm̄ ītētio ēt maxie iuuaꝛ ꝑ vnū medicinale ēt per cōfortātia digestiuā stomaci ⁊ interiꝰ ⁊ exteriꝰ cū vnctionibꝰ cerotis ⁊ spēbus eius ⁊ ꝯfectōibꝰ đ quibꝰ ample est dictū supra in caplo de ꝯfortātibꝰ stomachū. ⁊ ad illuz locū recurraꝛ qꝛ bonitas digōnis plurimū cōfert ad ꝓhibitionē gn̄atōis dicte mãe sicut ex aduerso dicebaꝛ supra đ mēte Serap. de ꝓprietate satietatis ⁊ malitie digōis ꝓculdubio ē attrahere aū egritudinē sup. faciēdo ad gn̄ationē dicte mãe. His ergo presuppositis ⁊ ꝯpletis intētōibꝰ succedit alia que ē ad mām si eēt ī toto generata vel ī particularibꝰ mēbris nōdū tamē attracta ad renes: vel si sit ad renes attracta non sit indurata. Et si est aliqualiter indurata non notabilis quātitatis vnita sed sub forma arene permanēs: ⁊ tūc succedit intētio que cōpleꝛ per abscisionē meri cū euōne sup. ꝑ flōmiā vel per solutionē vētris vel ꝑ vomitū ⁊ cū diuersione ad extrema vt cū exercitio tꝑato in tꝑe vacuitatis ⁊ fricatōe ⁊ balneis aliquotiēs. Et ī his oꝫ vt sit subtiliatio. i. ingeniū in ordine applicādoꝝ vt de his preponātur q̄ preponi debēt. deinde veniendū erit ad ea que cū ꝓuocatione lauant renes vel vesicā. Primū ergo q̄ occurrit in operatione ē lenire vētrē cū clisteri lenitiuo nō multe quātitatis ipm̄ faciēdo. Et de hoc dicebat Auic. sup. de his intētionibꝰ sup. pria est in leniēdo mām vt declinēt humores grossi ad latus fecis ⁊ nō fiat ex đclinatōe fecis coartatio renū. i. nō sit multe q̄ꝫtitatis clistere neqꝫ attractiuū sꝫ lenitiuū ne mãe si alique sunt in renibus ibidē coartenꝛ per tractū aliaꝝ materieꝝ ꝯtractaꝝ ad ītestina. ꝓpterea dixit ī͂fra: Et iuuanꝛ sup. tales a clistcribꝰ lenibꝰ tꝑatis ꝑ id qđ educūt de fece sup. tm̄ ⁊ leniūt nām: hoc tm̄ de quātitate clisteris magis obseruādū est stante dolore in renibꝰ vel vijs medijs ex lapide vt ī͂fra diceꝛ. Per hāc eīꝫ lenitōez ventris nā īclinaꝛ ad mittendū feces ad ītestina deriuādo eaz a loco renuꝫ ⁊ vesice: ⁊ ita fiāt clisteria cum maluis folijs althee se. lini ⁊ cassia ⁊ oleo violato stāte ꝯplōne calida facta ventris lenitōe si ꝯiūgaꝛ habitudo sanguinea ⁊ maxie de sanguine grosso dicit Raꝛ xº ꝯtinētis de mente Gal. in hac itentōe. Qui habuerit in venis suis sanguinē grossuꝫ ⁊ multū īcipe ⁊ minue venā īterioris partis genu ⁊ saphenā: hoc ītelligaꝛ regulādo fm̄ q̄ alī's dictū est in cañ. de flobothomia: qm̄ si corpus eēt multum plectoricū esset fienda flōmia a vena basilica prius anteq̄ꝫ fiat de saphena. qm̄ si primū fieret de saphena stāte plenitudine ꝯuerterenꝛ mãe ad renes ⁊ sic magis noceret q̄ꝫ iuuaret. Si etiā eēt actu dolor circa renes ⁊ dubitaremꝰ de futuro apāte ꝓpter dolorez stāte plenitudine ēt non cuꝫ dn̄io sanguīs esset necessaria flōmia. Et de hoc ēt dixit Raꝛ cū corpꝰ est repletū ⁊ violentū ⁊ conicis. i. arbitrādo existimas q̄ ꝯferant apā ad dolendū. i. q̄ ad dolorez sequaꝛ apā addit: incipe cū minutōe basilice. Et addit bonū verbuꝫ ēt stante lapide dixit quo ꝑacto. i. facta minutiōe medicine ⁊ cure ī eo ⁊ de facili faciūt opationez velociorē ⁊ maiorez vt de leui exeat lapis. Si tm̄ corpꝰ patiētis fuerit flegmaticū vt cōiter euenit ⁊ pingue ī quo gn̄anꝛ humores grossi parati ad gn̄atōez lapidis: tūc post lenitōez vētris primū qđ dꝫ offerri ē vomitꝰ: iuuat qdez ꝓhibendo gn̄ationez lapidis ⁊ matericꝝ ne ꝯuertātur ad renes: de quo dixit Aui. ⁊ ex ꝓhibitiuis gn̄ationis eiꝰ. s. lapidis est vomitꝰ post cibū ⁊ multꝰ vsus eius. Addit ponendo iuuamētū: ipse eīꝫ expellit sup͡fluitates grossas ꝑ viaꝫ ꝯtrariaz vie cuius motꝰ est ad renes ⁊ facit latus renū vacuū ⁊ mūduꝫ. Et ita Serap. laudat ī primis vomituꝫ post comestionē vel ante comestionē stāte habilitate ad vomendū cuꝫ quibus aūt ꝯpleri debeat sepe habitū est in sup͡ioribꝰ ad illa recurraꝛ. Cōsequēter succedit itētio euōnis ꝑ deorsuꝫ: ⁊ qm̄ mā vt supponiꝛ ē grossa īdigēs preꝑatōe vt educaꝛ opꝫ priꝰ eā digerere cū appropriatis subtiliatiuis in qbꝰ sit plus de subtiliatōe q̄ꝫ de calefactōe exiccāte: īmo opꝫ aliqualr̄ humectari mām ⁊ ꝓhibere superīflāmationez vt supra dictū est. Ideo in casu valebit sirupꝰ vt ī͂fra. ℞. oximellis simplicis. ℥. j. mellis ro. ℥. s. aquaꝝ cicoree scolopendrie ⁊ camomille añ. ℥. j. ⁊ potes variare sirupos ⁊ aq̄s fꝫ diuersitatē corpoꝝ ī caliditate ⁊ macie ⁊ maiorē stricturā meatuū vel minorē. Nā ī corꝑe strictoꝝ meatuū ⁊ pigui ⁊ grossoꝝ humoꝝ sirupi ⁊ aque magis subtiliatiui debēt offerri q̄ꝫ ī hoc mō dispositorꝭ: iō de sirupis sūt gradus. Nā ī hoc casu valet sirupꝰ đ duabus radicibꝰ oximel ꝯpositū sirupꝰ de duabꝰ radicibꝰ sine aceto: sirupus de bisantijs ⁊ de liquiritia ⁊ de eupatorio ⁊ similes. ⁊ de aquis sunt aqua capill'. veneꝝ absinthij scolopendrie cicoree lupuloꝝ ⁊ tandē saxifragie bethonice ⁊ spargoꝝ brusci feniculi apij sanationū ⁊ aqua raffani que in hoc caplo vt fuit dictū ē mirabilis. ⁊ nō ꝑ̄termittaꝛ ī hoc cāu liquiritia vel đcoctio eiꝰ. Nā de ea dixit Auenzo. in caº ꝓprio: ⁊ nota q̄ liquiritia cōfert renibꝰ ⁊ vesice stomacho meri pulmoni ⁊ cāne eiꝰ. ⁊ ita cū intēdimus mūdificare renes semꝑ decoctio liquiritie est singularis iuuamēti. Poteris ergo cōponere sirupos ⁊ medicinas magis fortes ⁊ minus sumēdo de medicis magis ⁊ minꝰ fortibꝰ recurrēdo ad tabulā mediciaꝝ subtiliatiuaꝝ ⁊ īcisiuaꝝ positā in caº superiore. Deinde facta preꝑatōe aliquibꝰ diebꝰ đ mā ꝯuenit aliquid educere ꝑ deorsū đ mā: dico ī toto existēte vel ī determiatis locis nō ī renibꝰ vel vesica nō cū forti tm̄ medicia nimis ne coartētur renes ꝑ nimiū descensuꝫ mãe ꝑ ītestina: valebit ergo ꝯpositio vt ī͂fra ī mā cōiter ꝯtingēte ī paratis. ℞. agarici electi. ʒ. ij. spice zinzi. añ. ℈. j. īfundātur ī aquis bethonice ⁊ feniculi cum modico oximellis simplicis per. xij. horas. postea facta expressione addatur collature cassie fistule. ʒ. vj. electuarij indi. ʒ. j. s. vel plus vel minus fm̄ nām corꝑis mellis violati. ℥. j. misce. ⁊ si voluerimꝰ ꝯuertere a vijs ꝓximis renuꝫ ad intestina: valet singulariter benedicta simplex Nicolai exhibēdo. ʒ. ij. vel. iij. vel ꝑn̄t dari pillule de bn̄dicta eis qui ñ volūt sumere medicinā potabilez sumēdo exēpligrā. ʒ. j. speciērū eius. ⁊. ℈. j. aloes ⁊ recticifcētur pillule cū melle ro. verū ē tm̄ q̄ stante mā ī renibꝰ magis iuuāt clisteria q̄ꝫ data desuper: quoniā que dātur desuper ꝯuertūt mās ī deorsuꝫ ēt versus renes: ⁊ maxie stāte dolore in renibꝰ. Et ꝓpter istā cām Auic. in cura de apātibus calidis in renibus dixit: Et nō ē via ad administrādū solutiuum quoniā dolorē facit ⁊ nocet per id quod descendere facit desuper. clisteria aūt diuertūt a renibꝰ ⁊ a vijs ꝓximis ñ sic educēdo a sup͡ioribꝰ mās ī deorsuꝫ. iō cū ītēdimꝰ ñ tm̄ ad lenitōez: īmo ad euōnē de materiebꝰ appropriatis: tūc possumꝰ apponē ī clisteribꝰ aliq̄ respiciētia dictas mās vt verbigrā turbith ī đcoctōe clisteris ⁊ agaricū ponēdo ēt ꝑitariā radicē apij ⁊ feniculi ⁊ huiusmōi. Et ad hāc ītentōez dicebat Aui. postq̄ꝫ dixit q̄ iuuātur a clisteribꝰ lenibus addit: ⁊ qñqꝫ ponūtur in eis sup. clisteribus de medicinis clisteris sup. acutis ⁊ ꝑducunt virtutē ꝓpe. i. vsqꝫ ad renes a qbꝰ sup. ītēdimꝰ euāre. ⁊ hic valet singlr̄ vt dictū ē iter medicinas bn̄dicta. Facta aūt mūdificatōe de materiebꝰ ī toto ad mām que est ī renibꝰ nō īduratā neqꝫ lapideatā sufficit sola ablutio ⁊ lauatio eiꝰ cuꝫ leuiter abstergentibꝰ vt in corpore calido aqua casei ē ad abstergēdū iuuās: ⁊ aqua đcoctiōis or. ⁊ seminū cōium fridoꝝ maxime cū liquiritia: ⁊ in corꝑe minus calido decoctio spice. ⁊ in tēperata quasi dispōne valet singulariter si sumatur succus paritarie terrestris: vt. ℥. j. s. cū vino al. vt cū. ℥. j. eius in ieiuno: dixit Guil. q̄ mirifice renes a lapillis mūdificat: ⁊ in frigido decoctionē ciceꝝ ru. ⁊ radicuꝫ feniculi ⁊ apij cū melle colato ꝯtinuādo duobꝰ vel tribꝰ diebus exhibēdo in mane notabilē q̄ꝫtitatē valet vsqꝫ dū remoueaꝛ grauitas q̄ erat circa dorsum qua facta mūdificatōe oportebit postea cōfortare renes cū aliquibꝰ ꝯfortātibꝰ: de quibꝰ diceꝛ infra post extractionem lapidis. Et hec sufficiant quātum ad intētionē abscisionis materie in toto vel in renibꝰ īdurate. ⁊ si volueris descriptiones vomitiuoꝝ ⁊ clisterioꝝ ⁊ abstergētiū ⁊ mundificantiū ⁊ ēt cōfortantiū videbis clariꝰ ī ꝯsilio meo facto de calculo ī ꝑte preserua tiua ꝓ magnifico dn̄o Marcolino barbauaria. Jam succedit intētio que est ad lapidē postquaꝫ ē īduratꝰ lapis in renibꝰ que intentio ꝯpleꝛ cum his que cōminuūt ⁊ frangūt lapidē vt dicebatur supra: ⁊ cum eis que dilatāt meatꝰ: ⁊ cum his que tādem expellūt euꝫ a loco in quo ē: ⁊ ista ꝯplenꝛ maxie cū medicis sub/

tiliantibꝰ ⁊ incidētibꝰ nō multū calidis: ⁊ cum appropriatis frāgitiuis de quibꝰ īfra: ⁊ de hoc dicebat Halyab. 7º practice caº 4º. Cū aūt passio hec robusta iam ⁊ firma ē ⁊ ꝯpleti sunt ī renibus calculi omni vtendū erit regimine subtilianti ⁊ incidenti sꝫ moderati caloris medicaminibꝰ calculos frangētibus ꝓprie ⁊c̄. Hanc tñ intētionē vt exequamur si occurrat infirmus cum tali passione dolorosa ex calculo pñte in renibꝰ manifestato ex signis opꝫ alia precedere que dicta sunt supra de abscisiōe cause: ⁊ diuersiōe ad oppositū cum vomitu ⁊ lenitiōe vētris prius q̄ȝ venias ad balnea ⁊ medicinas dictas. ⁊ de hoc dixit Aza. curatio eius ī tp̄e doloris ē ꝙ bibat medicinā ad vomendū ī sui pricipio: ⁊ nō sit in hoc negligēs ⁊ nihil remanet in stomacho: deide fiat clistere: ītelligat presupposito clisteri lenitiuo post vomitum fiat clistere aliqualiter acutū: postea ingrediat balneū vt dixit. ⁊ hanc sn̄iaꝫ de vomitu ēt posuit Aui. loquēs quid ē fiendū ī principio doloris dixit: ⁊ de illis que iuuāt in hac hora ē administratio vomitus ⁊ ponit iuuamentū. Et addit: ⁊ id ē de illis que minorant mās ꝯprimentes lapidē sup. euacuādo ꝑ partem oppositam. Sed addit: sꝫ fortasse nocet per id qd̄ trahit lapidē ad superiora: ex quo textu pōt colligi ꝙ cuꝫ lapis ē eductꝰ ex renibus ⁊ ē in vijs medijs ī trāsitu descēdendo ꝙ tunc nō cōuenit vomitꝰ ⁊ maxime laboriosus lꝫ ī pricipio īsultꝰ cōueniat stante lapide in renibꝰ. naꝫ vltra iuuamentū qd̄ efficit in euatiōe materie ad oppositum: facit ēt iuuamentū ī cōmotiōe lapidis vt educat a loco suo: hoc intelligat qm̄ non est dolor vehemens valde: laudabile tamē ē. ⁊ ita ē sn̄ia auctorꝝ ꝙ nisi vehemēs fuerit dolor eligibile erit ēt dare aliquid lenitiuū post vomitū ⁊ clistere ad lubricādū ⁊ leniendū ventrē ꝙ etiā lenit vias renū ⁊ lubricare facit lapidē ⁊ de hoc dixit Rasis ī diuisiōibꝰ: Et da ī potu de medulla cassiefi. cum oleo amigdalino: istud eīꝫ lubricare facit lapidē. quaꝫ sn̄iam accepit ēt Aui. dicit ī caº ꝓprio de medicinis ad lapidē: Et nō est malū vt videbat ēt ꝙ est sicut cassiefi. cū oleo amigdalino ⁊ cum succo viscoso qui sit de succis diureticis vt sup. sucus maluaꝝ ⁊ altee in quibꝰ vt dicit textus ē viscositas ⁊ lubricitas cum oleo amigdalino. Et ego semꝑ practico istaꝫ sn̄iam in principio facto clisteri lenitiuo cū occurro īfirmo ⁊ ordiato vomitiuo leni ⁊ facto vomitu post tres vel quattuor horas āteq̄ sumat cibum ꝑ horā exhibeo. ℥. j. caſ. extracte sine armillis addito oleo amigdalaꝝ dulciū d̄ recēti facto reducta substātia ad formā electuarij fluxibilis: ⁊ exhibeo cuꝫ coclcari totam ꝓfecto mirabiliter iuuat: qm̄ leniēdo ⁊ preparando vias ad dilatationem mūdificat ēt materias que sunt in vijs cōibꝰ per secessuꝫ diuertendo ita ꝙ neqꝫ per dolorē ꝯtingētē ex lapide neqꝫ per caliditatem balnei neqꝫ ꝑ medicinas ꝓuocatiuas que sunt necessarie vt exhibeant: possunt postea ꝯuerti ille materie cōes ad vias renū sed vt bene memorie teneat de clisteribꝰ vt dictū erat supra: clisteria multe quātitatis nō debēt offerri stāte mā in renibus etiā nō indurata: multominꝰ debēt offerri stante actuali lapide cum dolore ne coartētur renes ex quātitate clisteris: ⁊ ꝓpter periculum coartatiōis laudauit Auic. magis suppositoriū stante dolore vehemēti: ⁊ sit necessaria lenitio vētris ꝓpter ꝯstrictionem māe dixit sic: Et si fuerit ꝯstrictio aliq̄ nāe: tūc d̄ rectioribꝰ rebꝰ erit extrahē fecē cū suppositorio aut clisteri nō magno ꝙ coartet ⁊ dolorē faciat. Addit: īmo suppositoriū amabiliꝰ ē mihi semper: tñ obseruāda ē lenitio nāe vel cū suppositorio vel cū clisteri paruo vt triū vel quattuor. ℥. Nā vt dicit Auic. ⁊ ī lenificatōe quidē nāe ē alleuiatio plurima ⁊ sedatio doloris. Aliq̄ñ tñ sūt ponēda clisteria cū aliquali virtute medicinaꝝ educentiū d̄ mā ꝓxima renibꝰ vt supra dictū fuit in intētōe abscisionis māe: sed nūquā stante dolore ⁊ actu lapide ī renibus dꝫ exhiberi medicamen solutiuū desuper sꝫ debēt exhiberi clisteria pinguia cuꝫ virtute diureticorꝝ. Et de hoc posuit can̄. A. ⁊ nō est semita ad administrādū catarticū. i. farmaciā: ipsuꝫ eīm ledit ⁊ nocet ꝑ id qd̄ descendere facit desuper. Addit: clistere aūt eū ī eo ponunt adipes ⁊ inunctōes vel sup. poni pn̄t ⁊ virtutes mollificantes ⁊ virtutes diuretice facit cū solutōe vētris lenitatē sup. in lapide ⁊ in vijs medijs ⁊ frangit dolorē ⁊ adiuuat ad extractionē lapidis. ⁊ ita pꝫ q̄uō cōsentit ad clisteria ⁊ nequaq̄ȝ ad farmatias dādas desuper sed sint modice quātitatis vt supradictū est stante ēt dolore vt fuit supradictū in corpore sanguineo ꝯuenit flōmia ne trahat ad apa: nō ēt stāte dolore sunt exhibēde medicie ꝓuocatiue ⁊ frāgitiue lapidis vt sepe fieri solet per medicos qui applicāt ⁊ iustinū ⁊ reliq̄ frāgitiua lapidis: qm̄ talia augēt ad dolorē. vñ expedit primū minuere dolorē cū his que statiꝫ dicēt: deide ītēdere cū medicis que faciūt ad lapidē. Et de hoc dixit Raſ. xº. ꝯtinētis vltio caº ad finem de mēte Gal. dolor flegmatici in dispōne eius insultus indiget curari cum rebus que mitigāt doloreꝫ: ⁊ mitigato ipso īsultu doloris curatio dꝫ fieri cū eo qd̄ emittit lapideꝫ. s. frāgēdo ꝯmouēdo ⁊ ꝓuocādo. Et hāc eādeꝫ sn̄iaꝫ īsinuauit Auic. ⁊ est textus supra allegatꝰ circa textū nr̄m cuꝫ dixit: Et cuꝫ dolor est fortis sedat q̄ñ curat cum eis q̄ diximꝰ sup. mollificatiuis ⁊ balneis de quibꝰ infra addit. Deinde cū curat lapis sup. cū medicis appropriatis lapidi multiplicat sup. dolor: quare rectiꝰ est vt dixit vt abstineat a medicinis fortiter mouentibꝰ ⁊ administrent clisteria lenia lenificātia ⁊ inunctōes que ꝯprimēdo ⁊ ꝯfricādo fiunt ⁊ cerotaria lubrificantia ⁊ mollificātia. Et ita in enumerādo medicias frāgitiuas loquēs de sanguine irci dixit: Et cuꝫ volueris in potu tribuere dabis in potu coclcariū vnuꝫ ī vino aceti. i. acuto in hora q̄etis doloris. hoc dixit signāter vt sit cōe ad oēs similes cuꝫ exhiberi debēt. Et hūc textū bñ menti tenere ne cōtingat error q̄ sepe ꝯmitti ꝯsueuit ꝓpter hoc placuit ipꝫ hoc allegare. Eādeꝫ quasi

sn̄iaꝫ posuit Serap. ī pricipio capituli de illis ī quibꝰ gn̄atur lapis ⁊ magnificat. De his tñ mollificatiuis q̄ necessario sūt ⁊ lenitiuis ad mitigatōeꝫ doloris addebat Serap. quedā verba ad sn̄iaꝫ paulo ante dictā dixit opꝫ vt duaꝝ reꝝ administratōeꝫ. s. mollificātiū ⁊ lenientiū: ēt facias cuꝫ cautela vehemēti qd̄ ē q̄ nō opꝫ vt multiplicet sup. superflua administratio reꝝ q̄ mollificāt ⁊ leniūt vt nō dissoluat virtus mēbri: ⁊ sup. ꝓpter taleꝫ dissolutōeꝫ virtutis nō possit sup. mēbruꝫ expellere a se illud qd̄ ī ipso est extraneū aut elōgare illud a se addit: ⁊ sunt verba bona ⁊ ꝓprie siccus declarat ꝙ aliq̄d ex mā ꝓuenit ex humore malo ad mēbruꝫ in corpore sup. aggregato vel ī mēbro alio vel ex egritudinibꝰ que sūt cū mā: ⁊ ita inuit ꝙ nō mūdificato corpore timor ē in multū humectādo ⁊ mollificādo ꝓpter dicta duo nocumēta maxie 2m ne ꝯuertant māe ad mēbruꝫ aliūde. ⁊ ideo notabilr errāt q̄ a pricipio doloris nō mūdificato aliter corpore ponūt corpora ī balneis mollificatiuis ⁊ applicāt alias vnctiones.

ad viuificādū matricē egressā que aliqualiter dꝫ esse alterata ab aere ꝓbabiliter dixit: funde super locū egressū ex matrice ex oleo rosato multū tepido: ꝛ inde sup. cōfortata matrice per tale oleum laudāt aliqui vt ad ꝑtem ꝓximaꝫ apponatur stercus bouinum calidū vt fumigetur hoc malo odore vt ꝯuertatur: ꝛ aliqui apponunt folia porri. nā cū talibus retrahitur matrix ad interius ad locum suū naturalē. ꝛ ad hanc reductioneꝫ ēt multū facit si apponatur vētosa magna supra vmbilicū sicca: ēt si fiat ad formā ceroti ex galbano ꝛ presupponatur vmbilico: si ēt fiat suffumigatio eius: qm̄ cū virtute faciet eaꝫ remitti ad locuꝫ suuꝫ. Ideꝫ operatur aspaltum qḋ si sursum nō reducatur cū his ingenijs dicebat Aui. ꝛ simam istaꝫ accepit a Serap. assume lanā ex velleribꝰ lenibꝰ. i. multū leuiter carminatā ꝛ fac eā adherere matrici sup. inuncta prius vt dictū ē: deinde accipe lanaꝫ aliaꝫ sup. spissiorē ꝛ infunde eaꝫ succo acatie sup. stāte inflāmatōe ī ꝑte aut sup. nō existente inflāmatiōe infunde eaꝫ ī vino in quo dissolutū sit aliquid stipticū nō aromaticū: vt esset thus ꝛ laudanū: ne propter talia aromatica ꝓhibeatur ascensus eius sꝫ cū balaustijs ꝛc̄. ꝛ si fiat talis infusio in vino pontico erit melius: ꝛ precipe obstetrici vt supponat eaꝫ ad aliam lanam super os matricis ꝛ paulatine ꝯprimendo reducatur cū facilitate ad interiora matrix: deīde laudabile erit postquaꝫ erit reducta vt ex cera massellata fiat forma ad moduꝫ virilis mēbri circa quaꝫ inuoluatur etiaꝫ lana ꝛ infundatur in aliquo oleo cōfortatiuo calido vel frido ꝯm exigentiam vt mirthino vel masticino: postea imponatur vt ascendat vsqꝫ ad os matricis intrinsecuꝫ. ꝛ si supponerētur aliqui pulueres constrictiui magis faceret ad intētionē nostraꝫ: ad ꝓhibendū descēsum eius alligetur tamē filū ad dictaꝫ ceram taliter formatam vt possit aliquotiens leniter adduci: saltem hora mictus ne īpediat illaꝫ operationē. deinde laudant vt accipiatur alia lana grossior ꝛ infundatur in aceto ꝛ aqua vel sup. in vino pontico vt dictū est: ꝛ pone eam sup vuluā: ꝛ ita seruet mulier iacens ꝯm ꝙ dictuꝫ est cū cruribus eleuatis ne cadat: ꝛ tunc ponantur due ventose lateraliter ad anchas ad loca ad que terminantur cornua matricis ad ꝯtinendū matricē in debito situ: si ēt ꝑ tēpus post voluatur patiēs leuiter super latus suū: ꝛ ponantur ventose ēt sup. sup catiꝫ ꝛ dorsum multū iuuabit ad retinēdum matricē ī debito situ: ꝛ in hac dispōne fac infirmā odorare bonos odores vt supra dictum ē. deinde pōt fieri emplastruꝫ ad ponēduꝫ ante ꝛ retro attractiuū aliqualiter ꝛ ꝯstrictiuū factuꝫ ex oppoponaco ꝛ galbano ex storace liquida ꝛ modico picis cū mastice thure ꝛ cera ꝙ sufficit ad īcorporandū ꝛ extendatur super duo coria ad quātitatem palmi īfantis: ꝛ ponantur ante ꝛ retro ꝛ ꝓhibebit descensum eiꝰ: ꝛ aliqui faciūt decoctionē ex rebꝰ stipticis ꝛ faciūt sessioneꝫ in dicta decoctione: sꝫ ego magis laudo primū vt mulier sit quieta iacens ꝙ si ꝓpter aliquaꝫ causam descēderet reiterentur que dicta sunt ꝯm ordinē: sꝫ nō ꝯmittatur error in applicatiōe odoriferorum vel fetidorum inferius ꝛ maxime fetidorum in precipitatiōe ꝛ casu matricis. Placet hic ꝯmemorare quasdā cautelas obseruādas quas alias ordinaui ī cōsilio meo facto in casu tali pro quadā magnifica dn̄a de burgūdia qḋ iudicio meo erit in casu multū iuuans ad curationē: ē ergo obseruādū in hoc casu ꝓ regula ꝙ quādo īferius fetida supponūtur simul ꝛ eodē tēpore aromatica: quedaꝫ superius ēt offerantur ꝑuenictibus vaporibꝰ corum fetidorum ad mēbra superiora sensitiua ꝛ nobilia preterita virtute ab eis regulariter ꝯprimūtur musculi membrorum superiorum ad inferiora ad remouendū illum vaporē fetidū ꝛ in virtute in deorsum ꝯprimente matrix etiaꝫ in deorsuꝫ cōprimitur: ꝛ hoc aliquotiēs visum est ī delicatis. Est ēt aduertendū singulariter ꝙ lꝫ fetida vt sic cōuenire videātur ī aliquibꝰ tamē corporibꝰ maxime delicatis: ꝛ ī quibus vie ꝛ meatus sūt satis ampli: ꝛ quorum virtꝰ sensitiua matricis est multū acuta: ex approximatōe multū excessiua fetidorum sequūtur notabilia nocumēta: vnde sequitur aliquotiēs casus virtutis subito ꝛ sincopis ꝓpter permutationē tēperamēti spiritꝰ ex eis: ꝛ lꝫ posita sint aromatica superiꝰ: ꝛ hoc ꝯm excessuꝫ proportionis fetidorum super aromatica. 2m nocumentū ē ꝙ percepto nocumento a virtute sensitiua matrix mouetur aliqū inordinato motu ꝛ diuerso: ꝛ inde fit ligamentorum ipsiꝰ diuersa extensio ꝛ pro tāto fiunt diuersi ꝛ intēsi dolores. cū his ēt ad memoriaꝫ reduco ꝙ ꝯm plurimū tales male vaporatōes per suffumigationem sunt actu calide: vnde cōtingit aliquādo vt multitudo horum fumorum receptorū in partibꝰ obstructis ipius matricis extēsionē faciūt ꝛ cōsequēter dolorē: nōnūquā ēt formali sua caliditate occurrēdo humiditatibꝰ ī matrice vētosabilibꝰ ipsarum multe ꝑtes vētosantur: ꝛ ita extēdentes matricē ꝛ ꝑtes circūstantes causant dolorē. Et ego intellexi a quibusdā taliter patiētibꝰ ꝙ cuꝫ offerebantur fetida īcurrebant vehemētissimos dolores: ꝛ credo ꝙ cā illorum dolorum esset cā altera duarum dictaruꝫ. Et ex his cōcludo duo ī opere obseruāda ī applicatōe taliuꝫ fetidorum. Primum est cum īcipimus approximare fetida per īferius incipiamus a debilibꝰ fetidis: que si nō sufficiēter cōferāt tandē ad fortiora accedamus. 2m ꝙ prius apponamus ipsa fetida intra matriceꝫ q̄ꝫ per suffumigationeꝫ: ꝙ si nō suffecerint vt quādo mā eēt cōtenta in locis angustis vel ītra pāniculos eiusdeꝫ: quo casu magis cōferūt iste suffumigatiōes: tunc ad eas veniēdū erit.

Pro primo igitur expediēdo laudo vt sumantur sūmitates foliorum vrticarum recentiū ꝛ grosso modo pistentur ꝛ cū petia lane vel bōbice ītra mittatur bis ī die ī modū emplastri: vel aliter ꝛ ē satis forte sumatur ouū de sub gallina putrefactū ꝛ rūpatur ꝛ vitellū cuꝫ albumine ꝯquassetur: ꝛ ī eo īfusa lana ī formā pessarij supponatur: ꝛ hic non obliuiscatur quin superius aromatica ponantur. Aliud quod ego experientia multotiens comprobaui est. ℞. matricarie medic. i. crispole sic dicte papie. ꝮD. 5. pistetur grosso modo ꝛ īmergatur in oleo de semine lini: ꝛ postea calefiat ita vt effumet: ēt si aliqualiter īflaretur ꝛ tunc supponatur cū filo pendente ꝛ statiꝫ reducta ē matrix. ꝛ si placet fetida per euaporatōes efferre ī isto casu cōfert vt ponatur terbētina super carbones vel ponantur plume ꝑdicis ꝛ ē fortiꝰ. qḋ si nō sufficit ponatur assa fetida ꝛ ē fortissimū ꝓterquā de illo ouo ꝙ ē maxime forte: ꝛ reuera ego non vtor eo ꝓpter vehementissimū eiꝰ fetorē: qui aliquotiēs ꝛ astantibus cōmunicatur: ꝛ iō in applicatōe huius fetidi ꝛ aliorum semper obseruetur: ꝛ cuꝫ mulier fumigatur vndiquaqꝫ sit bene cooperta ne malus vapor cōmunicetur naribꝰ patiētis ꝛ alijs astātibꝰ qui forte maxime lederentur ex eo. Jam veniēdo ad cāꝫ dislocationis mālēꝫ: si cā fuerit mā sanguinea repleus ꝛ spasmās maxime de sanguine mēstruo vnde ad diuersum situm pōt moueri matrix vt dictuꝫ ē supra: lꝫ vt plurimū in casu declinet ad vnā duaruꝫ partiū que ꝑs cognoscitur singulariter vt dictū ē ꝑ tactū obstetricis cum alijs dictis supra vt ex ꝓcedēte retētiōe mēstruorum: tūc dicebat. A. ītelligēs ī isto casu oꝫ vt flōmetur saphena ꝑtis cui opposita est pars declinatiōis si sentitur repletio ꝛc̄. i. fiat flōmia a parte cui. s. ꝑti opposita est ꝑs declinatiōis. i. a qua fit declinatio ꝛ est illa ꝑs in qua est facta declinatio ita ꝙ fiat flōmia ex eadeꝫ ꝑte ꝑꝑ ꝯuenientē directōeꝫ saphene eiusdē ꝑtis ad partem egraꝫ vt ꝯuenientior fiat eūatio de mā replente sanguinea ꝛ fiat ꝯm tenorē virtutis: ꝛ hoc dꝫ esse primū in executōe in declinatōe matricis a tali cā: deinde debēt offerri alia q̄ dicta sunt ad reducēduꝫ matricē ad locū suum ꝛ ꝯseruādū eā in debito situ. Et si fuerit facta ꝯtractio a siccitate sicut in spasmo siccitatis ꝛ nō est ei grossitudo ad tactū: tunc opꝫ ītendere cū lenitiuis exterius applicādis ꝛ ex balneis ꝛ clisteribꝰ ꝛ per anuꝫ īpositis ꝛ in matriceꝫ: ꝛ cum suppositorijs ꝛ inunctōibꝰ declināribꝰ ad caliduꝫ vel friduꝫ vel tēperatis sꝫ id qḋ ꝯiungitur de lapsu ad calidū vel ad friduꝫ de quibꝰ habes copiā in multis casibꝰ supra maxime in aꝑatibꝰ duris in ītestinis vel ī renibꝰ vel ī vesica. ad dicta loca recurre. Et forte aliqd dicetur specialiꝰ de hoc ꝺ aꝑatibꝰ q̄ fiūt in vulua semꝑ tn̄ ītendere opꝫ ī casu cū cibis humectatiuis ꝛ īpinguantibꝰ. Et si ꝓpter taleꝫ ꝯtractōeꝫ matricis fiat suspensio eius q̄ in hac cā euenire solet reducatur ad situꝫ suū facta ꝓparatōe ꝛ remotōe cāe mālis vel īmālis cuꝫ approximatōe fetidorum superiꝰ ꝛ cuꝫ applicatōe supra ventrē versus stomachuꝫ cū emplastris siue fomentatōibꝰ que fiāt ex filice ꝛ absinthio calefactis ꝛ irroratis cuꝫ modico aceti: tādeꝫ ꝓcedatur cuꝫ his que īfra dicentur in capꝰ de ꝓfocatōe. Et si cā mali situs declinatōis vel ꝓcipitatōis fuerit mā abūdans humida ꝛ frida que vt plurimū ponitur cā que sepe nocet quātitate ꝛ corpulētia vt visuꝫ ē in cāis: ꝛ aliquotiēs qualitate ꝛ substātia vt grossitie ꝛ viscositate cuꝫ friditate: tūc opꝫ intendere prio digōni eius: ꝯūter euōni: ꝛ tādeꝫ ꝯfortatōi matricis ipsa prius reducta ad situ nālē. Pro prima igitur expediēda ītentōe digeratur mā cuꝫ appropriatis vt cū melle rosato ꝛ sirupo de duabus radicibꝰ cuꝫ aceto vel sine ꝯm tuā estimatōeꝫ: ꝛ cū aquis betonice matricarie ꝛ buglose fiat sirupꝰ: vtile tn̄ erit si priusq̄ꝫ cuꝫ his digestiuis respicientibꝰ māꝫ appropriatā ꝓcedamꝰ mūdificentur māe cōes cū pillulis de hiera vel elefanginis exhibēdo. ʒ. j. ante cenā ꝑ horā: ꝛ vltra diem postea exhibeantur sirupi q dicti sunt ꝛ ꝯtinuentur quinqꝫ vicibꝰ vel sex: postea purgetur mā cuꝫ pillulis vt īfra. ℞. pillularum de bn̄dicta agarici trociscati an̄. ℈. ij. sileris mōtani grana. iij. cū oximelle simplici fiāt pille quinqꝫ ꝛ sequēti nocte sumantur. ʒ. j. s. metridati vel ꝯfectōis huiꝰ. ℞. diabuglosati. ʒ. ij. specierum diambre. ʒ. s. misce cū modico sirupi de sticados. Postea veniēduꝫ erit quietata mā ꝑ duos vel tres ad fortiores sirupos calefactiuos ꝛ subtiliatiuos vt ad sirupū de calamēto cuꝫ sirupo de sticados ꝛ cum aqs ꝓportōalibꝰ vt melisse ruthe pulegij betonice ꝛ similibus: semꝑ tn̄ hn̄do menti ꝙ lꝫ talia subtiliatiua ꝛ apitiua sumpta īdicatōe a mā vt multū ꝯtingēte in casu ꝯueniāt: tn̄ vbi corpꝰ esset repletū ꝛ timeremꝰ ne māe in toto exūtes ꝑ taleꝫ sirupū ꝯuerterentur ad matricē deberemꝰ semꝑ cū dictis sirupis apponere aliq̄ ꝯfortatiua stiptica vt masticis vel nucis muscate ꝛ rasure eboris ꝛ similiū in decoctōe aquarum: ꝛ posset fieri sirupꝰ magistralis vt īfra. ℞. radicū buglose acori radicuꝫ lilij ꝛ iringorum an̄. ꝮD. s. artemisie rorismarini. calamēti an̄. ꝮD. j. capillorum veneris duas ꝑtes ꝮD. sticados spice squināti an̄. ʒ. ij. florū camomille ꝛ meliloti ꝛ ligri. an̄. ℥. j. s. e. anisi feniculi ꝛ petrosilij an̄. ʒ. iij. cassie lignee. ʒ. ij. decoquantur in aq̄ sufficiēti ꝛ coletur: postea cū equali quātitate zuccari ꝛ melliꝫ fiat sirupꝰ ꝛ aromatizetur cuꝫ modico cinamomi ꝛ croci ꝛ de eo exhibeatur. ℥. ij. ꝓ vice cū aqua pulegij vel matricarie vel pulegij vel melisse ꝛ sumantur quinqꝫ vel sex diebꝰ: postea fiat solutio vt dictū ē supra vel fiat vt īfra. ℞. agarici electi ʒ. ij. turbith. ʒ. j. spic. ziꝫi. an̄. ʒ. s. īfundantur ꝑ. xxiiij. horas ī aqs melisse betonice ꝛ buglose cuꝫ modico oximellis simplicis: postea fiat expssio ꝛ colature addetur cassie noniter extracte. ℥. s. elebori nigri maioris. ʒ. s. bn̄dicta. ʒ. s. misce fiat potio exhibeatur hora medicinarum solutiuarum seruādo ordinē debitū in eis: deīde sequēti nocte sumat vt supra dictū est ī pillulis. Cōseq̄nter veniēdo ad medicamīa localia pōt fieri mūdificatio de mā cōtenta in matrice qn̄ nō fuerit ꝓcipitatio eiꝰ ī deorsuꝫ: sꝫ declinatio ad latus vel ascēsus accipiēdo mercurialeꝫ ꝛ aliqualr ꝯterēdo ꝛ cum modico sileris mōtani īcorporentur ꝛ ponatur in pecia rara ꝛ fiat pila ꝑua ligata cū filo ꝛ ponatur in colluꝫ matricis teneatur in nocte: idē operatur si accipiatur metridatū ꝛ ligetur ī pecia vt supra ꝛ ponatur vt supra. Qua facta mūdificatōe superest alia intētio de ꝯfortatōe ꝛ resolutōe reliquiarum que remāserūt: ꝛ ī hoc valet si fiat inunctio īfra vmbilicū vsqꝫ ad īguina cuꝫ oleo spice ꝛ oleo irino ꝛ

laurino ⁊ similibꝰ: deinde fiat fumigatio recipiēdo fumū ex pa/
sta poſita sup: a prunas īfra cathedrā factā vt infra. ℞. masticis
gallaꝝ balauſtiaꝝ añ. ℥. j. raſure eboris. ℥. ß. cū modico terbēti/
ne ⁊ cere fiat paſta. Nō audeo in hoc caſu fumigare cū aroma/
ticis ne ꝯuertaẜ matrix īferius ad ea: ⁊ ita cū his ⁊ reliquis que
dicta sunt supra erit perfecta cura cuʒ dei laude.

Capitulū. 23ᵐ de fluxu menſtruoꝝ ſuperfluo.

p

Ro ſuperfluis mēſtruis ꝯſtringēdis trociſci de
charabe ꝑ hebdomodā vnā sunt dādi: ꝙ si nō
ꝯtulerint confectio de ſcoria deẜ: ⁊ fiat minutio
ex baſilica. Ventoſe quoqʒ ad mām̄illas appo
nanẜ: ⁊ in comeſtione cibis vtatur ſtipticis. Et
hoc medicamē egra ſibi ſubijciat: qd̄. ℞. olibani balauſtiarū
gallaꝝ antimonij acacie alumis omniū partes equales: pul/
uis hoꝝ optime tritoꝝ cuʒ pauca lana ſubijciaẜ. Femur vero ⁊
dorſuʒ ex epithimatibꝰ que i. c. de fluxu vētris nominauimꝰ epi
thimeẜ: ⁊ ſedeat in aqua de curcuma. Qd̄ ſi iſta nō ꝯtulerint
ex alio peſſaro acuto fiat imiſſio ⁊ maneat in vulua.

p

Ro ſuperfluis mēſtruis: Iſtᵉ ē caᵐ
de ſuꝑfluitate mēſtruoꝝ cōſtringēda vt dicit
rubrica ꝙ recta cōtinuatione cōtinuaẜ ad pre/
cedens in hūc modū. nā poſtquā in precedenti
determinatū ē de precipitatione matricis ⁊ ca
ſu eius: que aliquotiēs imo multotiēs cōſequi/
tur multitudinē materie ꝯtente ī matrice grauitātis ⁊ deprimē
tis ſepe viſcoſe groſſe exiſtētis pro cuius preparatiōe ⁊ tandem
euacuatione ſepe fiunt neceſſarie medicine calefaciētes ſubtiliatiue
⁊ aperitiue virtute: quaꝝ ſepe dilataẜ ora venaꝝ mēſtrualium
vltra q̄ꝫ cōueniāt ad debitam mūdificationē: ⁊ ſepe cōſequēter
ad dictā diſpōnem ſequiẜ fluxus mēſtruoꝝ ſuꝑfluus. iō cōue/
nienter poſt capᵐ dictum Raſ poſuit capᵐ de cōſtringēdo flu
xu ſuꝑfluo mēſtruoꝝ: qd̄ capᵐ prima diuiſiōe diuidi pōt ī du/
as partes. Nā primo ipe ponit īgenia ad curādū talē ſuperflui/
tatem ⁊ per medicinas per ſurſum exhibendas ⁊ per flōmiam ⁊
dietā cōueniētēʒ. 2ᵒ ponit curā per localia ⁊ medicinas inferiꝰ
ad matricē offerēdas ⁊ īteriꝰ ⁊ exteriꝰ. 2ᵃ pars īcipit ibi: Et hoc
medicamen egra ſubijciat. Prima pars diuidi pōt ī tres ꝑtes.
Primo numerat duas medicinas ꝯuenētes in caſu exhibēdas
per ſuperiꝰ. 2ᵒ ordinat flōmiā eē fiendā diuerſiuā ſimul cū vē/
toſis apponēdis ad mām̄illas. 3ᵒ ordinat dietā cōueniētē ī ca/
ſu. 2ᵃ ibi: Et fiat minutio ex baſilica. 3ᵃ ibi: Et ī comeſtione ſti/
pticis vtatur. Prima pars pōt diuidi ī duas ſm ꝙ duo medi/
cinalia ponit. 2ᵐ ponit ibi: Qd̄ ſi nō cōtulerit. Dicit ergo de
prima ꝑte: pro ſuꝑfluis mēſtruis ꝯſtringēdis trociſci de chara/
be per hebdomadā vnā sunt dādi. Pro ītellectu huiꝰ ꝑtis ⁊ ſe/
quentium ē aduertēdū ꝙ lʒ ſuperfluitas menſtruoꝝ a diuerſis
cauſis ꝯtingere poſſit vt īfra videbiẜ loco ſuo ī tertio principali
de cauſis. tamē dn̄s Raſis hic vt ēt ī alijs faciēs caᵐ ponit cu/
ram ī cauſa vtplurimū ꝯtingēte: ⁊ qm̄ cā vt multū cōtingens ē
acuitas humoris ⁊ ſubtilitas illiꝰ: vnde fit mordicatiuꝰ ſanguis
⁊ penetratiuꝰ ⁊ tādeʒ dilatatiuus meatuū: iccirco ad hanc cām̄
reſpiciēs pricipalr ponit curā ꝑ ea que dicta ſūt in lr̄a attēden/
do ēt ad cām̄ ꝯñteʒ ad illaʒ cām̄ vt ad relaxatōeʒ ꝯtentiue virtu
tis venaꝝ ⁊ amplificatōeʒ orificioꝝ dictaꝝ venaꝝ que cāe cōi/
ter ad alias ꝯſequunẜ. Scd̄o nota ꝙ nō oīs fluxꝰ mēſtrualis
eſt ꝯſtrigēdus. Nā mēſtrua tꝑata ī q̄litate ⁊ q̄ꝫtitate ſua ⁊ in tē
pore ſuo currente ſm ꝯſuetudinē ſuā nālēʒ ſunt cā ſanitatis mu
lieris ⁊ mūdificatōis corporis eius ab oī nocumēto in quātitate
⁊ qualitate vt dicebat Aui. 21ᵃ tertij tractatu 3ᵒ in pricipio: imo
addit ꝙ ſup. talia mēſtrua tēperata faciunt ipſaʒ ſupple mulie/
reʒ acqrere caſtitatē ⁊ paucitatē deſiderij. Nā cū fit retētio eo/
ruʒ vel paucitas eoꝝ vt dixit īfra in codeʒ capᵒ: tūc multiplicaẜ
cuʒ ea repletio vaſoꝝ ſpermatis eiꝰ quare fit deſiderās ſup. vi/
rū nō caſta. Et ideo bn̄ nota ꝙ in talibꝰ expedit viros eē bene
attētos ne decipianẜ ab vxoribꝰ coꝝ: ſoluʒ igiẜ cū ſuꝑfluūt mē
ſtrua ſunt ꝯſtringēda vt īfra ēt latius videbiẜ. ideo Raſ hic di
xit de ſuꝑfluis tātuʒ mēſtruis ꝯſtringēdis ⁊c̄. Et tunc laudauit
trociſcos de charabe ꝑ hebdomodā vnā debere dari ſup. exhi
bēdo. ℥. j. cū aliquo liquido appropriato cū aqua plātaginis vel
burſe paſtoris in tali cā calida vel cuʒ ſirupo de mirthis vel ali/
quo huiuſmodi. Et Gerar. voluit ꝙ exhiberenẜ ī ſero dimiſſa
cena: qm̄ ſuꝑfluitas mēſtruoꝝ adducit ad debilitatē: etiā tenui/
tas nimie diete facit ad ſubtiliatōeʒ ⁊ acuitateʒ nimiā humoꝝ.
nō laudarē ego in talibꝰ exhiberi cibū tantuʒ ſemel in die: ſʒ for
te bis vel ter virtute debilitata exñte. Et iō hora ꝯueniētior ex/
hibēdi tales trociſcos eſt exhiberi ī mane ſm etiā cōeʒ doctrinā
practicātiū: ⁊ poſt quos tardeẜ cibus ꝑ tres horas ad minꝰ. Iu
uamēta hoꝝ troc. ſunt in caſu manifeſta. nā tales trociſci ſunt
īgroſſatiui ſanguis ⁊ remiſſiui acuitatis ⁊ punctōis eius ⁊ ꝯſtri/
ctiui meatuū ⁊ poroꝝ ⁊ īmobilitātes motū māe vt ſupra decla/
raui ī capᵒ de fluxu ſanguis emoroidalis ⁊ in capᵒ de mictu ſan
guis vbi Raſ poſuit deſcriptōeʒ eoꝝ. Addit ꝯñter ꝙ ſi nō ꝯtu
lerint ſup. ſufficiēter: ꝯfectio de ſcoria detur: cuiꝰ deſcriptio po
ſita eſt ēt in cura emoroidaꝝ fluentiū vt ibi declaraui: illa cōfe/
ctio valet ꝯfortādo virtutē retentiuā ⁊ ꝓhibēdo nimiā relaxa/
tionē meatuū: imo etiā ꝯſtringēdo que cōiter ꝯſequiẜ ad oēʒ flu
xuʒ diuturnū ⁊ ꝓſeruando a caſu in idropē de quo ſtat ꝓbabi/
lis ſuſpitio in omni ſuꝑfluo fluxu ſanguineo. Hic tū aduerte
ꝙ lʒ hec poſita ī littera plurimū faciāt ad ſiſtēduʒ dictū fluxuʒ
regulr: tū prius īcipere debemus vel ſaltem non tardare debe/
mus ad euacuanduʒ illuʒ humorē colericū reddentē illū ſanguinē
acutuʒ ⁊ mordicatiuū cuʒ appropriatis ſepe dictis vt cuʒ mira/
bolanis ⁊c̄. Et hanc intentōem ſupponit Raſ debere cōpleri a
medico etiā mediocriter docto. Addit ꝯñr: ⁊ fiat minutio ex ba
ſilica: que quomodo valeat dictū eſt ſupra ī ſimili de mictu ſan
guinis a cauſa calida. naʒ diuertēdo etiā īfrigidat totā maſſam
ſanguineā īfrigidat ēt epar: ⁊ ſic ꝓhibet gnātionē humoꝝ cali/
dorum: ⁊ hec dʒ eē diminuta ⁊ nō multe quātitatis pro viee: ſʒ
frequētare ē magis cōueniēs. Addit vētoſe quoqʒ ad mām̄illas
apponātur. rō eſt ſatis manifeſta: qꝛ cum mām̄ille habeant ma/
nifeſtam colligantiā cū matrice per venas manifeſtas per quas
ſanguis mēſtruus ſm partē cōuertiẜ ad mām̄illas vt lac genere
tur tēpore partꝰ vel poſt partū: iō per appoſitionē ventoſaꝝ ſic/
carum circa radices mām̄illaꝝ cōuertiẜ ſanguis mēſtruus ver/
ſus mām̄illas: ⁊ ita īmediate diuertiẜ a matrice ⁊ ſic a fluxu per
eam. Appoſitio ēt ventoſaꝝ in ſpatulis ē etiaʒ iuuās ī diuerten
do vel melius ī ꝓhibendo fluxū humoꝝ ad īferiora: ſed illa que
fit a mām̄illis ē appropriata diuerſio a matrice. Addit ꝯſequen/
ter ponēdo ordinē in dieta: ⁊ ī comeſtione ſtipticis vtatur cibis
ſup. ad frigidū declinātibus in tali cā vt ſunt cibi facti cū ſucco
ſumach ⁊ ſucco vue acerbe: ⁊ alijs cibis de quibꝰ dictū eſt ī flu/
xu emoroidali a tali cauſa vt ſunt viſcoſi fridi: vt ſunt pedes vi/
tullorum ⁊ cōgelata ⁊ ſimilia: de quibꝰ magis videbiẜ infra lo/
co ſuo. Nā per talia nutriētia ſtiptica vniūtur partes mēbrorū
⁊ vie coanguſtanẜ ꝑ quas cōſueuerūt fluere materie: ēt ſanguis
ingroſſaẜ ⁊ acuitas eius minuiẜ: ⁊ ita talis dieta ē in cauſa mul/
tum iuuās: ⁊ nō minus q̄ꝫ medicine. ⁊ ſic ſit expedita iſta prima
pars principalis. Cōſequēter d̄ ſcd̄a parte pricipali ponēs re/
media localia in caſu cōueniētia duo facit pricipaliter. Nā prio
ponit quedā domeſtica remedia ſatis leuia. 2ᵒ ponit vnum for/
te remediū qn̄ reliqua nō cōtulerint ſufficiēter. 2ᵃ ibi: Qd̄ ſi iſta
nō ſuffecerint. Prima pōt diuidi ī tres partes ſm ꝙ tria princi
paliter ponit puncta: qm̄ primo ordinat vnū medicamē ſuppo/
nendum ī vuluā in forma ſuppoſitorij ad hanc intētionē. 2ᵒ or/
dinat epithimata fiēda circa femur ⁊ dorſum. 3ᵒ ordinat ſeſſio/
nem ſiue balneuʒ. 2ᵃ ibi: Femur ⁊ dorſum. 3ᵃ ibi: Et ſedeat ī aq̄
de curcuma. Dicit ergo primo: Et hoc medicamē eger ſubij/
ciat. i. ſibi ſupponat egra medicamē ī vuluā: ⁊ ponit deſcriptio/
nem eius qd̄. ℞. olibani balauſtie gallaꝝ ātimonij acatie aū. par
tes equales ſup. ꝯterāẜ ⁊ puluis eoꝝ optime tritoꝝ ſup. mixtus
cū aliquo ſucco cōſtrictiuo vt cū ſucco plātaginis vel portulace
vel burſe paſtoris vel cū liquiditate ſtercoris aſinini expreſſi: ⁊ ē
optimū in caſu ⁊ cū pauca lana inuoluta ī dicta mixtura in for/
ma ſuppoſitorij ſm modos dictos ī capᵒ ſuperiore ligata cū filo
ſubijciaẜ. nā ī virtute hoꝝ vt cōſtat fiet cōſtrictio ⁊ īſpiſſatio po
rorum venaꝝ mēſtrualiū maxime terminataꝝ ad colluʒ matri/
cis: vt pʒ cōſideranti per īmediatā applicationē medicine ad di
ctas ꝑtes: ⁊ hoc ē de fortioribꝰ remedijs que fieri poſſent ī hoc
capᵒ cuʒ ſibi ſimilibꝰ de quibꝰ diceẜ infra loco ſuo: lʒ talibꝰ in/
genijs nō cōmuniter vtātur practici: ſʒ tantū ītēdūt cū extrin/
ſecus applicādis de quibꝰ paulo poſt: ⁊ ꝓinde tardiꝰ cōpleẜ ſa/
natio. ⁊ ſi vellemus fortiꝰ operari ad cōſtringenduʒ ēt poros ve
narum terminataꝝ ad cōcauitatē matricis poſſent imponi cli/
ſteria in matricē cū ſuccis vel decoctōibꝰ appropriatis ſecuʒ ēt
tenuiſſime ꝯtritis puluerībꝰ ad ītentōeʒ noſtrā faciētibꝰ de qui
bus latiꝰ īfra diceẜ. Cōſequēter dixit ꝙ femur. i. ꝑtes īferiores
ventris īferioris ⁊ dorſuʒ. i. ꝑtes dorſi īferiores verſus catiʒ ex
epithimatibꝰ ſup. fridis ſtipticātibꝰ que ī capᵒ de fluxu vētris
nominauimꝰ epithimeẜ. ſ. īfundendo pecias lineas duplicatas
vel ſtuppā in ſuccis fridis cuʒ modico aceti mixtis ſup. aſpergē
do ēt pulueres ꝯſtrictiuos ſupra ſtuppas prius īfuſis dictis ſtup
pis ī aquis vel decoctōibus ſtipticis appropriatis de quibꝰ ha/
bes copiā in capᵒ fluxꝰ diſenterici ⁊ de mictu ſanguis. Dicit
3ᵒ applicādo aliud ingeniū ad curā: ⁊ ſedeat in aqua de curcu/
ma. i. decoctōis eius ſup. accedēs ſit balneū vſqꝫ ad vmbilicū.
⁊ hoc magis valeret qn̄ cā curſus eſſet ſanguis aquoſus fridus
qm̄ curcuma ad calidum ⁊ ſiccū notabilr̄ declinat vt fuit ſupra
dictū. ſed in caſu iſto magis valeret ſi ſederet in decoctōe folio/
ruʒ mirthi ⁊ quercus ⁊ plātaginis ⁊ glādium ⁊ ſumach ⁊ ſimi/
liuʒ: ⁊ fiant ēt inunctōes cū appropriatis poſt exitū a balneo vel
empla appropriata ⁊ ponanẜ ſupra ꝑtes dictas. De 2ᵃ ꝑte pri
cipali huiꝰ partis ponit curā huius nocumēti cuʒ fortiori reme
dio qn̄ reliqua nō ꝯtulerint ⁊ eſt remediū cauſticuʒ ad īducēduʒ
eſcarā ſupra ora venaꝝ qd̄ fit ex vnguēto acuto facta inuolutōe
lane in eo ī forma ſuppoſitorij: ⁊ tunc ſupponaẜ vt peſariuʒ: ſed
hoc ē attrox ⁊ crudele quaſi remediū. Nā de illo vnguēto acu/
to dictū eſt ſatis ſupra ī capᵒ de emoroidibus ⁊ ragadijs ⁊ fiſtu/
lis ani: ⁊ ibi declaraui quō eēt vtendū mitioribꝰ remedijs: ⁊ ita
multo magis ī hoc cāu ēt vtendū lenioribꝰ remedijs ⁊ ad illū lo
cū recurras ꝓcedēdo ſicut ibidē dictū ē. Nā dixit textꝰ nr̄ ꝙ ſi
iſta ſup. dicta ſuperiꝰ ñ ſuffecerit vel al's ñ ꝯtulerīt: ex iſto peſa/
rio acuto. i. īnoluto ī medicaīe acuto fiat īmiſſio ⁊ mācat ī vulua
ſup. vſqꝫ ad ꝯpletā opatōeʒ cauſticatōis īducēde ītelligaẜ ſemꝑ
tollerāte nā īfirmi mitigādo dolorē aliquotiēs ſicut dcm̄ ē ī caᵒ
d̄ emoroidibꝰ. ⁊ ſic ſit finita expō lr̄alis huiꝰ capl'i ad laudē dei.

Quid nōis ⁊ quid rei menſtruoꝝ coꝝū
qꝫ ſuꝑfluitatis. Viſo iaʒ capᵒ textualiter de fluxibilitate mē/
ſtruorūʒ

ſtruoꝝ ↄ̄ſtringēda: reſtat ad ampliatōēʒ mātē videre per ordineʒ p̄mo de quid noīs ⁊ rei menſtruoꝝ ⁊ ſuꝑabundātie eoꝝ: ↄ̄ñter venieꝰ ad diſtinctōēs ⁊ ſpēs: deinde ⁊ 3° ad cās ipſoꝝ cū ſuꝑfluūt: ↄ̄ñter ad ſigna: ⁊ vltimo ad curā. Circa igit̄ primuʒ vt ītelligat̄ quid ſit ſuꝑfluitas mēſtruoꝝ: opʒ p̄mo ſcire qd noīs menſtrui vt ſciamꝰ que ſit ſuꝑfluitas eius. Dicit̄ aūt menſtruū cōiter a mulieribus flos mulieris ⁊ recte qdē. qm̄ ſicut arbores ſine flore ñ faciūt fructū: ſilr̄ ⁊ mulieres ſine mēſtruo ñ ↄ̄cipiūt: nō qdeʒ ꝙ neceſſe ſit ſenſibilr̄ manifeſtari menſtruū in muliere ante īpregnatōēʒ qm̄ hoc nō eſt neceſſe: ſed ſufficit ꝙ nō ſit generatio ſine preparatōe mulieris cuʒ tēpore apto ad manifeſtatōnē mēſtruoꝝ cum materia mēſtrui vel ſibi ſimilis de neceſſitate cōcurrat ad gn̄atiōnē fetus. ab aliquibꝰ ēt dicit̄ profluuiuʒ cū per ipm̄ mulier plerūqʒ a ſuꝑfluitatibꝰ expurget̄. dicit̄ etiaʒ ab aliquibꝰ eūatio menſualis in mulieribꝰ ſiue lunatica: quoniā aductus eiꝰ in mulieribꝰ lunā inſequit̄: qm̄ nāliter euenit in fine menſis lunaris ⁊ in declinatiōe luminis lune vt dicit Ariſto. 9° de hyſtorijs ⁊ quarto de gn̄atione aīalium mēſtrua manifeſtari ſm̄ nām circa deficiētes lunas: ⁊ ex hoc manifeſtari pōt ꝙ exitꝰ ſanguis ex matrice ſiue ex cōcauitate vel ex collo eiꝰ large appellatur mēſtruū: ſed tūc propriꝰ cū ſm̄ nām fiat de menſe ī mēſeʒ ſm̄ ordinē lunationū. Et ex cōſequēti ſcire poſſumus quid ꝑ ſuꝑfluitatē mēſtruoꝝ debemus ītelligere. nā ſcito ꝙ menſtruū quātum ad quid rei ē naturalis ⁊ cōſueta eūatio ſanguis ex matrice certis periodis eueniēs vt ſemel in menſe ſcimꝰ cōſequenter ꝙ ſi ſenſibiliter amplior quātitas ſanguinis emittat̄ q̄ʒ conſueuit emitti ī equali tempore vt in duobꝰ vel tribus diebꝰ vel q̄ʒ in toto ſpatio temporali cōmuniter purgationis mulieris: qđ vt in pluribꝰ ex quinqʒ vel ſex dieꝝ vſqʒ ad octo: vel ſi prolōgetur tēpus purgatōis ita vt pluribꝰ diebus duret mēſtruatio q̄ʒ cōſueuit anticipādo tēpus vel ꝓlongādo tēpus appellat̄ ſuperfluitas mēſtruatiōis vel ſuꝑfluitas mēſtrui. ſed dicebat Aui. ꝙ raro accidit vt alteret̄ ī tēpore ſuo: pōt ergo declarari ſuperfluitas mēſtrui per ſuꝑabūdantē ⁊ ſuperfluā ſanguinis eūationem a matrice reſpectu cōſueti ⁊ debiti tali mulieri ſm̄ aliquem dictorū modoꝝ ſuperiꝰ poſitorū. ⁊ hec de p̄mo p̄cipali ſufficiāt.

Diſtinctiōes. Ueniendo ad ſpēs ⁊ diſtinctōēs ſit hec prima diſtinctio ꝙ ſuperfluitas curſus mēſtruoꝝ dicebat Aui. quādoqʒ fit ſm̄ ſemitam qua nā expellit ſuperfluitates qđ quidē eſt laudabile. nā ⁊ ſi excedat quātitateʒ ↄ̄ſuetā eūari ꝓpter id tamē qđ reperit̄ aliquotiēs mā ampliꝰ p̄parata ad eūatiōnē quā ante cōſueuit ꝓpter varietatē ī regimine vel ꝓpter alias circūſtantias cōtingit tunc vt amplior euacuet nā de mā quā antea ſit cōſueta eūare: ⁊ ſic apparebit curſus ⁊ ſuperfluitas mēſtruoꝝ ⁊ tamen fiet a nā ⁊ erit laudabilis euacuatio: qm̄ per talē eūationē nō perducit̄ corpus ad ſuperfluam turpitudinē ⁊ curſum quo nō indiget̄ vt dicebat Aui. nā ſm̄ diuerſas circūſtantias ī corporibꝰ regulariter ēt fit eūatio inequalis quātitatis ſanguinis eūandi. naʒ maior debet̄ eūatio in muliere ī iuuētute q̄ʒ ī pueritia ⁊ pluſquā ī ſenibꝰ: ⁊ plus tēpore veris q̄ʒ ī tēpore hyemis: ⁊ plus degētibꝰ in ocio q̄ʒ ī vehementer exercitatis: ⁊ plus in ſanguineis q̄ʒ ī melācolicis: ⁊ plus ī colericis q̄ʒ in flegmaticis ⁊c̄. Facta ergo mutatōe in aliqua circūſtātiarum cōtinget eūari de ſanguine pluſquā ſit cōſuetū eūari: ⁊ tamē talis eūatio erit cōueniēter facta a nā: ⁊ ſi ſit ſuperflua reſpectu cōſuete. Et ex hoc īfert̄ corelarie ꝙ nō omnis ſuperfluitas mēſtrui ē cōſtringēda. ⁊ ꝓinde ſignāter Raſis fecit rubricā ī capº tex. noſtri de ſuperfluitate mēſtruoꝝ cōſtringenda: denotans aliquā ſuperfluitatē mēſtruoꝝ nō eē cōſtringēdaʒ vt ī eaſu dicto: aliqua igit̄ ē ſuperfluitas a nā ⁊ ſʒ ſemitā qua nā expellit ſuꝑfluitates vt dicebat̄: ⁊ q̄ñqʒ fit vt addebat Aui. ſm̄ ſemitā egritudinis: aut ꝓpter diſpōnem ī matrice: aut ꝓpter debilitatem ⁊c̄. vt videbit̄ ī cauſis. 2ª diſtinctio quedā eſt ſuperfluitas curſus mēſtrui recēs ⁊ đ recēti facta: ⁊ quedā cronica ⁊ ex multo tēpore iam cōtinuauit. Alia diſtinctio de recēti facta: quedam vocat̄ recenter facta ſuꝑfluitas ex parte quātitatis ſanguinee que expellit̄: quedā de recēti facta ſuꝑflua ex parte tēporis inuaſionis: q: fit redditꝰ periodi īuaſionis ad eūandū citius q̄ʒ cōſueuit: vt q: cōſueuerat ſuperuenire mēſtruū ſingulis tribus hebdomodis iā venit ſingulis duabꝰ hebdomodis quāuis hoc raro accidat: ⁊ aliquotiens accidit vt eueniat ſingula hebdomoda: tamē rariſſime ſi ēt ꝓlonget̄ eūatio ita vt ſi cōſueuit terminare ī quattuor diebꝰ iam ꝓcedit cōtinuādo ſex vel ſeptē diebꝰ ⁊ omnis talis vocat̄ ſuperfluitas. Alia diſtinctio cū tali euacuatiōe aliquotiēs coniungit̄ fortitudo virtutis ſalteʒ ī p̄cipio eūonis ⁊ aliquotiēs ↄ̄iūgit̄ debilitas. Alia diſtictio: talis ſuperfluitas fluxus mēſtrui aliquotiēs ſequit̄ ad retentā eūationem ſanguinis ↄ̄ſueti per alias regiōes eūari: ⁊ per nares vel ꝑ emoroidas: ⁊ aliquotiēs fit nō precedēte aliquali retentōe cōſuete eūationis: īmo aut nulla prefuit eūatio de ſanguine per alias regiones: aut ſi prefuit ad hunc preſiſtit ſimul cū eūatione menſtrui. Alia diſtinctio ī exitu talis mēſtrui: aut percipit̄ punctio ⁊ ardor ⁊ aliquotiēs nō. Jtē aliquotiēs fit exitus ſanguinis puri ⁊ laudabilis apparētis: ⁊ aliquotiēs ſanguis nigri ⁊ offuſci: ⁊ aliquotiēs ad albū declinātis vel ad citrinū. Jdē dico ex ꝑte ſubſtantie qđ aliquotiēs apparet ſanguis groſſus: aliquotiens ſubtilis ⁊ liquidus: ⁊ aliquotiēs mediocris ī ſubſtantia. Alia diſtinctio: aliquotiēs cū ſanguine liquido emittūt̄ trūbuloſitates coagulate: ⁊ aliquotiēs nō. Alia diſtinctio āpliando mām đ mēſtruis ad mēſtrua alba. i. ad fluxuʒ hūiditatū a matrice ñ rubearum: quedā mēſtrua ſunt rubea. i. ad rubeū declinātia: quedaʒ alba ad intellectū dictū. Ultima diſtinctio de menſtruis ſanguineis quodā ē menſtruū ſuperfluū proprie dictū vt qđ fit de ſanguine emanāte a venis que terminant̄ intra ad cōcauitatem matricis: ⁊ quodam fit de venis terminatis a collo matricis de quo dictū ē ſupra circa anothomiā qđ ſepe fit ī pregnātibꝰ talis ſanguis emanatio ⁊ ab aliquibꝰ vocat̄ ſanguis emoroidaꝝ a matrice. ⁊ hec de diſtinctionibus ſufficiant.

Cauſe. Ueniēdo ad tertiū principale de cauſis primo ſunt ponēde cauſe gn̄āles menſtrui ī mulieribꝰ ⁊ ꝓprie mulieribꝰ humanis: qm̄ ī alijs aīalibus preterquā in homīe nō ſic vtplurimū reperit̄ menſtruū vt voluit phūs 9° de hyſtorijs animaliū: ⁊ ēt alibi in diuerſis locis ī libris de gn̄atione animalium: qm̄ ſuꝑfluitas nutrimēti in alijs animalibꝰ tranſit ſepe in cornua vel plumas vel pilos: ⁊ ſepe ī vrinā que manifeſtat̄ groſſa ī multis animaliuʒ vnde in feminis hominū accidit mēſtruuʒ omni menſe magiſquā ī alijs animalibꝰ vt ibidē dicit Ariſtote.

Cā aūt gn̄ālis mēſtrui in mulieribꝰ clare ponit̄ ab eodē Ariſt. 16° de aīalibus capº 5° ſm̄ ↄ̄putatiōēʒ in libro meo: vbi loquēs quō ↄ̄ueniāt ſuꝑfluitates maris ⁊ femīe ad gn̄ationeʒ ⁊ de mēſtruis feminaꝝ dixit ꝙ oēs tales hn̄t mēbra recipiētia ſuꝑfluitateʒ qua īdigent ſicut ſanguis qui hʒ locū venas: ipſa ergo ſup. ſuꝑfluitas ſanguis vadit in eas. ſ. venas ſicut ī vaſa. Addit: ſuperfluitas ergo feminaꝝ eſt ex duabꝰ venis magnis. ſ. vena maiori ⁊ adorti: qm̄ iſte vene diuidunt̄ ⁊ ramificāt̄ ī multas venas ſubtiles ⁊ graciles q̄ perueniūt ad matrices. Cū ergo ↄ̄plent̄. i. replent̄ iſte vene ex cibo magis q̄ʒ debent. i. ex ſanguine ⁊ non pōt nā digerere ipm̄ ꝑꝑ frigus: ⁊ ſanguis nō pōt exire ꝑꝑ ſubtilitatē venaꝝ. i. ſtricturā poroꝝ venaꝝ nō pōt reſolui: tūc vadit ad matricē. i. in matricē vt dixit. Addidit: ⁊ cum matrix nō pōt retinere illuʒ ſanguinē ꝑꝑ multitudinē ⁊ ſtricturā loci vel ſup. grauitatē acquiſitā in virtute ꝓpter multitudinē accidit mulieribꝰ tunc fluxus ſanguis. Un̄ corelarie ↄ̄cludit: ⁊ ꝓpter hoc mēſtruū mulieris nō hʒ reuolutōem neqʒ tp̄s determinatū. ſ. p̄ciſuʒ. tn̄ addit: ⁊ mēſtruū ī maiori ꝑte venit ad diminutōēʒ lune: ⁊ hoc eſt rectū vt dixit: qm̄ corpora aīalium illis tēporibꝰ ſunt fridiora: qm̄ aer eſt fridior ī illo tp̄e: ⁊ tunc alterat̄ ſanguis ⁊ efficit̄ ex eo ſuꝑfluitas ⁊ erit mēſtruuʒ ſm̄ reuolutōēʒ ⁊ tp̄s qđ diximꝰ. ⁊ īfra ꝑ. xv. lineas poſuit iuuamēta illiꝰ. ſ. iſtius ſanguis ſuꝑflui ↄ̄ducti ad matricē. Jſtam aūt ſuꝑfluitatē nā nō adducit ad locū matricis niſi ꝓpter meliꝰ. ſ. mulieris q: ſup. mūdificat̄ ſuꝑfluitas a muliere: ⁊ ſic ꝓpter ↄ̄ſeruatōēʒ īdiuidui ⁊ ꝑꝑ generatōēʒ ⁊ ſic ad ↄ̄ſeruatōēʒ ſpeciei facit. Et ita pʒ ꝙ cā menſtrui ſumit̄ ex ſuꝑfluitate ſanguinea ⁊ ex debilitate digeſtiue virtutis ⁊ ꝙ ↄ̄uertit̄ ad matricē a nā ꝓpter fines dictos. Et eandem ſn̄iaʒ poſuit 18° de aīalibus ī diuerſis locis: nā ibi declarauit ꝙ ꝓpter debilitatē digeſtiue ad ↄ̄uertendū ſanguinē vt ſit ꝓportionata mā gn̄ationi plures gn̄ant̄ femelle ī feminis iuuenibꝰ q̄ʒ in ↄ̄ſiſtentibꝰ: ēt ſenes femine generāt plus feminas q̄ʒ ↄ̄ſiſtentes ꝓpter hāc rōnēʒ: qm̄ calor in iuuenibꝰ. i. adoleſcētibꝰ nō ē ↄ̄pletus ⁊ calor in ſenibus eſt diminutꝰ: qm̄ oēs iſte res vt dixit erūt ꝓpter diminutōēʒ virtutis nālis vn̄ ſanguis mēſtruus fit humidior. Et ibi ponit vnā ſn̄iaʒ ſupra allegatā addēdo quedā ſingula verba cuʒ dixit: Et ꝓpter hoc. i. ꝑꝑ debilitatē nāe erit menſtruū mulieꝝ nāliter in diminutōe lune magis. nā iſti dies ſunt fridiores alijs diebꝰ menſiū ꝓpter diminutōēʒ lune ⁊ paucitatē caloris vt dixit. Addit vnum verbū ſingulare dicēs: Sol vero facit eſtatē ⁊ hyemē oī anno: luna aūt facit hoc oī menſe ⁊ ideo ſup. debilitat̄. ſicut tp̄e hyemis aer eſt fridior recedēte lumine ſolis a nobis: ita in vlīa quadra mēſis lunaris q̄ ꝓportionat̄ hyemi ꝓpter defectū lumīs lune īfrigidant̄ corꝑa ⁊ ita ſup. debilitat̄ digeſtio ⁊ ↄ̄ñter multiplicat̄ mēſtruū. Et iſtā ſn̄iam ēt expſſe poſuit. A. de aīalibꝰ in tractatu de gn̄atione aīaliuʒ ī caº de ſpermate vbi dixit ꝙ q: mulieres nāliter ſunt debiliores maribꝰ ⁊ vene ſunt ſtrictiores ⁊ caro magis humida: ꝓpter hoc cōtingit in eis ſuꝑfluitas multa ⁊ nō digeſta. Et addit ī ꝓceſſu ꝙ cā ſpermatis eſt ↄ̄traria cāe mēſtrui: qm̄ mēſtruū gn̄atur qn̄ digeſtio abſcindit̄ a ↄ̄plemēto ⁊ ſperma gn̄ans generat̄ ꝑ ↄ̄plemētuʒ digōnis: ⁊ ꝙ talis ſuꝑfluitas mēſtrualis generat̄ p̄cipalr̄ a debilitate digeſtiue. Pōt ēt ſuaderi qm̄ mulieribꝰ calidioribus virginibꝰ ⁊ fortibꝰ ⁊ bn̄ digerētibꝰ aut nō fit mēſtruū ī eis aut fit modicū: que vero ſunt fride ↄ̄plexionis ⁊ debiles magis plus mēſtruant̄: qm̄ plus hn̄t de ſanguine īdigeſto ſicut ēt mulieres que ocioſe viuūt ⁊ multis ſe replēt cibis: ꝓpter īdigeſtioneʒ etiā multū abūdant mēſtruis niſi forte per accn̄s fierēt oppilatōēs ex humoribꝰ fridis vel viſcoſis vel ex multa piguedine: nā tunc minorant̄ mēſtrua caꝝ. Et ſimile eſt ēt in viris fride cōplexionis ⁊ melācolicis in quibꝰ per īdigeſtionē multiplicat̄ ſanguis groſſus qui a virtute dirigit̄ plerūqʒ periodice ad venas emoroidales vt expellat̄ ſicut ēt ſanguis mēſtrualis periodice a nā deriuat̄ ad matricē vel ad venas eius vt expellat̄ ꝓ iuuamēto īdiuidui vt dictū eſt: ⁊ forte ꝙ ī hoc ēt ↄ̄currit attractiua aliqualis ipſiꝰ matricis vt iſta ſuꝑfluitate voluptuet̄ ſicut dictū ē ſupra de veſica q̄ voluptuat̄ de vrina ⁊ kiſti fellis q̄ voluptuat̄ ex colera: ⁊ ↄ̄ñter attracta mā ad matricē vel ad venas eius tūc effluat dicta mā a matrice nō ſtante īpregnatōe maxīe in declinatiōe lune. Et ſi obijciat̄ ꝙ in plenilunio deberēt magis eūari dicte humiditates cuʒ tūc ſint magis augmētate ꝓpter īfluentiaʒ lune humectatiuā que vigorat̄ a lumine ad īprimēduʒ: dicat̄ ꝙ ſuppoſito ꝙ plures generent̄ humiditates ī corporibꝰ in primis diebꝰ lunatōis vſqʒ ad oppoſitōēʒ quā ī vltimis aggregādo bonas humiditates ⁊ ſuꝑfluitates ſimul tn̄ de ſuꝑfluitatibus ꝑ viaʒ īdigōnis genitis ceteris paribꝰ plus gn̄atur poſt plenilunium in duabꝰ vltimis quadris lunaribꝰ. Nā ꝓpter diminu

tōem lumis debilitanꝫ virtutes magis ⁊ ceteris paribꝰ: magis
ĩfrigidaꝫ aer vt est allegatū supra de mēte Arist. qꝛ igiꝫ ĩ tēpore
plenilunij pauciores sunt supfluitates expellēde. ⁊ qꝛ tūc āplior
caliditas est ĩ aere ꝯuertens mās ad exteriora: iccirco nō ꝓuenit
sic talis eūatio sicut deficiēte lumie in luna qn̄ ĩfrigidaꝫ aer: vn̄
⁊ augmētatis humiditatibꝰ ⁊ facta motiōe eaꝝ de circūferētia
ad centrū ꝓpter friditatez ꝯn̄ter fit eūatio taliuz materieꝝ ꝑ il/
las vias. Et ad hāc rōnez nō attēdentes aliqui modice ꝯsidera
tōis ⁊ qui forte sn̄ias phi nō viderūt dixerūt qꝫ femine iuuenes
aliqualr mēstruanꝫ ⁊ aliqualr ꝯsistentes ⁊c̄. Et alij dixerunt de
directo ꝯtra veritatē ⁊ experiētiā. s. qꝫ mēstrua eueniūt mulie/
ribꝰ in plenilunio: qꝺ falsū esse iaz ꝯstat ex declaratis. Et ex
his pꝫ cā gn̄alis mēstrui in mulieribꝰ ex qua artificiosus ĩtelle/
ctus pōt deducere ad cās supfluitatis mēstrui. Sꝫ iaz veniē
do magis specialiter ad cās supfluitatis mēstrui dicaꝫ genera/
liter qꝫ cāe aut sunt primitiue aut corporales. Et de corporalibꝰ
cāis siue fit supfluitas quo ad tēpus euentus eius anticipando
vel plus cōtinuādo siue quo ad quātitatē: aut cā se tenet ex ꝑte
virtutis aut ex parte mēstrui aut matricis: precipue aut ex par/
te materie vt ex ꝑte sanguinis qui eūatur. Et que fit ex ꝑte vir/
tutis vel fit ex parte virtutis domināts ⁊ regulātis eūationem
sicut fit aliquotiēs in crisibꝰ ⁊ maxime ĩ egritudinibꝰ: quaꝝ cā
ē exuberātia sanguinis. nam tunc aliquotiēs nā insurgit supra
multitudinē eius expellēdo multā quātitatē de sanguine supra
cā que cōsueuit expelli aut ēt forte anticipando tēpus eūationis
ꝯsuete vel pro maiori tēpore purgationē cōplendo: qui sanguis
⁊ si videaꝫ superfluꝰ tamē sepe ē laudabilis eūatio talis ⁊ sup. ta
lis non ē cōstringēda. ⁊ istā cām expressit Aui. in principio capi
tuli de supfluitate cursus mēstruoꝝ cū dixit: superfluitas ĩ hoc
quādoqꝫ fit sm̄ semitā qua nā expellit superfluitates: qꝺ quidē
ē laudabile vt dixit. Et aliquotiēs cā sumiꝫ ex parte debilitatis
virtutis precipue cōtētiue orificioꝝ venarum: vnde sanguis cū
ad extrema venaꝝ peruenit ꝓpter aliquā de causis scilꝫ dicen/
dis: ⁊ si nō multū abūdet tamē ex debilitate cōtentiue relaxatis
poris emittiꝫ sanguis ⁊ supfluit sm̄ alterū dictoꝝ modorum: ⁊
hec debilitas lꝫ sequi possit quasi oēꝫ malitiā ꝯplexionalē vt se/
pe tamē sequiꝫ superfluitatē humidā in ipsis venis ⁊ in orifici/
is earum: ⁊ ista cā multuz difficulter curaꝫ: imo sepe prolongaꝫ
talis fluxus ꝓpter difficultatē reductiōis eaꝝ venaꝝ ad siccita
tem vel tēperamentū: ⁊ sepe talis debilitas insequiꝫ relaxatōez
vel ruptionē pellicule cooperiētis ora extrema venaruꝫ. Et ali/
quotiens cā sumiꝫ ex parte fortitudinis expulsiue expellētis san
guinem supfluū: ⁊ hec cā tenet se ex parte virtutis ⁊ ex ꝑte ma/
terie vt ipsiꝰ sanguinis ꝓpter ipsius quātitatē. nam sanguis ali
quotiens abūdat ĩ quāto qꝛ epar ⁊ virtus cōuersiua chili ⁊ fleg
matis ĩ sanguinē ē multū potens generare sanguinē supra men
suram que necessaria ē debite nutricatōi membroꝝ: ⁊ tūc abun
dans ille sanguis in venis supra necessitatē ⁊ cōuenientiā natu/
re insurgit ipsa nā vt res diuina ad cōuertēdum supfluitatez il/
lam sanguineā ad venas matricis: ⁊ ita expellit plurimā sangui
nis quātitatē stāte expulsiua forti vt dictū ē: ⁊ aliquotiēs expel
litur ēt sanguis in quāto peccās nō quidē: qꝛ superfluat a debi
ta quātitate que cōuenit nutricatōi mēbroꝝ: sꝫ qꝛ mēbra extre/
ma ꝓpter debilē cōuersiuā eoꝝ nō cōuertūt debitā quātitatez
sanguinis ĩ ea: ⁊ ita paulatine superexcrescit quātitas sanguis
ĩ venis: lꝫ ab epate non fuerit gn̄ata amplior quātitas qꝫ cōue/
niebat: ⁊ tūc grauaꝫ virtus ab aggregatōe supflua sanguis ĩ ve
nis: ⁊ ita partim suo pōdere moueꝫ deorsum ꝑtim a virtute ex/
pulsiua forti dirigiꝫ ad venas matricis ⁊ tādem expelliꝫ supflui
tas eius. ⁊ istos casus ĩsinuauit Aui. ĩ littera in caꝰ ꝓprio ĩ tex.
satis difficili cū dixit facta a cā sanguinis aut ē ꝓpter dominiū
⁊ multitudinē eiꝰ cū virtute scilꝫ repletōis eius: ⁊ sup. ēt cū vir/
tute forti expellēte ⁊ ē primꝰ casus: aut sup. ēt cū virtute expel/
lente nō superfluitatē absolutā: iō illa eēt cōueniēs si mēbra de/
bite cōuerterēt vt dixi ⁊ est secūdus casus: iō addit nō cū virtu
te nature ⁊ rectificatōe eius. i. ꝓpter nō posse rectificari ⁊ ꝯuer/
ti mām ĩ membra fit aggregatio dicti sanguinis. Et aliqn̄ causa
sumitur ex ꝑte fortitudinis attractiue ipsiꝰ matricis que attra/
ctiua fortificata ꝓpter aliquas cās calefaciētes vt infra videbi/
tur ĩ causis primitiuis: ⁊ tunc attracto plurimo sanguine ad eā
fit ēt superflui mēstrui eūatio. Et hic ē notandū qꝫ qūocūqꝫ cō/
uertatur plurima quātitas sanguis ad matricē siue ēt fiat a vir
tute dirigēte superfluitatē sanguineaꝫ vt in crisibꝰ vel aliter vt
dictum ē quelibet talis eūatio ē aliquo mō non nālis ꝓ quanto
orificia venaꝝ per que fluit mā cuꝫ aperiūtur fit aliquo modo a
cā preternām. s. ab extensiōe eoꝝ ⁊ venaꝝ facta ꝓpter multitu/
dinem respectu eaꝝ si nō eēt peccatū ĩ quali. Et ita cōtinuando
in cāis que sumunꝫ ex parte materie vt ex ꝑte sanguinis: nā ali
quādo sumiꝫ cā huius ex peccato sanguinis in quali: vt si san/
guis fuerit acutus nimis pūgitiuus vnde territa virtute vena/
rum relaxaꝫ ꝯtentiua ⁊c̄. Aut cā sumiꝫ ex parte substātie vt liq/
ditatis ⁊ subtilitatis eiꝰ vnde resudat sanguis per poros venaꝝ
⁊c̄. ⁊ vt plerūqꝫ cōiungiꝫ cū eius subtilitate caliditas ⁊ acuitas:
⁊ tunc resudat mā ⁊ aliqn̄ relaxāꝫ orificia venaꝝ: ⁊ ex hoc decla
ratur qꝫ in pricipio fluxuū menstrualiū prius manifestaꝫ eūatio
sanguis subtilis ⁊ clari ꝓpter id qꝺ resudat primū mā subtilis:
postea descendit mā grossior dilatatis poris ⁊ orificijs venarū:
tandē in ꝓcessu facta eūatione de maiori ꝑte materie cū incipi/
unt cōstringi orificia venaꝝ educiꝫ sanguis ad subtilitatē ⁊ pau
citatē. ⁊ hoc expressit Aui. in tex. cū dixit: qꝫ oīs fluxus sanguīs
loquēs de sanguine mēstruali incipit paulatim subtilis: deinde
incipit ꝓculdubio peruenire ad grossitudinem: deinde descen/
dit ⁊ peruenit ad subtilitatē ⁊ paucitatē ⁊ aquositatē. postea ad/
dit vniuersalizādo ⁊ hec ē dispositio ĩ omni fluxu sanguinis ob
quācūqꝫ causam fit: qꝛ in principio orificia sunt stricta ⁊ in fine
ēt cōstringūtur ⁊ adunanꝫ ꝓpter stipticitatē. ꝺ causis ēt ex par
te materie sepe poniꝫ vētositas in venis inclusa: vnde suo ĩcessu
⁊ impulsione ad orificia venaꝝ dilatātur dicta orificia ⁊c̄. Iā
ponēde sunt cause ex ꝑte membri vt matricis vel partium eius
iter quas prima ⁊ pricipalis ē ruptio venaꝝ vel cotilidonū vio/
lenter facta in pregnāte vt post partū laboriosuꝫ ⁊ precipue cuꝫ
obstetrix male operaꝫ ĩ coadiunādo ꝑtum: vnde aliquotiēs in/
discrete attrahūt cum fetu secūdinā non adhuc separatā a ma/
trice neqꝫ exiccatis cotilidonibꝰ ꝯueniēter: vn̄ ⁊ per violentiam
rumpunꝫ ⁊ separātur ab orificijs venarū matricis ꝓpter qꝺ fit
maxima sanguinis effusio: ⁊ hoc ē accidēs sepe ꝯtingens ꝓpter
qꝺ vidi mulieres parturiētes sepe male termiare. Et aliquotiēs
causa sumiꝫ ex scissione venaꝝ matricis vel ruptura eaꝝ cōtin/
gentibus ex casu vel percussione vel calcitratiōe ad partes ma/
tricis. Et aliquotiēs cā sūt vlcera corrosiua ĩ matrice que addu/
cunt ad corrosionē venaꝝ eiꝰ: ⁊ aliquotiēs ragadie sūt cā huiꝰ.
Nimia ēt apertio orificioꝝ venaruꝫ siue fiat cū fricatōe vt ex ꝯcu
bitu frequēti ⁊ laborioso siue ex medicis exhibitis desup multū
apitiuis ⁊ ꝓuocatiuis: siue cū pessarijs acutis suppositis vt fieri
solet ad facilitāduꝫ ꝑtū ⁊ maxie ĩnālez. oēs tales cāe pn̄t eē suffi
cientes ad supfluitatē mēstruoꝝ. De cāis aūt primitiuis sunt
oēs cāe ꝯuertentes sanguinē in deorsuꝫ versus matricē ⁊ sic fri
catio fortis extremitatū inferioꝝ ⁊ multa vētosatio in eis ⁊ ma/
xime circa saphenas ⁊ ꝓprie flōmia facta in eis ⁊ in vena sub ge
nu: oēs tales ꝯuertēdo ad matricez sunt cause talis supfluitatis
mēstrui ⁊ ita balneū caliduꝫ aperitiuū sedēdo in eo: ⁊ ꝓprie ista
adducūt ad fluxū superfluū qn̄ ꝓcesserit restrictio fluxus ꝯsueti
sanguinei: vt verbigrā fluxus nariuꝫ vel emoroidaꝝ. Quecūqꝫ
ēt cāe subtiliāt sanguinē ⁊ reddūt euꝫ multū acutū de primiti/
uis sunt faciētes ad fluxū mēstruoꝝ vt est aer calidus ⁊ siccus:
exercitiū laboriosuꝫ corporeū ⁊ aīale: ⁊ ita cibi acuti ⁊ pungitiui
aromatizati cū speciebꝰ acutis vel mixti cū acruminibꝰ vt cum
cepe porris alleis ⁊ sinapi vel similibꝰ: ⁊ vina alba potētia ⁊ que
cūqꝫ soluūt ꝯtinuū in matrice vt vulneratio siue plaga inducta
ex ꝑcussione vel offensiōe ⁊c̄. ⁊ virga magna faciēs deflorato̅ez
in virgine ⁊ coitus ĩmoderatꝰ ⁊c̄. Iste oēs cāe ⁊ similes pn̄t esse
cāe supfluitatis mēstrui sanguīs. Sed ad amplitudinē māe ē
ꝯmemorāduꝫ vnuꝫ accūs sepe ꝯtingēs in mulieribꝰ ĩterdū ⁊ est
fluxus humiditatū albaꝝ ex matrice: que māe aliquotiēs sūt pu
tride fetentes ⁊ aliquotiēs nō putride sed viscose clare tn̄ nō fe/
tentes: vtplurimū tn̄ redduntꝫ putride cum nō a virtute debite
regulenꝫ. ꝓpterea. A. faciens capm spāle de tali fluxu qꝺ ĩtitu/
lauit de cursu matricis dixit: Qn̄qꝫ accidit mulieribꝰ vt currāt
ex matricibꝰ eaꝝ humiditates putride sup. absqꝫ sanguīe gros/
so aquoso ⁊ flegmatico sed albe lꝫ vt dictū sit: ēt aliquotiēs flu/
ant humiditates flegmatice albe nō putride: ĩmo aliquotiēs ab
eis emittiꝫ iteꝝ sperma vt dicebat. A. frequēter ĩ mulieribꝰ ma
xime viraginosis hn̄tibꝰ testiculos calidos ⁊ sepe pruritū matri/
cis: ⁊ distinguiꝫ intra hanc mām albā putridā vel nō putridam
ex vna parte ⁊ māꝫ spermaticā ex alia: qꝛ cū fit exitus māe sper/
matice sepe ꝯcomitaꝫ desideriū ⁊ appetitꝰ ad coitum lꝫ aliquo/
tiēs: sꝫ raro ꝓpter debilitatez membroꝝ spermaticoꝝ ⁊ relaxa/
tōez eoꝝ in ꝯtinēdo ꝓpter supfluā humiditatē descendit sper/
ma etiā sine desiderio coitꝰ: sed tūc discerniꝫ ab alijs humidita/
tibꝰ qm̄ substātia videꝫ magis medioeris saltem vtplurimū qꝫ
alie māe: q̄ vel peccant liqditate ⁊ subtilitate substātie vel gros/
sitie ⁊ mucilaginositate. Alia ēt distictio sumiꝫ ex ꝑte coloris
qm̄ ille māe nō sunt splēdide sicut est mā spermatica nec tātum
abūdat sicut dicte māe: ĩmo magis periodice fluit vbi reliq̄ māe
quasi ꝯtinuo fluunt. nā ĩ eis os vulue quasi ꝯtinue humidū re/
periꝫ etiā ⁊ est forte signū. Nā ad cursuꝫ spermaticū in modico
tꝑe sequiꝫ ĩ toto debilitas manifesta vn̄ debilitanꝫ virtutes nā/
les ⁊ aīales ꝓcipue motiue: q̄ debilitas nō sic sequiꝫ ad expulsio/
nē aliaꝝ superfluitatū: ĩmo sepe ad eas sequiꝫ alleuiatio ⁊ fortifi
catio: ⁊ lꝫ dictuꝫ sit qꝫ dicte māe sunt quasi cōtinue fluentes in
quibusdā tn̄ mulieribꝰ vt dictū est: dicte māe q̄ dicunꝫ alba mē
strua ēt periodice emittūtur: qꝛ in eis manifestanꝫ an̄ aduentuꝫ
mēstruoꝝ rubeoꝝ: qm̄ aggrauata nā matricis ex vtraqꝫ supflui
tate aggregatis illis materiebꝰ albis ĩ cōcauitate matricis ⁊ mē
struis rubeis cōtentis ĩtra venas matricis incipit prius natura
se exonerare de mā cōtenta in ꝯcauitate: ⁊ tūc apparēt mēstrua
alba: ⁊ tunc ꝯn̄ter aperiūtur pori venaꝝ menstrualiū ⁊ succedūt
mēstrua rubea. ⁊ qꝛ dictū ē de mēte Aui. qꝫ de dictis materie/
bus quedaꝫ sunt putride: ĩmo vt plerūqꝫ sunt tales ⁊ videnꝫ in
substātia ⁊ in colore similes saniei: plurime tamē ex eis nō resol/
uuntur ab vlceribꝰ matricis cū vt multū nō cōiungaꝫ cū eis do
lor neqꝫ febris: sꝫ frequētius fiunt tales materie ex materiebus
corruptis alteratis a virtute mēbroꝝ ad albū cōcurrente etiam
caliditate preter nām ĩ mā cōuertēte ad nām saniei: nō repugna
ret tamē qꝫ ab vlceribꝰ ĩ membris supra matricē ꝯuerteretꝫ sani
es ad matricē: sicut ēt mā pleuresis aliquo iēs ꝯuertiꝫ per vias
vrine: ⁊ lꝫ vt dictū ē tales materie albe. cuꝫ educūtur periodice
vt frequētius antecedāt ad mēstrua rubea: possunt tamē ēt cuꝫ
mēstruis rubeis cōiungi etiā per tēpus cōseruari post mūdifica
tionem mēstruoꝝ rubeoꝝ: vt pꝫ cōsiderāti. Cause aūt horuꝫ
mēstruoꝝ alboꝝ plerūqꝫ sunt repletio superfluitatū multiplica/
tarum ĩ toto per viā indigēois maxime in mulieribꝰ flegmaticis
⁊ nā frigidis ⁊ vtentibꝰ dieta frigida ⁊ repletōe ciboꝝ frigidorū
⁊ humidorū ⁊ reliquis similibꝰ sepe dictis vnde a nā cōuertunꝫ
ille

ille sup̄fluitates ad ipām matricē: p̄cipue epate notabiliter humido existēte simul cū cerebro ī quibꝰ materiebꝰ si cōiungatur accidētalis caliditas reddunt putride: ⁊ quādoqꝫ nō stant putride sed aliquotiēs viscose aliquotiēs liquide ſꝫ diuersitatē materierum ⁊ ciboꝝ ⁊ agētis: multe ēt dictaꝝ materieꝝ per indigōnez ⁊ impotētiam resolutiue matricis aggregant̄ ī matrice ⁊ tandez periodice expellunt̄: ⁊ aliquotiēs sicut generant̄ ita expellūtur. Cause aūt imediate corporales ⁊ ꝯplexionales ⁊ materiales sunt note satis ex his que dicta sunt de lubricitate stomaci ⁊ itestinorū: ad illum locū recurrat̄. ⁊ hec de causis menstruoꝝ rubeorum ⁊ alboꝝ sufficienter sint dicta.

Signa. Ueniēdo ad quartuz principale de signis primum ꝓnosticis menstruoꝝ rubeoꝝ sit hoc primū signū gnāle: quādocūqꝫ antecedunt cause primitiue plures vel alique eaꝝ que dicta sunt ad inducēduz superfluitatē menstruoꝝ ī his expectare opꝫ fluxū menstruoꝝ sup̄fluū: p̄cipue ī deflorationibus virgineis: ꝯplete tamē etatis a viro nō sibi cōueniēter ꝓportionato: ſꝫ habēte istrumētuz quasi asininū vt dictū ē ī causis ⁊c. 2ª cōclusio magis spālis si cōtingat mulierē īpregnari q̄ sit tenere etatis vt. xiiij. vel. xv. ānoꝝ abūdante materia sanguifica ⁊ alia materia gnātionis ad embrionē magnuz gnāndū: expectare opꝫ superfluitatē mēstrui in ea. cōclusio pꝫ qm̄ ꝓbabiliter matrice parua existēte ante tēpus debitū pariēdi ꝓducetur fetus ad magnitudinē vltra eā que ꝯuenit extensiōi debite matricis iuuencule: ⁊ ita fiet necessariꝰ exitus embrionis ante tēpꝰ debitum nālis partus: ⁊ ꝯsequēter ruptio ligamentoꝝ ⁊ cotilidonum violēta ipis imaturis existētibꝰ: ⁊ ex hac cā sepe repertū ē mulieres male terminari ex exuberātia fluxꝰ. ⁊ de hoc expresse dicit Serap. satis ad principiū capituli de ruptōe sanguinis ex matrice vbi numerās cās dicit: ⁊ multotiēs accidit ꝓꝑ aborsum donec ex ea patiēs ipām appropinquat ꝑditioni. Et fit etiā quādo parit mulier fluxū post ꝑtū cōpletū. Alia ꝯclusio: ī muliere colerica debite mēstruāte si superueniat febris acuta ꝑ aliquos multos dies durans vel si ēt febre nō superueniēte acuta vtatur cibis calidioribꝰ ⁊ sicciorībꝰ maxime si cibi fuerint ꝓuocatiui ī tali expectare opꝫ fluxuz mēstruoꝝ sup̄fluū. cōclusio satis clara ē. nā ī muliere gnābunt̄ humores magis acuti vel sanguis acutꝰ mordicatiuꝰ: vnde fiet apertio poroꝝ orificioꝝ venarum violēta cū difficultate cōstrictōis eoꝝ: ⁊ ex inde sequit̄ cōclusio. Alia cōclusio ⁊ vltīa quātum ad hoc in muliere habente apā in matrice calidū cū nō resoluit̄ sed ad saniē cōuertit̄: ī tali expectare opꝫ sup̄fluū fluxū sanguinis ꝓbabiliter. pꝫ conclusio qm̄ ī ea fiet vlcus ī matrice ⁊ p̄ntia saniei fiet corrosio simpliciter de venis matricis ⁊ tādē emanatio sanguīs superflua per eas. Possez multiplicare hic ꝓnostica euētus sicut dictū ē ī capº de mictu sauguinis: ſꝫ ista sufficiāt si prius ponātur q̄dā ꝓnostica de ꝓximo ex parte vrine posita a rosario anglicano. Dixit si vrina nigra apparuerit in colore spissa in substātia multa ī quātitate cū sedimine nigro residēte ī fundo solutionē menstruorum significat. pꝫ cōclusio q: declarat̄ aliquas resolutōes fieri de sanguine grosso retēto que per collū matricis veniētes miscent̄ cum vrina ⁊c. ponit aliud ēt ex parte vrine qꝺ ē ēt quasi demōstratiuū ī principio fluxus cū vrina est tincta ꝓpter guttas sanguinis mixtas cū ea vt videant̄ quasi cōtenta rubea in ea: tunc iam incipit mēstruari pꝫ. Ueniēdo ad ꝓnostica ad bonum sit hoc primū ⁊ ē Hypo. 5ª particula affo. cū dixit: mulieri sanguinē vomēti mēstruis rūpentibꝰ solutio fit: ⁊ ampliat̄ vt dicit Cōmētator de omni sanguie ad superiora moto p̄ternaturā. nā si ad superiora moueat̄ postea vero veniat ad iferius: necesse est vt superior motꝰ soluat̄ vt dixit. Alia cōclusio ad bonum in sup̄fluēte sanguine emoroidali ꝓpter cessationē mēstrui ī muliere virtute cōstante sup̄ueniat fluxus mēstrualis est significatio ad bonū. pꝫ cōclusio: nā declarat̄ virtutē cōueniēter regulare naturā ad eūationē ⁊ q̄ cessabit fluxus emoroidalis ī eadem. Alia cōclusio ēt ad bonuz in muliere carnosa multi sanguinis cū incipiūt apparere mēstrua sibi superflua respectu cōsuetorum mēstruoꝝ ⁊ nō sequat̄ nocumentū ex tali eūatōe: imo alleuiatio in virtute ē significatio ad bonuz. nā denotat̄ q̄ talis eūatio fit ſm semitā nature regulariter ōꝑantis vel expellentis sup̄fluitates. ⁊ ista ꝯclusio ampliat̄ ēt ad sup̄fluitatē menstruoꝝ alboꝝ si succedāt in muliere flegmatica vtēte ocio quādo sequitur in ea alleuiatio ⁊ agilitas in motibꝰ ⁊ bonitas in appetitu ⁊ digestiua ⁊ similibꝰ. pꝫ cōclusio. ⁊ istā ꝯclusionē expressit Aui. ī principio capituli signoꝝ de superfluitate menstruoꝝ cū dixit: Eius quidē que ē ſm semitā expulsionis naturalis signum ē q̄ nō sequit̄ ea nocumentū: imo perducit ad iuuamētuz eius: ⁊ nō aduenit ei lesio neqꝫ alteratio virtutis. Addit: ⁊ plurimū quidē accidit hoc in pinguibꝰ. i. carnosis sup. abūdantibꝰ multo sanguine ⁊ nō ī vere pīguibus: cognoscit̄ aūt sup̄fluitas ⁊ repletio sanguie a ꝑ ea q̄ dicta sūt 2ª primi caº ꝺ signis repletōis ex exuberātia venaꝝ ⁊ colore rubeo faciei ⁊c. ꝺ latitudīe ⁊ reliq̄s silibꝰ.

Alia ꝯclusio ꝓnostica ad bonū: si cum ꝯsueta eūone sanguis mēstrualis cōiungat̄ capitis dolor aut vertigo siue tremor cordis succedēte eūone periodica de sanguine sup̄fluo respectu cōsuete eūonis ⁊ succedat remissio doloris capitis ⁊ minuat̄ vertigo vel auferat̄ ⁊ similr tremor cordis est significatio ad bonum. pꝫ ꝯclusio cū ꝑ huius fluxū remittant̄ accn̄tia dicta: vn̄ talis fluxus ⁊ si sup̄fluat a ꝯsueto est tn̄ cuz his circūstātijs ꝯueniēs: qm̄ per euz diuertit̄ euaporatio que fiebat ad sup̄iora. Ultīa conclusio ad bonū: in muliere patiēte febrez sanguineā cū putredine vel sine si succedat sup̄fluitas fluxus sanguīs mēstrui marie in die cretica ⁊ nō ꝑducat ad maximā debilitatē est signū ad bonuz. pꝫ ꝯclusio qm̄ denotat̄ per ipm salutē futurā huius febris facta eūone de mā dicte febris. Et de his duabꝰ ꝯclusionibꝰ marie verificat̄ illud dictū Gal. 6º interioꝝ cum dixit: ꝯtingit fluxus sanguīs mēstrui vulua nihil īfirmitatis hn̄te: q: nā totuz corpꝰ per vuluā sicut ꝑ renes mūdificat ⁊c. Jam veniēdo ad signa ad maluz sit hoc primū ⁊ est gn̄ale dn̄i Hyp. 5ª affo. affo. 58º cuz dixit: Mēstruis pluribꝰ euenientibꝰ accidūt egritudīes sup. ꝯsumptiue cū est sup̄fluitas ī eis vt macies ptisis debilitas epatis vel spasmꝰ inanitōis. Et de his dicit Gal. 6º de iterioribus sequit̄ hunc fluxū malitia coloris desiccatio extremitatū ⁊ totiꝰ corporis: modica digestio: tumor peduz: desideriū deficit. i. appetitꝰ. Alia ꝯclusio: oīa mēstrua succedētia in muliere p̄gnāte marie cuz abūdant ⁊ fiāt de venis matricis ⁊ nō colli tm̄ sunt ad malū. Nā de hoc dicebat Hyp. loco allegato: mulieri in vtero hn̄ti. i. p̄gnāti si purgatōes exeūt. i. mēstrua impossibile est fetū esse sanū: dico signāter si sup̄fluant. Nā vt dicebat Gal. in ꝯmento: si eniz ꝑua vel rara eueniūt ⁊ semel ⁊ bis nō necesse ē īfirmari fetuz. Naz tūc vt dixit mēstrua sunt defluentia ꝑ venas q̄ in collo sūt matricis: qꝺ nō est multū ad nocenduz cuz secūdina oribꝰ venaꝝ īferioris ꝯcauitatis vulue sit suspēsa ⁊c. Alia ꝯclusio ēt Hypo. ī loco allegato: in fluxu muliebri spasmi ⁊ animi defectio. i. sincopis si sup̄uenit malū est: qm̄ vt dicit Cōmētator hoc fit nutrimēto cordis deficiēte: ⁊ spasmꝰ succedēs est spasmꝰ inanitōis. Alia ꝯclusio ⁊ est ēt Hyp. loco allegato: cuz ap̄ꝑent mēstrua sine debito colore imo. s. vel liuida vel nimis ignei coloris vel offusci: ēt q: fuerūt nō ſm se ī debita substātia facta q: grossa nimis vel viscosa vel liq̄da nimis vel nō in debito tp̄e: tūc est significatio ad malū. pꝫ ꝯclusio: nā talibꝰ ap̄ꝑentibꝰ est idigētia purgatōis vt ibidē dicit Hyp. qm̄ denotat̄ ibi cē malos humores quoꝝ p̄ntia alterat̄ mēstruū de quibꝰ dicebat Gal. in ꝯmento: cū in corporibꝰ mulieꝝ mali dominant̄ humores: nō soluz mutatiōes coloꝝ in mēstruis ſꝫ etiā īterpolati tēporis corruptōes faciūt: vn̄ si humores plusq̄ꝫ oportuerit sint grossiores ī cursu suo reddunt̄ duriores ⁊ tardiores ecōtra ꝯtrarie. ⁊ ista sufficiāt de ꝓnosticis. Ueniēdo ꝯn̄ter ad signa demōstratiua: primo signa gn̄is sup̄flui fluxus ⁊ quātum ad quātitatē respectu ꝯsueti ⁊ quātuz ad anticipatōez ꝑiodi vel quātuz ad ꝯtinuatōez purgatōis p̄nt manifestari relatōe mulieris patiētis. Sed signa sup̄flui fluxus nō tm̄ absolute ſꝫ ꝯstringendi q: superēt eūonez debitā in tali corpore: primo stat vnuz cōe signū de debilitate virtutis. Nā de eo dicit Gal. ī 5ª affo. in ꝯmento affo. paulo ante allegati ī fluxu muliebri defectio vero virtutis oī inanitōi sup. sup̄flue est vniuersalis. Stant ēt signa posita supra de mēte Gal. 6º īterioꝝ de corruptōe coloris ⁊ tumore pedū ⁊ defectu digōnis totiꝰ corporis ⁊ defectu appetitus: ꝯsequunt̄ ēt cōiter ⁊ dolor pectinis ⁊ anchaꝝ ⁊ grauedo crurīū ⁊ coxaꝝ ⁊c. Signa vero specieꝝ sup̄flui fluxus: p̄o si sit ex ꝑte cāꝝ primitiuaꝝ ille fient note ex iudicio patiētis si medicus diligēs īquisitor velit esse vt dicit Gordoniꝰ. Et si fuerit ꝓꝑ cās intrīsecas vt si sit ex ꝑte virtutis vt a fortitudine eiꝰ vel ex alijs cāis habent̄ satis supra ī tractatu fluxuuz de fluxu sanguineo: ēt in de sputo sanguīs ⁊ ēt capº de mictu sangnīs vnde breuiter hic quedā ꝯmemorabo. Cū igit̄ sequit̄ fortitudinē virtutis aggregata mā in toto p̄cesserūt signa repletōis de aggrauatōe totiꝰ corporis ⁊ de debilitate appetitꝰ: ⁊ vtplurimū fit in sanguineis: ⁊ fit inde alleuiatio ī corpore ⁊ minorant̄ nocumēta dicta. qꝺ si fuerit debilitas fluxus cā huiꝰ in virtute siue digestiua siue retētiua: stabūt ēt signa debilitatū maxime epatis de malitia coloris: ⁊ plurimū talis fluxus fuerit cronicꝰ male substātie aquosus ēt mali coloris nō clarus rubeus. Et si fuerit ꝓꝑ putrefactōez ī ipso sanguie vn̄ a nā reijcit̄ cognoscit̄ q: sanguis fluēs est corruptꝰ mali coloris fetidus ⁊ vtplurimū fit exitꝰ eius cū punctōe dolore. Et ita ꝯtinuādo de signis ex ꝑte māe dicebat. A. in facta vero ꝓꝑ subtilitatē sanguīs cuz mā aquosa ⁊ humiditate ⁊ sanguis aquosus nō calidus ⁊ addit: ⁊ nocent̄ cū stipticis qꝺ dictū est: dꝫ ītelligi de stipticis multa stipticitate ꝯiūcta friditate ītēsa: qm̄ lꝫ per stipticitatē videant̄ ꝯferre: tn̄ q: intense frida nocēt cāe plerūqꝫ adducēti ad sanguinē aquosuz vt dn̄o friditatis ⁊ ita reddit medicos cautos ī casu decō ad n̄ exhibēdū medicias ꝯstrictiuas cōiter oblatas a medicis q̄ sūt notabilr fride vt sūt trocisci de charabe de terra sigillata ⁊ silēs. Et si cā ē acuitas sanguīs cognoscit̄ ꝑ colorē suū vt dicebat Aui. ⁊ acuitatē ipsiꝰ. i. mordicatōez ⁊ velocitatē sui exitꝰ: q: nō fit exitꝰ eius tardus ⁊ rarꝰ: imo frequēs: q: nō stat mulier nisi pauco tēpore cū abscisiōe egressiōis eius. In colore aūt declarat̄ rubeꝰ clarus cum quadā declinatōe ad citrinitatē ⁊ sua acuitate ⁊ pūctione stimulando expulsiuaz fit cōtinuus vel quasi exitus eius sine ītromissiōe ⁊ cōiungit̄ plerūqꝫ caliditas ⁊ sitis ī tali dispositione. Colorē aūt declarāt medici accepto pāno lineo ⁊ ītincto ī dicto sanguie: deinde exiccato in vmbra: tūc in casu color erit citrinus: qm̄ colera ē in cā. ⁊ de hoc expresse dicit Rasis 9º cōtinentis de mēte Pauli ī humiditatibꝰ que exeūt color erit cōdominās ſꝫ humoris cōdominātis colorē: ⁊ si sanguis fuerit cōdominans erit coloris aque carnīū. i. loture carnīū nouiter decolatarū ⁊c. Et ibi ponit illū modū ad declarādū de colore illarum humiditatū ex pāno intincto ⁊c. vt dictū ē. ⁊ si ad albū declinaret declarat̄ de sanguine flegmatico vt supra dictū est in capº de icteritia. ⁊ si apparet liuiditas in colore declararet̄ de p̄ntia melācolic notabilis ī sanguine. ⁊ si ad ruborē magis declinat sanguis ē magis purus. ⁊ si fuerit ex parte mēbri vt matricis vel partiū eiꝰ vt si fuerit ex parte venaꝝ: q: ex ruptura siue fractura vene matricis ītrinsece vel ad matricē alligate: tūc san

guis erit multus subito eueniēs: qꝺ si fuerit a corrosiōe venarū
ꝓpter vlcus vel aliā cām dicebat Aui. cū fit ab vlceribꝰ ē cum
dolore imo cū vehemētia eius: ⁊ qñolibet cū fit a corrosiōe egre
ditur paulatim quasi fex ⁊ ꝓpriē vt dixit quādo ē a venis absqꝫ
artarijs. ⁊ si fuerit egrediēs de profundo matricis erit color mi
nus niger vt dixit: ⁊ hoc verū est quādo ꝑuenit a mā adusta per
quā color sanguinis denigrat: que quādo subtilior ē ⁊ minꝰ adu
sta ⁊ minus nigra: magis ꝓfundat in substātia matricis corro/
sio. ⁊ ita ꝯūter quāto corrosio ē ꝓfundior ⁊ ex ꝓfūdo magis ve
niens sanguis tanto est minꝰ niger cū corrosiōe ēt cōiungit se/
pe fetor: ⁊ maxime quādo corrosio ē diuturna. ⁊ si sanguis edu/
catur per hoc ꝙ corrodant artarie magis ꝗꝫ vene ipius matri/
cis: tunc sanguis ē subtilior ⁊ clarior ⁊ calidior exiens cū maiori
impetu ⁊ cū minori ītcrpolatiōe: ⁊ aliquotiēs coagulat talis san
guis ⁊ frustratim emittit per trūbositates sanguineas. nā calor
existens cū ꝑuenit ad partē aliqualiter fridam facilꝰ coagulat.
⁊ si fuerit corrosio apud collū vel orificiū intrinsecū matricis di
cebat Aui. possibile ē vt tangat factꝰ vero a venis colli matricis
⁊ vocat sanguis emoroidalis vt supra dictū ē: lꝫ aliquotiēs fiat
cū periodis discernit tamē a mēstruali per hoc ꝙ sepe fit nō ser
uans periodū: imo ē sequēs repletionē vt dicebat Auic. ⁊ qñqꝫ
cōiungit dolor capitis ⁊ grauitas eiꝰ ante ꝓximū exitū eiꝰ: ⁊ fa
ctus ex ragadijs cognoscit per visuꝫ etiam tactū ab ostetrice: ⁊
ista sufficiāt quātum ad signa remittēs si volueris maiorē copi
am habere de signis fluxus sanguinei ad loca superius allegata
recurre. Sed signa mēstruoꝝ alborū ⁊ spermatis interdū fluen
tis ex superiꝰ dictis patent sufficienter.

Cura. Ueniendo ad vltimuꝫ de cura ī fluxu mēstruoꝝ: opꝫ
primo cōmemorare qꝺ dictuꝫ est supra ꝙ nō omnis
fluxus mēstruoꝝ ēt superfluꝰ ꝭm aliquē modoꝝ dictoꝝ supra ē
ꝯstringēdus. Nā fluxus creticꝰ aliquotiēs regulariter factꝰ est
superfluus: ⁊ tamē talis nō semper ē ꝯstrigēdus siue fuerit etiā
ex repletiōe abūdante sanguine ī toto: siue ēt fuerit ex grauedie
sanguinis sup corpus: lꝫ nō superfluat debite nutricatōi mem/
brorum ꝭꝫ modū declaratū superiꝰ. nā de hoc toto dicebat. A.
ī principio capituli de cura fluxꝰ sanguinis mēstrualis facta qdē
sup. euātio ꝭm semitā expulsionis nālis ⁊ facta repletiōe ⁊ gra/
uedine sanguinis sup corpus opꝫ ne retineat donec timeat de/
bilitas vt sup. quādo mulier īcipit esse discolorata ⁊ difficulter
mouet ⁊ sustentet se ⁊c̄. sed cū color dicebat Rasis ī diuisiōibꝰ
ē cum sua dispōne sup. bona neqꝫ alterat sup. ad malitiā nō oꝫ
vt laborēt in retētione: loquēs de fluxu ex multitudine sangui/
nis dū nō appareat debilitas vt dixit ⁊ nō fit alteratio in colo/
re. ponit tamē vnā caudā vtileꝫ ī mā dicens: nisi sit egressio eiꝰ
iam valde plurima: ex quibꝰ verbis videt denotare ꝙ etiā vbi
nō fiet mutatio ī colore neqꝫ sequat sensibilis multū debilitas ī
virtute vbi tamē fiet violēta euātio ⁊ repentina ꝺ sanguiē: opor
tebit tamē ⁊ si nō in totū cōstringere saltē minuere superfluita/
tem euātionis: ⁊ tūc fient que dicent paulo post ī medicīalibꝰ.
Stāte igit tali superfluitate vel alia qualibet ab alijs causis in/
dicans de retētōe duplex erit intētio sicut ēt dicebat supra ī tra
ctatu de fluxibꝰ intestinoꝝ ⁊ in colirica passione. nā aliquotiēs
ꝓpter timorē in virtute stat indicatio ad sistendū fluxuꝫ vt flu/
xus ē nō habita ītentione ad cām: ⁊ aliquotiēs dant inducie suf
ficiētes ad regulariter operādum: ⁊ tunc intēdere possumus ad
cām fluxus habita ergo intētiōe ad fluxū vt fluxus est breuiter
me expediā: qm̄ ample dictū ē supra de hoc in tractatu fluxuū:
⁊ ad illū est recurrendū: sūmatim tamē discurrēdo per res non
nāles. Prīo circa aerē: vitet aer ꝯmouens humores ēt ꝯuer/
tens eos ad exteriora: ⁊ ita vitetur aer calidus faciēs ad motū ⁊
ēt intense multū frigidus ꝓpter id qꝺ cōuertit materias interi/
us: sit ergo habitatio mulieris patiētis in aere vel tēperato vel
ad frigidū parum declināte ⁊ parūper ad siccū. Circa motuꝫ
dicat ꝙ motus ē multū ad nocendū: ⁊ quies ⁊ corporalis ⁊ ani/
malis ē multū necessaria: tamē fricatio extremitatū superiorum
vt spatularꝫ ⁊ brachioꝝ: imo ⁊ cōstrictio adiutorioꝝ brachioꝝ
diuertēdo materiā est multū cōueniēs. Addit tamē Aui. in caº
ꝓprio ꝙ si ligētur vtriqꝫ pedes ad radicē coxaꝝ apud duo igui
na videt ēt ī casu cōuenire. De quo dicto pōt eē dubitatio ꝓba
bilis: qm̄ per illā ligaturā dolorosam ꝯuertūtur materie ad īfe/
riora versus matricē: sicut ēt ⁊ ventose si ibidē apponātur ꝓuo
cant mēstrua vt voluit Aui. 4ª primi caº 21º ad qꝺ dicat cōce/
dendo ꝙ in pricipio fluētis materie tales ligature īferioꝝ mem/
broruꝫ sicut ēt ⁊ ventose cruribꝰ superposite sunt ad magis ꝓ/
uocandum sanguinē ad matricē: sꝫ in ꝓcessu quādo ē facta ma
xima euacuatio de mā ⁊ vbi etiā eēt fluxus multuꝫ repentinꝰ ⁊
magnus: tūc omnis diuersio vbicūqꝫ fiat a matrice aliqualiter
diuertit nisi ponat ī directū matricis ventosa ꝯuertens: qm̄ in
modica mā ex vētosis ēt applicatis apud iguīa vel ligaturis do
lorosis illa ꝯuertit ad dictas ꝑtes neqꝫ tāta remanet abūdās ꝙ
fluat ꝑ mrīcē vt supponit: ⁊ hoc bñ mēti obseruādū ē ne ꝯtigat
errare. Unde stāte multitudine mãe fluxure ī toto oꝫ ad longin
quū diuertere: ⁊ iō tunc vētose posite ītra duas spatulas tunc
maxie iuuāt: ⁊ ꝑcipue iuuāt ventose posite sub māmillis maxie
cuꝫ hñt orificia magna: qm̄ ibi sūt vene quibꝰ māmille alligant
matrici per quas demādat mēstruū māmillis vt ꝯuertat ī lac.
vñ ꝓpter alligatōeꝫ ad matricē magna fit per eas ventosas di/
uersio a matrice ⁊ debēt diu applicari ⁊ cū multo igne vt vehe
mētior fiat attractio. Nā de his vētosis dicit Hyp. 5ª affo. mu
lieri mēstrua si velis retinere siciam maiorē vel sicias māmillis
appone. i. sub māmillis eleuando māmillas prius anteqꝫ appo/
nant ventose. Et de his ēt loquēs Aui. dixit: apponant vētose
in īferiori ꝑte māmille ⁊ vbi īcedunt vene accedētes ex matrice
ad māmillas ⁊ sugant sup. ab aliqua vili ꝑsona ad magis attra
hendū apponēdo os supra ventosas ꝑforatas superius: vel po/
nat pānus īfrigidatꝰ ad īspissandū aerem īclusuꝫ vt fortior fiat
attractio. ⁊ eligat vētosa magna vt dicebat Aui. ipsa eiꝫ vt di/
xit retinet sanguinē in hora vna. De somno ⁊ vigilia sūmatiꝫ
ēt dicat ꝙ in pricipio fluentis mãe somnꝰ maxie ꝓfundus non
ꝯuenit qm̄ ad īteriora ꝯuertit: ⁊ tūc vigilie magis valēt exteriꝰ
ꝯuertēdo. sed in ꝓcessu minorata iaꝫ ⁊ diuersa mā somnꝰ ē ꝯue
niens quietādo humores ⁊ remittēdo acuitateꝫ eoꝝ ⁊ ꝯfortādo
virtutē: ⁊ ita obscuritas aeris ī ꝓcessu magis ꝯuenit vbi ī prici/
pio illuīatio magis ꝯuenit ad diuertēdū. De passiōibꝰ aīalibꝰ
breuiter oēs aīe passiōes ꝯmouētes ⁊ agitatiue sunt vtplurimū no
ciue ⁊ ita furor ira sollicitudo multū nocent. timor ēt ⁊ tristicia
ꝯuertendo īterius sunt ad nocumētū: sed bñ sperare ⁊ gaudere
iuuāt. De inanitōe ⁊ repletōe dicat ꝙ tenuitas ⁊ paucitas in
cibo ⁊ potu est multū ꝯueniens: imo quasi necessaria in pricipio
vt nā reddat auara ad retinēduꝫ: ⁊ similr ventris lenitio ē mul/
tuꝫ attēdenda ne feces īdurent vñ fiat necessaria ꝯpressio ad ex/
pressionē. naꝫ talis expssio multū facit ad exituꝫ ⁊ ꝓuocationeꝫ
mēstrui. imo cuꝫ est necessaria lenitio ventris multū seruiūt cli
steria lenitiua: ⁊ nequaquā iuuant suppositoria imo ledunt pro/
pterea ꝙ tātuꝫ ad expssioneꝫ īcitant. Sꝫ circa dietaꝫ in cibo
⁊ potu in hac ītentōe ad fluxū vt fluxus ē gñaliter ꝯueniūt ea ꝗ
īspissant sanguinē ⁊ ꝯglutināt ⁊ stipticāt cōstrigendo meatus ⁊
poros venaꝝ etiā que ꝯfortāt matriceꝫ vt nō aliūde recipiāt su
perfluitates: ⁊ iō stiptica participātia glutinatōe ⁊ acetositate in
hoc casu ꝯueniūt: ⁊ ꝓinde lac extīctū cuꝫ ferro ignito ī casu plu
rimū laudat ⁊ similr miliū ⁊ panicū cocta ī brodio decoctōis pe
dis vituli cuꝫ modico sumach ⁊ agreste multū ꝯueniūt: ⁊ vt fu/
it regula superiꝰ in fluxibꝰ ad quē locū recurre. Pro maiori co
pia in hac mā debēt oīa cibaria ⁊ potꝰ sumi actu frida ⁊ īterdi/
cat vinū vt dicebat: ⁊ bibāt de aqua calibeata cū modico siru/
pi de acetositate citri vel de ribes vel de citonijs ⁊ similibꝰ nisi
ī casu debilitatis virtutis vbi sit necessariū vinum: nā tunc dꝫ
eligi grossuꝫ mixtū cuꝫ aqua vt supra vel cū aqua decoctōis su
mach ⁊ mirtilloꝝ. Et ex fructibꝰ ꝯueniunt granata ⁊ pira ⁊ ne/
spila ⁊ mora rubi īmatura castanee ⁊ cocte ꝑcipue cuꝫ cortice īte
riori ⁊ cū eo comeste ⁊ sīles fructꝰ de qbꝰ. s. loco allāto. Spe/
cialius aūt veniēdo ad curā regularē que fit cū abscisione cause
huiꝰ fluxus de quo dicebat Serap. curatio vero eruptōis san/
guīs ex matrice est cuꝫ destructōe cāe faciētis caꝫ: que sñia nō
tm̄ vera est cū medicis appropriate facientibꝰ ad cāꝫ: ideo etiaꝫ
hec est obseruāda in dieta ꝯueniēti. Nā regimē in dieta dꝫ op
poni cāe ⁊ morbo si possibile est vt. s. aer in fluxu a cā calida ad
friduꝫ īclinet ⁊ in fluxu a relaxatōe ab humido multū ad siccuꝫ:
⁊ ita dico de reliqs rebꝰ nō nālibus discurrēdo. Sed spālius ī
cibis si cā fuerit acuitas ī sanguine nocēs ꝑ modū dictū supra:
tunc cibaria ꝯueniētia sunt lactuca cucurbita caseus recēs car/
nes viscose vt pedes aīaliuꝫ. ⁊ portulaca ī hoc ponit singularis
iuuamēti ⁊ plātago de qua dixit Aui. In hoc casu arnoglosa ē
res melior: imo nō est ei ꝯpar. Addit: ⁊ qñqꝫ abscindit fluxū san/
guīs oīo bibita ⁊ iniecta ⁊ vtraqꝫ ꝯsolida ⁊ gellatine facte de pe
dibꝰ aīaliū cū vino granatoꝝ vel agresta: ⁊ aqua ferrata ⁊ aqua
decoctōis diadragāti loco potꝰ. ⁊ lac acetosuꝫ factū ēt loco po
tus est ꝯueniēs. ⁊ deuitent oēꝫ cibū ⁊ potuꝫ calidū actu vel po
tentia: sed semꝑ sit īfrigidatꝰ. Et si cā fuerit debilitas retētiue:
tunc opꝫ ītendere cuꝫ ꝯfortātibꝰ stipticis nō semꝑ fridis: sed ali
quotiēs calidis ꝭm dispōneꝫ ꝯiungi calidaꝫ vel fridaꝫ circa ma
tricē. Sꝫ si esset debilitas in virtute cōi in toto ⁊ ꝯūr ēt in cō
tentiua oīuꝫ membroꝝ: de hac loquēs. A. dicebat oꝫ vt patiēs
fluxū sanguis cibet cuꝫ eis que sunt sicut vitelli ouoꝝ sorbiliuꝫ
⁊ cū oī qꝺ est velocis digōnis ꝯfortatiuo. Addit: ⁊ qñqꝫ opꝫ vt
cibet aqua carnis forti. s. restauratiua ꝗ acetosa facta sit cuꝫ aq̄
sumach ⁊ aqua acetose. i. decoctōis eoꝝ sup. cum ꝯiungit mala
ꝯplexio calida. nā istud valebit ⁊ fluxui ⁊ cāe fluxus. Et de hoc
dictū est supra abūdanter in capº de colirica passione: ⁊ ad illū
locuꝫ recurre: vt de oleribꝰ bonis ⁊ de potu ꝯuenienti qꝺ dꝫ eē
vinū nouuꝫ grossuꝫ dulce vt dicebat Aui. in hoc capº ī hac in/
tentōe: ⁊ deuitet antiquū subtile ꝓpter acuitatē nō ītelligendo
ꝑ nouū mustuꝫ turbidū: sed vinū primi anni. Et si nō fuerit dul
ce per nām pōt aliqualr dulcorari cū zuccaro vt nā reddat ma/
gis auara ad ipm accipiēduꝫ. Et si cā fuerit liquiditas ⁊ aquosi
tas in sanguine oꝫ cibaria ad grossuꝫ declinare ⁊ aliqualr siccū
vt risuꝫ ⁊ miliū ⁊ cibaria de pasta aromatizata cum coriādris ⁊
spodio ⁊ coralis ⁊ modico gariofi. vtendo ēt vino nigro stiptico
grosso mixto si expediat cuꝫ aqua decoctōis masticis precipue.
Uñ de hoc dicebat Aui. opꝫ penitꝰ vt declinet cū medicis caꝝ
⁊ cibis eoꝝ ad illud qꝺ exiccat ⁊ īspissat sanguineꝫ. Et si cā fue/
rit ruptura venaꝝ ex casu vel ꝑcussione vel ex corrosiōe opꝫ vt
ītendamꝰ cuꝫ his que valēt in fluxu ex acuitate sanguis īfrigi/
dādo sanguinē ⁊ īspissando ⁊ ꝯstringēdo meatꝰ. Sꝫ in fluxu mē
struoꝝ alboꝝ flegmaticoꝝ vt euenire solet euitare opꝫ omia hu
mida ⁊ virtualiter ⁊ formalr ⁊ ita in aere: fugiat oēꝫ habitatōeꝫ
terrenā: ⁊ vitet ꝓlixitatē somni ⁊ ꝑcipue diurni: ⁊ lꝫ quies etiā
noceat ꝓhibendo resolutōeꝫ suꝑfluitatuꝫ: tñ exercitiū paulati/
ne ꝯuertēdo in deorsuꝫ nocet sicut ēt ⁊ coitus est ad nocēduꝫ in
casu lꝫ videat exiccatiuꝰ: qr tñ ꝯuertit ad matricem nocet. vitet
tristicia ⁊ repletio nauseatiua maxie de cibis fridis ⁊ humidis ⁊
viscosis: inclinet ad dietā siccam ⁊ formalr ⁊ virtualr. De cibis
tñ facile digestibilibꝰ de quibꝰ habes copiā supra de lienteria ⁊
diaria ab hūiditate suꝑflua: ad illū locū recurrat aromatizādo

cibaria

cibaria cũ aromatibꝰ appropriatis de qbus loco allegato ⁊ etiã
de quibꝰ abũde scripsi in ꝯsilio per me facto ĩ isto casu ꝓ vxore
dñi gubernatoris astensis: ad illũ locũ recurre pro copia die/
te. ⁊ hec de dieta sufficiant.

Medicinalia. Ueniẽdo ad medicinalia prius supposi/
to qđ dicebatur de regimĩe diete ꝙ nõ
oĩs sup̄fluus fluxus est ꝯstringẽdus: tñ adducebat cũ ꝑ fluxum
corpꝰ parat ad debilitatẽ ꝓpter vehemẽtiã eius. ⁊ si ẽt fuerit in
muliere sanguinea abundante sup̄fluo sanguinẽ: vel fuerit ẽt ex
grauitate sanguĩs supra totũ lʒ nõ dʒ restringi cũ medicĩs re/
strictiuis simplr ante acquisitã debilitatẽ: tñ in dictis casibꝰ ⁊
ẽt in cretico in morbis sanguineis senserũt auctores nostri ali/
qualiter minui exuberãtiã fluxus cũ euacuãtibꝰ partẽ mãe ali
quotiẽs sanguinee p̄cipue ⁊ aliquotiẽs diuertẽtibꝰ vt cũ flõmia
p̄cipue de qua dicit Aui. ad principiũ capituli de cura huiꝰ flu/
xus mẽstrui: ⁊ qñq̃ excusat flõmiã donec timet debilitas: pro/
pterea q: expellit repletõem ⁊ trahit mãm ad ꝯtrariũ ⁊ ita lau/
dat minui exuberãtiã fluxus marie a cã repletõali a sanguine
anteq̃ corpus ĩciderit in debilitatẽ. ⁊ similr valerẽt in isto casu
cũ est timor de futura ꝓxima debilitate diuersiones posite in
spatulis ⁊ sub mãmillis de quibꝰ dictũ est supra. ⁊ hic laudauit
Gordo. ĩ corꝑe pleno fieri flõmiã ex vtraq̃ basilica. Sʒ ego
starẽ ꝯtentꝰ in basilica dextri lateris tãtũ in hac ĩtentõe ꝓ ma
iori ꝑte diuersiua. Et Serap. hic ponit casũ ꝙ opʒ medicũ hic
esse multũ diligentẽ in tali casu in repletõe sanguinea ad ꝯside/
rãdũ si cũ sanguine sit ꝯmixtꝰ alius humor aut nõ ⁊ maxime si
alius humor fuerit vincẽs. ⁊ si nõ dicit ipse admĩstra flõmiã in
iũctura sup. ex basilica dextra. ⁊ si est ꝑmixtus cũ humore alio
sup. vincẽte: tũc opʒ vt ĩcipiamꝰ vt dicit cũ mũdificatõibꝰ hu
moris sup. cũ his que dicent ĩfra. Deinde fiat flõmia in ĩtentõe
eũonis mãe ⁊ in hoc fluxu: ĩmo ⁊ quolibet alio sup̄fluo per infe/
rius: cũ timet debilitas ꝯuenit diuertere per vomitũ in corpore
ad ipsum parato: sed sit vomitiuũ leue nõ agitatiuũ: ⁊ prouoce/
tur etiã fluxus sanguĩs nariũ fm modos supra dictos: nã mul
tũ ad istã ĩtentionẽ faciet. Et Auic. etiã in casu ad diuersionẽ
videt laudare prouocãtia dicit maxime in facto ꝓpter tenuita/
tẽ ⁊ aquositatẽ sanguĩs dico ꝙ necessariũ in hoc est vt fiat ꝙ
currat aquositas eius: ⁊ operet sup. medicus super ipm cũ pro/
uocatione. s. per vrinã vt cõiter exponitur ⁊ sudatione ⁊c. qđ
dictũ est multũ mẽsurandũ. Nã licet ꝯuertere ad opposi/
tum ⁊ ad cutim sit cõueniẽs: tamẽ ꝓuocãtia fortia si per interiꝰ
exhibeant ꝯmouẽdo humores ⁊ subtiliãdo ⁊ meatꝰ dilatãdo vi
dentur facere ad prouocationẽ ẽt per matricẽ: iõ nõ laudarẽ vt
alibi declaraui 2a tertij ⁊ ĩ prima ꝑte huiꝰ satis late ꝙ fluẽte mã
ad inferiora cuius cõstrictionẽ queramus vnquã exhiberi debe
re ꝓuocãtia acuta per ĩteriꝰ neq̃ ẽt per exteriꝰ nisi maxĩa pars
minorata sit de mã antecedẽte fluxura vbi eẽt notabilis quãtita
tis: ⁊ tũc nõ etiã auderẽ exhibere ꝓuocantia vrine in casu isto
neq̃ ꝓuocantia ẽt sudorẽ per interiꝰ: qm̃ ꝓuocantia vrine etiã
ꝓuocant per matricẽ vt supra declaraui de mẽte Auer. ꝓuocã
tia tamẽ per exteriꝰ sudorẽ nõ in principio tamẽ ĩ casu ad diuer
tendũ multũ iuuarẽt faciẽdo fricatões ⁊ fomentatões ad dorsũ
cum aqua decoctõis liquiritie capillorũ veneris ⁊ solatri que in
hoc casu liquiditatis multũ valet: q: cũ virtute ꝓuocatiua etiã
extinguit ⁊ ingrossat ⁊ exiccat. Sed ĩ muliere magis flegmatica
strictorũ pororũ posset fieri fomentatio circa dorsum cũ pãno in/
fuso in aqua decoctõis assari ⁊ apij: ⁊ forte ẽt aliquotiẽs ꝓuoca
re per exteriꝰ supra vesicã nõ incõueniret: sʒ eẽt eiꝰ operatio ma
gis suspecta ꝓpter vicinitatẽ matricis: ⁊ ita ad istum sensũ in/
telligo tex. dñi Aui. cũ dixit: Dico ergo ꝙ necessariũ ĩ hoc sup.
casu tenuitatis ⁊ aquositatis sanguĩs ẽ vt fiat ꝙ currat aquosi/
tas eius sup. ad cõtrariũ a via matricis ⁊ operet super ipʒ sup.
medicus cũ ꝓuocatõe aliquotiẽs ꝑ vrinã ⁊ aliquotiẽs sup. cũ
sudatõe sup. cũ exteriꝰ ꝓuocãtibꝰ vrinã ⁊ sudorẽ ⁊ nõ interius
⁊ ꝓpterea addit modũ ꝓuocãdi ꝑ exteriꝰ ĩfra cũ dicit: ⁊ fricet
corpus eiꝰ cũ pãno aspero ⁊ leniat corpus eius cũ aqua mellis:
⁊ ita sup. vt dicebat prius ẽt cũ eis que sunt sicut decoctio assa
ri ⁊ apij ⁊ rubee ⁊ que sunt similia illis: ⁊ ita videt solũmodo in/
tendere ad ꝓuocationẽ ⁊ sudationẽ cũ medicinis per exteriꝰ: lʒ
ẽt posset intelligi tex. ꝙ nõ per hec verba velit fieri ꝓuocatõem
vrine ꝓpter timorẽ vicinitatis matricis: sʒ cũ dicit ꝓuocatõe
⁊ sudatiõe li ⁊ teneat expositiue. i. ꝓuocatõe ad sudorem: ⁊ hũc
passũ sic declaratũ bene menti tene ne cõtingeret errare ex do
ctrina huius textus male intellecti. Ueniẽdo igit spãliter ad
curã specierũ fluxus mẽstrui suppositis his que dicta sunt đ di/
uersione cõtinuãdo in eo qui ẽ a liquiditate ⁊ subtilitate sangui/
nis cum qua liquiditate sepe ꝯuenit debilitas ꝯtentiue virtutis
vbi primũ lʒ stante aliquali mã peccãte ĩ toto eũare debiliter cũ
his que cõprimẽdo ⁊ exiccãdo eũant vt sunt maxime mirabola
ni chebuli vel citrini fm ꝙ liquiditati ꝯiungit aqueitas flegma
tis vel liquiditas colere exhibendo exempligratia. ʒ. iij. vsq̃ ad
℥. s. de eis cũ aqua plãtaginis ⁊ absinthij ⁊ modico sirupi rosa
ti: ⁊ existẽte mã liquida per mixtionẽ subtilis colere maxime iu/
uabit eũare per vomitũ. Sʒ si eẽt liquiditas flegmatis qñ non
sufficiant chebuli põt eũari cum turbith nõ acuato cũ ʒinʒ. vt
educat magis subtile flegmatis neq̃ ante eũationẽ ꝯfert exhibe
re medicinas stipticas. nã de hoc dicebat Halyab. loquẽs đ flu
xu tali hũorali: corpꝰ eũare oportebit mulieris ab eo humore cũ
eius sit illũ deponere medicamĩe maxime ꝑ vomitũ vt dixit in
casu dicto: qm̃ hic materiã ad sup̄iora reducit ⁊ sup. talis ide fa
ciliter eũatur. Addit ⁊ est sñia cõmunis ad oẽm fluxũ materialẽ
i. cuius cã fit mã nocẽs dixit: nec cõferes cũ antecedẽtibꝰ illam
sup. eũationẽ medicaminibꝰ. s. quorũ sit sanguinẽ strĩgere ⁊ flu/
xum auferre: ⁊ ita dat cañ. de nõ exhibẽdo medicinas stipticas
nisi pre eũata mã. idem dicebat Rasis in diuisiõibus vbi ponit
curã generalẽ dicẽs: ĩ fluxu mẽstruorũ sup. materiali ex humore
mixto sanguini ⁊ cura eiꝰ ẽ prima cũ eo ꝙ extrahit ebuuũ domi
nantẽ: deinde post illud porꝰ medicinarũ que cõstringũt fluxũ
ex eis que cõueniũt cõplexiõi ⁊ etati ⁊ siccãt corpus absq̃ cale/
factione manifesta. Facta igit eũatiõe dicebat Haly. ꝙ rebꝰ ex/
pedit vti desiccãtibꝰ ⁊ restringẽtibꝰ sup. calidis vel fridis vt di
ctum ẽ ⁊ sup. aromaticis aliqualiter ꝓ cõfortatõe mẽbri ne reci
piat: đ quibus ẽ ciminũ torefactũ ⁊ mastix singulariter ⁊ spica ⁊
squinãtum ⁊ thus ⁊ similia. ⁊ đ frĩdis stipticis ⁊ aromaticis sũt
sandali rose sicce mirthus spodium ⁊ cornu cerui singulariter
vstũ: ẽt scoria ferri ĩ hoc habet singularẽ cõuenientiã. de his er
go possunt fieri puluercs ⁊ exhiberi per superiꝰ cũ sirupo đ mẽ/
ta vel ro. ⁊ cũ aquis absinthij vel rosarũ fm diuersitatẽ causarũ
ĩ calido vel frĩdo: ⁊ hic cõueniũt coagula leporina. Nã 6o cõ/
tinẽtis in casu fluxus mẽstrui dixit Rasis: ⁊ cõferunt ei coagu/
la leporina ⁊ omnia coagula que ñ exhibeãtur cũ mensura non
trãseũdo. ʒ. ĩmo ĩcipiẽdo a. ʒ. s. ⁊ paulatine ꝓcedẽdo addere vt
dixi supra in tractatu fluxuũ: ⁊ in hoc casu cũ decoctõe rerũ di
ctarum possunt fieri sessiones vsq̃ ad vmbilicũ: ⁊ sit decoctio
nõ calida sʒ frĩda quãtum tollerari põt sine lesione. põt igit fieri
decoctio vt ĩfra. ℞. absinthij mẽte spice añ. M. j. nucis cipres. ⁊
foliorũ mirthi añ. ℥. s. ⁊ hoc in cã frĩda cũ debilitate contentiue
⁊ liquiditate. ⁊ si ꝯiungat cã calida sumant folia pirorũ ⁊ quercꝰ
⁊ prunorũ ⁊ balaustie ⁊ cortices granatorũ cũ granis mirthilorũ
⁊ sumach: ⁊ bulliant ista omnia ĩ aqua pluuiali: ⁊ postea bulliat
cũ modico aceti ad cõsumptionẽ sufficiẽtem: ⁊ ex his ⁊ ex fece
eorũ põt superponi vẽtri loco ẽplastri. ⁊ ẽt posteriꝰ in hoc ẽt va/
lebit si fiat ẽplastrũ de stercore arietis cũ farina frumẽti cũ mel/
le ⁊ spica in cã frĩda: ⁊ in cã calida cũ mirthilis ⁊ bolo armeno ⁊
puluere ematitis ⁊ charabe ⁊ similibꝰ. Põt ẽt fieri pesariũ ĩ cã
vel suppositoriũ valẽs vt ĩfra. ℞. balaustiarũ gallarũ olibani aca
tie aluminis terre sigillate añ. ⁊ cũ stercore asinino ⁊ succo plan
taginis vel vino stiptico ipsa puluerizata incorporent ⁊ cũ lana
supponant: stercus ẽt asininũ solũ recẽs est cõueniẽs ⁊ supposi/
tum ⁊ fumigatũ. Et dixit Nicolus florẽtinꝰ ꝙ stercus asininũ
cõtritũ cũ nucleis nucũ vstarũ ẽ cõueniens: ⁊ ẽt ipsi nuclei vsti
ꝯtriti cũ vino stiptico sunt vtiles si supponant. possunt ẽt fieri
epithimata cũ pãno infuso ĩ succis appropriatis vt in succo plã
taginis ⁊ mẽte ⁊ cõsolide vtriusq̃ cũ modico aceti superponen/
do ante ⁊ retro. Per ĩterius ẽt sumẽda valʒ electuariũ si fiat vt
ĩfra. ℞. corticũ granatorũ radicum cõsolide maioris siccarũ spice
olibani masticis añ. ʒ. s. margaritarũ. ʒ. ij. corallorũ rubeorũ ia/
cinctorũ vtriusq̃ been spodij semis rosarũ rub. añ. ʒ. j. ⁊ ad glu
tinationem põt addi dragãti gũmi ara. añ. ʒ. s. ⁊ cũ sirupo mir
thino vel de menta quãtũ sufficit põt fieri electuariũ. In hac
ẽt intẽtione valʒ singulariter electuariũ de scoria ferri ꝯfortan/
do virtutes ⁊ remouẽdo liqditatẽ. si ẽt ex zuccaro rosato ⁊ dia/
dragãto cũ diamargariton fiat ꝯfectio erit ꝯueniẽs. ⁊ in tali ca/
su a debilitate cõtẽtiue aliquotiẽs sumere oppiata vt. ʒ. j. tyria
ce noue vel ꝯfectõis requies erit plurimũ iuuãs semper sumen/
do cũ vino nigro vel aqua plãtaginis fm diuersas intẽtões. Et
si cã fuerit nimia acuitas sanguinis ex colera pũgente: pm fiat
euacuatio illius colere cũ mirabolanis citrinis vel cũ reubarba
ro parũ vsto ⁊ per tempꝰ infuso ĩ aqua plantaginis ⁊ acetose vel
burse pastoris sumẽdo. ʒ. j. vsq̃ ad. ℈. iiij. postea exhibeant si/
rupi appropriati cõstrictiui de citonijs de ribes de acetositate
citri ⁊ similes cũ aquis appropriatis precipue plãtaginis ⁊ bur/
se pastoris: ⁊ vniuersalr ẽ intẽdendũ ĩ administratõe ciborũ ⁊ me
dicinarũ acetosarũ ⁊ stipticarũ infrigidãtiũ ⁊ ĩgrossantiũ sangui/
nẽ ⁊ oppilãtiũ ⁊ glutinationẽ faciẽtiũ. Et hic laudauit Azara.
singulariter rob de mirtha ⁊ de citonijs ⁊ coriãdrũ siccũ ⁊ su/
mach: ⁊ ĩ ferculis cõmẽdat de portulaca cũ rixo vsto ⁊ similia. ⁊
ĩ hoc laudãtur pedes animaliũ ⁊ lentes elixate cũ modico agre/
ste: ⁊ acetositatis citri ẽ in casu multũ excellẽs ⁊ ẽt berberorũ. ⁊
valent ĩ hoc trocisci de spodio cũ semine acetose singulariter. ⁊
si fortificẽtur cũ modico camphore erũt potẽtiores ad ĩtẽtionẽ.
⁊ his dictis trociscis possunt fieri cõfectões appropriate in for/
ma electuarij dissoluẽdo zuccarũ albũ cũ his pulueribus ĩ aqua
plantaginis ⁊ succo citoniorũ vel sirupo mirthino ⁊ similibus. ⁊
ita põt facere ĩ forma cõfectionis solide dissoluẽdo zuccarũ ĩ aq̃
rosata cũ succo berberorũ ⁊ erit ꝯfectio delicata reducẽdo eã ad
formã rotularũ si placet. Et laudauit Auic. in hoc cõfectionem
vltimi iuuamenti vt infra. ℞. terre sigillate boli armeni alumi/
nis iameni ⁊ gallarũ ⁊ sanguinis draconis ana partes equales
vt exempligrã. ʒ. s. de quarũ sũma accipiatur. ʒ. j. ⁊ camphore
pondus duorũ granorũ ⁊ gallie sexta pars. ʒ. qđ totũ dissolua
tur in. ℥. j. sirupi mirthini ⁊ exhibeat cũ coclcari. nã ẽ multum
ꝯueniẽs vt pʒ ĩfrigidãdo ĩgrossando cõstringẽdo ⁊ ꝯfortando.
Et hic laudauit ẽt. ʒ. ij. cõcularũ marinarũ que exportant a san
cto Jacobo adustarũ cũ aqua decoctiõis sumach ⁊ citoniorum
⁊ dactilorũ sup. ĩmaturorũ pulueri atis dictis cõculis. Et qñ
ista nõ sufficiant Ras ⁊ Aui. cũ reliquis trãseũt ad oppiata ⁊ ĩ/
ter medicinas tales singulariter facit atanasia Nicolai cũ succo
plãtaginis dãdo vsq̃ ad. ℈. iiij. ⁊ Ras 9o ꝯtinẽtis posuit troci
scos de corallis de mẽte Pauli ĩ hac ĩtẽtõe vt ĩfra: ⁊ sũt fortes
multũ ĩ stupefaciẽdo. ℞. corallorũ seis iusqani thuris añ. ʒ. viij.
luti armeni fre rubee. i. macre oppij añ. ʒ. iiij. balaustie charabe
añ. ʒ. ij. distẽperent cũ succo plãtagĩs ⁊ inde fiãt trocisci. ⁊ trocisci
đ charabe cũ sua ꝯstrictõe moderata ĩ ista ĩtẽtiõe magis placẽt.

ꝛ ſi cū hac cā ꝯiūgeret dilatatio poroꝝ ꝛ aptio orificioꝝ venaꝝ Auēz. dabat i pota iſuſionē liquir. violaꝝ ꝛ nenufaris ꝛ de ſeie citonioꝝ aā. ʒ. ij. ꝛ octauā ꝑtem. ʒ. de pſilio ꝛ ſtent in iſuſione ꝑ noctē vnaʒ in. ℥. xvj. aque: deinde mane bulliat lēto igne vſqꝫ ad ꝯſumptōeʒ medietatis: poſtea facta colatura de cadē ſumātur. ℥. v. ꝛ addat. ℥. j. ſ. de ſirupo ro. facto de roſis ſiccis ꝛ. ℥. ſ. de ſirupo agreſte in ieiuno: ſignāter dixit Auēzoar laudando ſirupū roſatū illuʒ de roſis ſiccis: qm̄ ſirupus roſat⁹ de iſuſiōe roſaꝝ viridiuʒ cōiter factus nō hʒ magnā viʒ in ꝯſtrictōe. ideo hʒ vim apertōis vt alīs memini declaraſſe in quadā qōne ſpāli per me facta ad deciſionē vnius ꝯtrouerſie ꝛ circa hoc mihi cōmiſſe ꝑ doctores. Et ideo hic nota ꝓ regula vniuerſalr ꝙ qn̄ vtimur ſirupo roſato in itentōe totali ꝯſtrictōis ſemꝑ vti debemus de ſirupo roſato de iſuſione roſaꝝ ſiccaꝝ: poſtea pn̄t fieri emplaſtra ꝛ ſeſſiōes vel balnea ꝛ epithimata cuʒ appropriatis ꝛ ſupra epar vt ſupra ꝑtē anteriorē ꝛ poſteriorē cū aquis ꝛ ſuccis multū ifrigidātib⁹. Et cadē cura debet i facto ꝓpter difficultateʒ ꝑtus ꝛ ex fractura venaꝝ ex ꝑcuſſione vel caſu. ſed hic ſemꝑ fiat aliqualis diuerſio cū flōmia: poſtea ꝓcedat cuʒ reliqs ꝓricipaliter ꝯſtringētib⁹ ꝛ glutinātib⁹ ꝛ ſtipticātib⁹ cuʒ ꝯfortatōe: ꝛ iterius ꝑ ſuperi⁹ ꝛ ēt exteri⁹ cū localib⁹ ſeſſionib⁹ epithimatib⁹ emplaſtris de quib⁹ dictū eſt ꝛ ſimilib⁹: ꝛ ēt cuʒ peſarijs ꝛ cliſterijs in matricē ipoſitis ꝛ maxie cuʒ ſucco arnogloſe qui ī hoc eſt mirabilis. De quo dixit Serap. vnā ſniaʒ aureā d̄ mēte Gal. in cap° ꝓprio dixit ſic: ꝛ Gal. quidē optim⁹ dixit: q: cum vidit eruptionē ſanguis ex matrice remanere quattuor dieb⁹ ꝯtinuis ꝛ adminiſtrāt i curatōe eius medicinas retinētes ſanguinem obſorbētes ipm̄ iteri⁹ ꝛ exterius nō cōtulit aliqua ex eis: poſtea adminiſtrauit ſuccū arnogloſe ꝛ cliſterizauit ex eo matricem q: abſcidit ſanguinē ꝛ fecit ipm̄ ſtare ſtatim ꝛ poſuit quātitatē illi⁹ que ſit. ℥. ix. Addit ꝙ de ſua ꝯſuetudine ē miſcere cū ſuccis aliquid de medicinis retinētibus ſanguinē: vn̄ ſi fiat ruptura i venis magis miſcet cū ſucco medicinas fortes ſtipticas ſicut acatiam ꝛ balauſtias ꝛ barbam irci ꝛ gallas imaturas ꝛ ſimilia. ꝛ ſi ruptura fuerit de venis paruis tm̄ dixit ſufficit vt miſceam⁹ cū arnogloſa aloeʒ ꝛ terrā ſigillatā ꝛ que ſunt eis ſimilia: ꝛ ex iſtis eiſdeʒ que dicta ſunt poſſunt fieri peſaria vel ſuppoſitoria ad caſum noſtruʒ. Et ſi fluxus ſanguis fiet ex corroſiōe ꝛ ex vlcerib⁹ tunc vt refert Aui. de mēte quorūdā curatio debʒ eē ꝯpoſita ex mūdificatione ſup. materie corrodētis ꝛ ſtipticitate ꝛ ꝯfortatiōe abſtergēdo. ſ. cū aqua decoctiōis ordei ꝛ zuccari. Deinde ponātur ſtiptica i decoctiōe vt ſpica ꝛ maſtix ꝛ thus ꝛ arnogloſa ꝛ ſimilib⁹: ꝛ tūc facta mūdificatōe cū aliquali ꝯfortatōe dixit Raſ 9° ꝯtinētis cliſterizāda ē matrix i qua fuerit corroſio cum ſucco plātagīs ꝛ burſe paſtoris ꝛ aqua ēdiuie. ꝛ ad itētionē remiſſiōis doloris ꝛ cōſolidatōis: tūc ſingulariſſime valebūt trociſci de corallis poſitꝫ ſupra d̄ mēte eiuſdē ſtupefactiui ponēdo. ʒ. j. i dictꝫ ſuccis ꝛ ita vſus eoꝝ ꝑ inferi⁹ nō ita eſſet ad nocendū: ſed ꝑ ſuperius ꝛ interi⁹ exhibiti eſſent timoroſi ꝛ ad cōſolidationeʒ magis. dicebat etiā Raſis loco allegato: ꝛ i fluxu ex corroſiōe fiat curatio cū ſuppoſitorijs factis d̄ mineris ſicut cū litargirio ātimonio luto ſigillato ꝛ luto armenico ſcilʒ iſta debite puluerizādo ꝛ miſcēdo cū ſuccis vel aqua decoctōis reꝝ ſtipticaꝝ ad cōpoſitionē debitā cliſteris vel peſarioꝝ ſm̄ ꝙ itendimus cliſterizare vel peſaria facere. Et peſariū ordinauit Auic. ꝯueniēs ſub hac forma. ℞. teſtas furni. i. lateres cōbuſtos ꝛ acatiaʒ ꝛ ipoquiſtidos aggregent ſimul ꝛ fiat peſariū cū aqua decoctōis gallaꝝ imaturaꝝ ꝛ in facto ab emoroidib⁹: q: nocumentū maxime cōtingēs ex eis eſt dolor: opʒ vt itentio principalis ſit ad remiſſionem doloris. iō dicebat Auic. ꝛ illa que ē ex emoroidib⁹ curetur curatione emoroidarū cū ſemine lini ꝛ aqua calida. ſ. decoctiōe ſemis lini que ē anodina: ꝛ aliquotiēs flōmare leuiter baſilicaʒ. Et qn̄ minoratus ē dolor: poſtea intēdendū eſt cū medicinis cōſtringētibus de quibus ſupra dictū eſt: ꝛ hic valet ſi fiat peſarium ex gūmi arabico ꝛ amilio ꝛ gallis imaturis ꝛ cuʒ alumine ꝛ modiciſſimo oppij ſi expedit ꝛ cū ſucco barbe ircine. Et ꝓ iſtis localibus ē poſtremo notāda vna egregia ſnia. d. Raſis 9° cōtinētis correctiua erroris qui euenire cōſueuit i applicatōe medicinaꝝ facientiū ad cōſtrictionē ſanguis cū ſuperfluit: qm̄ cuʒ reliqūe medicine nō ſufficiūt audēt medici ſupra medicias cauſticas vt ſupra viſum ē de emoroidib⁹: que medicine i membris neruoſis vt ē matrix ſunt multū verēde ꝓpter dolorē. Jō propter hoc poſuit cañ. loco allegato. De his medicinis dixit: non ſupponātur aliq̄ medicine ꝯbuſtiue qm̄ loc⁹ ē neruoſus: que ſnia trahat ad oīa mēbra neruoſa. ꝛ i iſto caſu ꝛ quaſi i oī ſpecie eius fluxus talis ſingulariſſime hʒ iunctio de vnguēto comitiſſe ordinato per Guillelmū i hoc caplo. Expedito de ſanguis fluxu mēſtruali per medicinas canonicas reſtat ponere curā fluxus humiditatū albaꝝ: ꝯn̄ter ponētur quedā ſpāles medicīe cū ꝓprietate magis valentes i vtroqꝫ fluxu. Circa ergo māstory humiditatū albaꝝ fluentiū dimiſſa curatōe ſꝑmatis fluētis: cuius curatio ad aliū locū pertinet ad quā intēdit vt plerūqꝫ cum cōfortantib⁹ vaſa ſeminaria ifrigidādo ꝛ exiccādo ꝛ igroſſantib⁹ māstory ſpermaticā: nō tn̄ cū his que multiplicāt ſperma: imo magis minuūt ꝛ manifeſta qualitate ꝛ cū virtute ſpāli. ꝛ tu de his habebis plenā noticiā ſi queris cōſiliū per me factū de ināli exitu ſeminis ꝛ polutōis ꝓ dn̄o quodā Burgūdo: ſʒ tandē veniemus ad ponēdū curā ꝓfluuij alboꝝ mēſtruoꝝ. i. humiditatum putridaꝝ vel nō putridaꝝ flegmaticaꝝ. ꝛ qm̄ ille quedā ſunt lubrice a quoſe quedā viſcoſe: de vtriſqꝫ erit quidā ſermo cōis poſtea ſpālis ſuppoſita prius dieta cōuenienti de qua ſupra. Sit ergo pª regula ī cura ꝛ ē. A. i caplo ꝓprio: i curſib⁹ talib⁹ oʒ vt

icipiat a mūdificatōe corꝑis cū flōmia ꝛ ſolone vētris ſi idiget ambob⁹. i. qn̄ fuerit neceſſitas mūdificatōis humoꝝ cum repletione in toto vt ſtante illa humiditate colerica fluēte ad albū tamen iclinata ꝛ liqda cū habitudine totius calida ꝓprie ſanguinea: tunc ꝯueniet ꝛ flōmia ꝛ farmacia: ꝛ aliqn̄ eſt neceſſaria ſolutio vētris tm̄: ꝛ hoc ꝓprius apꝑente mā flegmatica nulla exn̄te acuitate ſiue aquea fuerit ſiue viſcoſa ſtante habitudine toti⁹ frigida ꝛc̄. Nā tunc nō ſit neceſſaria flōmia: imo eſſet ad nocēdū: ſed ſola medicia ſolutiua ē neceſſaria ad eūanduʒ. Deinde facta eūone eſt itendēduʒ cū diuertētib⁹ magis appropriate: ꝯn̄r ſtabit itentio mūdificatōis ꝑticularis dictaꝝ materieꝝ ex matrice poſtea cuʒ mūdificatiuis ꝯuenictib⁹ ſm̄ exigētiā māe: deide ꝯn̄r exiccatōis ꝛ ꝯfortatōis cuʒ medicis appropriatis: ꝛ poſt ideo dicebat Aui. adhibeant ſtiptica ꝛ cuʒ cliſterizatis ēt in matriceʒ ꝛ cuʒ ebibitis ꝑ ſuperi⁹: qm̄ tunc cliſterizata ꝛ mūdificatiua ꝛ cōfortatiua vt ēt dicit. A. magis ꝛ ꝯuenienti⁹ ſup. opant poſt eūoneʒ: q: tn̄ mā que eūanda eſt nō tm̄ eſt mā ꝯiuncta in matrice ſʒ ēt antecedēs in toto vel ꝑticularib⁹ mēbris vtpluximū maxie in cerebro ſtomacho vel epate a quib⁹ eūare māʒ nō digeſtaʒ ē irregulare: iō prius ꝯueniet digerere māam in dictis mēbris vel in totū ꝛ ꝯn̄r eūare anteqꝫ ꝑticulariter ad matricē deſcēdam⁹ cuʒ medicis localib⁹ ſemper tn̄ habēdo oculuʒ ad matricē leſaʒ vel māam peccāteʒ in eā in digeſtiuis ꝛ eūatiuis faciētib⁹ ēt ad māʒ eūandaʒ a toto vel a particularib⁹ mēbris. Et qm̄ māe peccātes plerūqꝫ ſunt ꝑ idigeſtionē tales facte flegmatice viſcoſitate participātes ꝛ digeſtio ꝛ equatio haꝝ materieꝝ ſit per ſubtiliātia ꝛ icidentia ꝛ aperiētia: ꝛ ſepe in talib⁹ corporib⁹ reperiunt māe circa ſtomachū ꝓportōales que ꝑ dictos ſirupos ipſis ſubtiliatis ꝯuerterent ad matricē: ideo laudabile eſt prius qꝫ exbibeant ſirupi tales digeſtiui vt mā i ſtomacho exiſtēs leuiter euacuet. ꝛ vbi mulier apta ſit ad vomitū ꝛ mā ſit parata vt euacuet nulla ꝑſtantior erit operatio qꝫ vomit⁹: qm̄ cū eūone diuertet. Sʒ ſi mā foret adherens aliter inepta ad vomitū: tunc laudarē exhiberi. ʒ. j. pillulaꝝ elefanginaꝝ ꝑ dieʒ ante ſumptōeʒ digeſtiuoruʒ: ꝛ ſilr̄ valet ſi exhiberent. ʒ. vj. hiere ſimplicis Gal. in ello cuʒ modico zuccari in bolo: qua facta eūone cōi iſpiciēda eſt nā māe eūande. Si igit mā fuerit liquida ꝛ fluida aut cū ea ꝯiūgit acuitas ꝛ punctio aut nō. ſi ꝯiungat punctio tunc digeſtiuū cōueniēs pōt fieri vt iſra. ℞. mellis roſati. ℥. j. ſirupi d̄ fumo terre ℥. ſ. aquaꝝ plantagīs ꝛ abſinthij aā. ℥. ij. miſce. qđ ſi nō fuerit cuʒ acuitate valet mel roſatū cuʒ ſirupo de menta et cuʒ aq̄ abſinthij ꝛ mente vel cuʒ decoctōe ſquināti ꝛ ſpice et granoꝝ mirtilloꝝ. Naʒ in altera iſtaruʒ materieꝝ non ꝯueniunt ſubtiliatiua neqꝫ inciſiua ꝛ vt patet ꝯſiderāti: ideo intēdenduʒ eſt cuʒ inſpiſſantib⁹ ꝛ aliqualiter ꝯſtare facientib⁹ māam ne fluat. ꝛ ideo ſi decoquant illa ſimplicia que dicta ſunt i aqua calibeata erit cōuenieti⁹. ꝙ ſi materia fuerit viſcoſa nocēs: tūc ad digeſtionē fiat ſirupus vt iſra. ℞. oximellis ſimplicis mellis ro. aā. ʒ. vj. ſirupi de ſticados. ʒ. ij. cū aquis meliſſe arthemiſie ꝛ praſſij aā. ℥. j. miſce: et poteſt aromatizari cum cinamomo vel galanga vel aliquo huiuſmodi. ꝛ ſi participet cū viſcoſitate terreitate ꝛ fuſcedine ꝓpter ꝑn̄tiam humoris melācolici poſſet poni in ſirupo aliquid ſirup. de biſantijs vel de epithimo cū aqua ſcolopēdrie ꝛ aromatizari ēt cū modico croci. ꝛ in tali mā flegmatica ſimul cū ꝑticipatōe melācolie poſſet fieri ſirupus magiſtralis vt iſra. ℞. meliſſe praſſij matricarie aſſari aā. M. j. radicū enule. ℥. j. leuiſtici ſcolopēdrie aā. M. ſ. blace biſantie calami aromatici aniſi aā. ℥. ſ. decoquātur cōueniēter ꝛ fiat ſirupus cū melle ꝛ pauco aceto ſquillitico ad maiorē ꝓfundationē: poſtea aromatizet cū grana quattuor muſci ꝛ ambre aā. ij. continuet iſte ſirupus cuʒ aquis appropriatis vt meliſſe ſcolopēdrie calamenti vel ruthe ꝛ ꝯtinuet tribus vicib⁹ vel quinqꝫ. Qđ ſi mā frigida fuerit liquida tandē facta digōne ꝛ equatōe in mā liquida fiat eūo vt infra. ℞. turbith ꝛ agarici aā. ʒ. j. mirabolanoꝝ chebuloꝝ ꝯtuſoꝝ. ʒ. vj. ſpice ꝛ ſquināti aā. ʒ. ſ. infundātur i aquis abſinthij ꝛ meliſſe. ꝛ ſi ꝯiungat acuitas addat aqua plātaginis ꝛ fumi terre in iſuſſione: et ſtent in iſuſione per. xij. horas: poſtea fiat colatura cui addat caſſie extracte. ℥. ſ. benedicte ſimplicis. ʒ. ij. mellis roſati. ℥. j. miſce ꝛ fiat potio. ꝛ ſi non ſufficit doſis addat. ʒ. ſ. elebori indi maioris. ꝛ ſi nō placet i forma potōis potes facere pillulas de benedicta ſumēdo ſpēs eius et icorporare cū melle roſato: et cōiūcta acuitate ſimul addere de mirabolanis chebulis vt dictū ē. etiā modicū reubarbari ſi addat non diſcōueniret. Sed vbi mā fuerit viſcoſa vel mucilaginoſa oportebit vt infundātur turbith vel agaricus i aqua decoctiōis acori ſticados meliſſe et matricarie cū modico oximellis ſquillitici ꝛ ponat zinziꝑaꝝ cum reliquis ꝛ tunc iuuabit opatio illoꝝ ſolutiuoꝝ ad materias magis groſſas et oportebit has eūones cū digeſtiuis ſuis aliquotiēs bis vel ter reiterare. Quib⁹ factis eūonibus ſi poterit poſtea fieri diuerſio per vomitū cū vomitiuo appropriato erit plurimū ꝯueniēs. fricatiōes ēt extremoꝝ ſuperioꝝ maxime ꝛ fricatōes capitis ꝛ pectinationes vbi mā fluat ex capite erunt multi iuuamēti. Quibus expeditis intentionib⁹ de eūone ꝛ diuerſione humoꝝ peccantiū i toto oportebit ſimul cū his q̄ ꝑticulariter eūant māam ex matrice rectificare mēbra a quibus demandabat mā vt cerebrū ſtomachos ꝛ epar cū appropriatis cōfectōibus ꝛ ſacellatōibus ꝛ reliquis medicinalibus iteri⁹ vel exterius ſm̄ lapſuʒ horuʒ membroꝝ ꝛ ꝓprie ꝯfortātibus. in caſu igit maxime ꝯueniēs ē exhibere. ʒ. j. tyriace bone vel metridati cū. ℈. j. trifere maioris. ꝛ ita valent reliq̄ cōfectōes calefactiue ꝛ exiccatiue de diambra diamuſco ꝛ diamargariton ꝛ ſimilibus remittēdo caliditatē ſi fuerit ꝯiuncta acuitas i mā cū diabugloſato

buglosato vel zuccaro rosato ꝛ alijs ꝓportionalib⁹. Et circa
mām vt euētur ex matrice oportet primuz intendere anteq̄z cir
ca matricez apponātur stiptica desiccātia ne per ea cum purga
tur materia intra matricez que debet expelli vt mundificetur.
Proinde dicebat Auic. postquā ordinauit flobothomiā ꝛ solu/
tionē vētris si indiget addit: deinde clisterizet matrix ī primis
cum mundificatiuis ꝛc̄. ꝛ ibi laudat decoctionez prassij ꝛ ireos
que sunt fortia abstersiua. Sz hic opz aduertere q̄ vbi mā par/
ticipet acuitate et sit liquida: talia fortia abstersiua nō ꝯueniunt:
sed opz īcipere a remissiorib⁹ abstersiuis sicut ad aquā zuccari
ꝛ mellis. ꝛ stāte forti acuitate ꝛ punctōe valebit aqua ordei ꝛ aq̄
lactis caprini. Sz vbi mā eēt mucilaginosa ꝛ grossa: tūc de/
coctio prassij et ireos est multū ꝯuenięs. Et vbi mā sit medie sub
stantie: decoctio furfuris cum melle magis appropriat et forti⁹
erit si perforet collogntida. ꝛ si fuerit recens erit melior ꝛ īpleat
oleo de lil.o ꝛ dimittat in loco calido sic die nocte donce sugat
totū oleuz ab ea: deinde cuz expssione eius colet calidūz ꝛ cliste
rizet cuz eo matrix qn̄ est tepiduz: aliqn̄ ēt ꝯsueuerūt medici mū
dificare matricez cuz suppositorijs vel pesarijs q̄ ēt appropriant
diuerso mō fz diuersitatē māe. Nā stante mā grossa si liget. ʒ.
j. metridati vel. ʒ. in petia rara ꝛ supponatur mulieri per totam
noctē fortiter mūdificat mās tales: idez operat tyriaca antiqua
ꝛ trifera antiqua. Et vbi mā sit mediocris in grossitie tunc si
sumat cotū ꝛ imponat cotū in terbētina ꝛ supponatur multum
purgat matricē: idem facit succus mercurialis. imo ꝛ folia eius
aliquātulū ꝯtrita ꝛ ligata ī petia rara ꝛ supposita mūdificat ab
humiditatib⁹ putridis vt sepe expientia vidi. ꝛ si fuerit ꝯiuncta
acuitas ꝛ mordicatio in mā pōt addi cū dictis folijs mercuria/
lis de fumo terre recēti si habeat: vel infundātur in succo eius
vel decoctōe eius dicta folia postea pesarizētur vt supra. ꝛ idez
ēt operant folia lapacij acuti ꝯtrita ꝛ talia clisterizata vel suppo
sita ꝯtinuētur vsq̄z dū mūdificet. Signū aūt pfecte mūdifi/
catōis eius q̄ cū talia subijciētur aliqualē causabunt dolorē vbi
prius nō causabāt vel intēsiorē notabiliter q̄z prius. qua ꝯpleta
intētōe mūdificatōis addebat Auic. deinde ꝯtinuer post id adhi/
beantur clisteria cū stipticis clisterizatis. nā talia clisterizata vt
dicit magis operant ꝛ sup. ꝯueniētius post euationē: ꝛ tūc ꝯue/
nientius ēt possumus applicare stiptica p superius cuz ebibitis
ꝛ comestis electuarijs vel ꝯfectionib⁹ calidiorib⁹ vel minus ca/
lidis fm varietatē dispōnis materie: ꝛ de cōfectionib⁹ ꝯuenien
tius ad exiccationē in forma electuarij ī mā mediocri ꝛ putride ē
vt sumātur. ℥. ʒ. speciez diamargariton vel ꝯfectionis de mar
garitis Auic. posite 2ª tertij in reginune vniuersali pregnātis ꝛ
cū. ℥. j. diabuglosati ꝛ. ℥. ʒ. zuccari ros. ꝛ cuz miua citoniorum
aromatica fiat cōfectio. Et in mā magis grossa ꝛ viscosa possūt
addi species pliris arcoticon. ꝛ si mā ad melācolicū declinet po
test addi de corticib⁹ citri ꝛ xiloaloes ī cōpōne simul cū seta cru
da incisa. Fit ēt electuariū in ista mā faciens ad cōceptum si im/
pedimentū fiat cā cursus matricis: desiccat enim mās ꝛ matri/
cem ꝯfortat vt ifra. ℞. cinamomi gariof. galāge xiloaloes zinz.
añ. ʒ. j. blance bisantie croci spice nucis muscate rosarum rub.
cardamomi macis piperis longi trociscorum diarodon sanda/
lorum citrinorum sirici crudi incisi ambre añ. ʒ. ʒ. musci gra.
quattuor confice cum zuccaro albo dissoluto cum. ℥. iiij. siru/
pi rosati: dos. est. ʒ. iij. vsq̄z ad. ℥. ʒ. cum potu vini aromatici.
Cura. Uemendo iaz vltio ad curā huiꝰ accñtis retentionis menstrui opz prīo supponere q̄ scripta sunt supra: q̄ nō oīs talis retentio īdicat de sui ꝓuocatōe: īmo est quedā que nulla curatiōe īdiget vt que fit a cā nāli de pregnāte ⁊ similibꝰ. īmo ēt que fit a cā nō nāli vt ex extenuatōe humorū ⁊ paucitate cibi ⁊ sanguis in toto vel ī matrice quecūqz cā fuerit in hac nō debeť ꝓuocatio sed soluz regimē resumptiuū vt statiz diceť in hac dispōne est ꝯueniēs. Quedā etiā in qua talis retētio sequiť cām p̄ter nām vt oppilatōez ꝯtingentē ꝑꝑ ꝯsolidatōez vlceruz que fiebāt ī matrice est difficilis curatōis: cui quasi nunq̄z debeť ꝓuocatio saltē ꝑ exhibita per superiꝰ. Naz de hac dicebat Serap. ⁊ oppilatio q̄ accidit ꝓpter ꝯsolidatōez vlceꝝ q̄ sunt in orificio matricis vel sup. ī orificijs venaꝝ matricis qñ ꝯsolidanť est difficilis curatōis valde: ⁊ fortasse est de cuiꝰ sanatōe desperať oīo vt dixit. Sz addit q̄ si īpelleris ad curatōez illius sup. ꝑtinaciter ab infirma: tunc cū emplastris ⁊ pesarijs lenientibus aperientibꝰ opz vt curemꝰ eā. Tm̄ ergo debeť cura cū dieta ⁊ potōe retentōi p̄ter nāz ad quā nata ē passio seq ⁊ curatio futura ē possibilis q. tñ diuerse spēs retētōis diuersas hñt cās: quaꝝ q̄libet diuersa īdiget dieta. Jccirco multi auctoꝝ nullaz de dieta fecerūt mentōem in tali casu. Et si alicubi est reꝑta dieta spālis in casu: talis est reꝑta in retentōe menstrui ꝯtigentis a causa vt plurimū eueniente vt fecit Maly. ad finez capituli ordinādo regimen cū exercitio forti ⁊ multo ⁊ ieiunijs cum diminutōe cibi habens consideratōem ad retentōez contingētez a frigiditate ⁊ presentia materieꝝ grossaꝝ viscosaruz oppilantiū ⁊c. Jdē fecit Azaranus 27ª particula cap° 24° de cibarijs ꝓuocantibꝰ menstrua ⁊ vrinaz. nā ordinās dietaz ī cibo dixit q̄ cibi ꝯuenientes sunt panis nō tamisatus cū feniculo cimino ⁊c. vt supra declaraui in dieta difficultatis vrine. Stante igiť ista causa viteť aer frigidus ⁊ grossus ⁊ vētosus: ⁊ fiat electio aeris ad calidum declinātis: ⁊ hic exercitiū ⁊ motus ⁊ fricatio inferioꝝ ⁊ ita vigilie in casu ꝯueniūt. Et ita declinēt cibi ad subtiliatiuū ꝓuocatiuum: ita vt sint etiaz carnes cocte cum raffanis ⁊ spargis ⁊ similibus ⁊ brodiū ciceroꝝ ⁊ faseoloꝝ ⁊ ꝓprie rubeoꝝ multū ꝯmendantur cum stat tempus ꝓuocatiōis ⁊ dimittere ēt ⁊ in cibis ⁊ medicinis oīa stiptica acetosa ⁊ ingrossatiua humoꝝ: ⁊ hic similiter ē obseruandū qñ retentio mēstrui maxime sequiť superfluitatem pinguedinis: qm̄ tunc regimē debz esse calefactiuū subtiliatiuum īcisiuū ī occursu omniū rerū nō naturaliū: ⁊ hic singulariter laudať exercitiuz frequēs ꝯsequutiuū. ⁊ sicut dico de cibo: ita intelligať de potu ēt aromatizādo cibaria cū cinamomo ⁊ cū cassia lignea ⁊ modico croci. Jta vtēdo potu aromatico vt vino subtili albo vel saltem medij coloris. Sz hec regula non debet ī alijs speciebꝰ retēti menstrui obseruari: qñ stante caliditate excessiua adurēte humores ⁊ īgrossante: tūc opz vti regimine īfridatiuo ⁊ humectatiuo ī cibis tamē aperitiuis. nā vt dicebat Serap. curatio haꝝ egritudinū ē cū remotiōe facientiū eas ⁊ remotio eaꝝ est cū ꝯtrarietate. Et in hoc sepe ꝯtingit error in regimine ⁊ ī medicīs ī retētione menstruoꝝ: qm̄ cōmuniter medici intēdunt cū calefaciētibus subtiliātibꝰ ⁊ aperientibꝰ ⁊ addunt in causaz: iō hic oz bene attēdere maxime ī dieta: ⁊ hic aq̄ ordei singulariter laudať ⁊ cibi humectatiui. De olerībꝰ infrigidantibus ⁊ humectātibus sunt vt de lactucis spinachijs cucurbita citrulis endiuia matribꝰ violaꝝ impinguatis cum oleo violaꝝ ⁊ amigdalaꝝ dulciū dimittēdo omnia calefaciētia maxime sicca. Jllis aūt quibus accidit hec egritudo ꝓpter extenuationez ⁊ paucitatē cibi in venis siue ꝓpter egritudies p̄cedētes siue fortia exercitia vel ieiunia vel alijs vijs euātionū: tunc dicebat Serap. ⁊ Halyab. q̄ cibi qui sunt multi nutrimēti ⁊ potꝰ vini ātiqui.i.nō grossi nō tamē acuti: īmo si fiat notabilis mixtio cū aqua zuccari melius iuuabit ad humectandū ⁊ quies ⁊ tranquillitas ⁊ delicie ⁊ ociū: omnia talia humectātia in casu multū valent: ⁊ breuiter regimen sit resumptiū sicut alias sepe dictum ē. Et si cā fuerit mala ꝯplexio frida tm̄ vel calida ⁊ sicca ꝯstringens ⁊ extenuās sine mā: tunc dieta ꝯueniens fit cū calefaciētibus cibis vel infrigidātibus humectātibꝰ tamē de quibus sepe dictū est. ⁊ similiter si fuerit ex pāniculo orto faciente clausionē vel ex apatibus in matrice: oz vt intēdať cū mitigatiuis ⁊ faciētibus in dieta ad curā apatum ⁊ clausionis sepe dictis: ⁊ iō hic opz recurrē ad superius sepe dicta sicut etiaz quādo cā essz per viam cōitatis ledēs vt ex nocumēto epatis vel stomaci vel aliorum mēbroꝝ. ⁊ hoc totū insinuauit do. Aui. in duobꝰ verbis in principio capituli curatōis huius nocumēti docens nos abbreuiare verba quātum possumꝰ dixit: Cura quidem sup. cū dicta pendēte ex calefactiōe ⁊ īfrigidatōe ⁊ generatōe sanguinis sup. grossi ⁊ humectatōe corporis sup. facientis oppilationē ⁊ curationes apostematū sup. matricis vel membroꝝ vicinoꝝ ⁊ cura clause.i.pāniculi generati ⁊ similium vel carnis addite vel sanguinis coagulati ī poꝛis ⁊ similium vt cicatricū sunt nota omīa talia sup. ex parte regiminis ex radicibꝰ iteratis.i.ex canonibꝰ sepe dictis. ⁊ hec sufficiāt quantū ad dietam.

Medicinalia. Ueniēdo nūc ad medicinalia primū ī ea que ē impossibilis quasi curatōis ꝑ ꝓuocatiua vt ꝓpter carnē ortam vel pāniculū generatū vel cicatrices ⁊c. in quibus ꝓuocantia data desuꝑ essent ad nocumentuz ī isto casu retento sanguine ꝯsueto euacuari nisi preseruet corpꝰ mulier cadet in egritudines vt dictū est supra. Et iō primum ītendendū est talibus nocumētis aptis euenire: deinde attēdendum ē curationi cū localibꝰ possibilibus saltē ꝓhibendo augmētum cause ēt si de curatōe eēt desperatio. Circa ergo primuz preseruādo a nocumentis ꝓpter retentionē sanguinis consueti emitti per mēstrua ⁊ periodice fiat minutio sanguis ex basilica vel cōmuni vt nō multipliceť: ⁊ fiat etiā mundificatio materierum quaꝝ portio miscebať cū sanguine cū appropriatis medicinis ad materiā: ⁊ inducanť exercitia in tēpore debito fieda ad ꝓhibitionē aggregatōis materieꝝ in toto: ⁊ fricationes ad hoc plurimū valēt. Et hoc īsinuauit Auic. cum dixit: ⁊ facta qdez a clausura que nō curať ⁊ ab oppilatōe orificioꝝ venaꝝ ab īcarnatōe vlceꝝ ⁊ alijs: eius cura est abstractio sanguis vt nō multipliceť ⁊ mūdificatio corporis ⁊ vsus exercitioꝝ. Deīde veniēdo

ad localia. nā ſi fuerit retētio talis ꝑ hoc ꝙ generatꝛ pāniculus:
tūc dicebat Raſ 9° ꝯtinētis accidit matrici qđ obturatꝛ os eius
⁊ efficitꝛ tunica ſuꝑ illđ ⁊ cū ea nō erit dolor: neqꝫ alia emanatio
⁊ vtendū eſt medicatōib⁹ ſup. localib⁹. Addit vñ ſedeat ī aqs le/
nificatiuis ſicut ī decoctōe ſeīs lini ⁊ fenugreci: ⁊ cliſterizanda ē
cū cliſteri in p̄rio cū his reb⁹. etiā valet vt ſedeat mulier ī aquis
mūdificatiuis ⁊ lenificatiuis dictis ⁊ cū oleo ſup. de lilio. ⁊ ſup
poſitio ēt fiat cū lana īfuſa in oleo lilino. radix ēt corone regie. i.
meliloti ſi īfundatꝛ ī dicto oleo ī hoc valet. Deīde ordinat vt fiāt
canule ⁊ ſi īuoluantꝛ in lana ⁊ infundantꝛ in oleo ⁊ ſupponantꝛ vt
ꝑtingāt vſqꝫ ad pāniculū cuꝫ aliq̄li ipreſſiōe leui: ⁊ fiāt ī ꝓceſſu
maiores ⁊ groſſiores. Si mulier tolleret vſqꝫ ad ruptōeꝫ pā/
niculi vel mīoratōeꝫ carnis addite cū medicis putrefactiuis vel
corroſiuis eius ſꝫm ſcientiā cirugicoꝝ expertoꝝ. Et qñ iſta non
ſufficiāt addebat Raſ ī tali caſu ⁊ ēt in emoroidib⁹ q̄ aliqñ ſunt
cā clauſiōis cū q̄bus etiā ꝯiungitꝛ dolor. Qđ niſi mitigetꝛ dolor
ſup. cū dictis mitigatiuis: vtēdū eſt corroborātib⁹ lenificatōeꝫ
eiꝰ ſꝫ. i. cū ſuppoſitorijs vel peſarijs cū adipe anſerino ⁊ medul
la oſſiuꝫ ceruoꝝ ⁊ bdelio. Addit: ⁊ niſi ſuffecerit vtendū ē cura
cū ferro īcidendo pāniculū vel ſup. aliā carneꝫ additā vel emo/
roidas ſꝫm modū debitū. Et ſi aꝑa matricis vel circūſtātiū fue
rit ī cā aut declinatio matricis fuerit ad maluꝫ ſitū dicebat Se
rap. tūc opꝫ vt ſtudeam⁹ ī primis in curatōe haꝝ egritudinū: qꝛ
qñ ſanantꝛ remouentꝛ ea q̄ ſequuntꝛ ipſas ⁊ retentōe mēſtruoꝝ ⁊
ſup. ⁊ ipſa retentio: īmo opꝫ vt redeam⁹ ad ea q̄ ſcribuntꝛ in di/
ctis capitulis. Et đ hoc dicit. A. ⁊ curatōes aꝑatuꝫ ⁊ cura clau
ſe vel clauſure ⁊ ſimiliuꝫ ſūt nota ex radicib⁹ iteratis. Si ve/
ro cā fuerit paucitas ſanguīs ī toto potiſſima: curatio ſtat ī die/
ta reſumptiua vt dictuꝫ eſt ſupra: ⁊ ex ꝑte qetis ⁊ deliciaꝝ ⁊ ci/
boꝝ humectātiū ſubſtātifice ⁊ tādeꝫ multiplicato ſanguine ī to
to ꝯueniēter: deīde ſanguinē ad matricem ꝑ modos īfra dicen/
dos. Et ſi retentio mēſtruoꝝ eſt ex ſiccitate p̄ncipalr: confert
balneatio cū aq̄ dulci vel decoctōis reꝝ humectātiū ad calidꝫ
declinātiuꝫ vel īfrigidātiū vel tēperataꝝ ſꝫ ꝙ ſiccitati ꝯiungitꝛ
caliditas vel frīditas vel tꝑantia in actiuis vt in cā ſicca cū cali/
ditate fiat decoctio lactucaꝝ maluaꝝ matris violaꝝ or. excorti
cati ⁊ floꝝ nenufaris ⁊ ſimiliū. Et ſi cuꝫ frīditate fiat balnea/
tio cum aqua decoctōis ſemīs lini fenugreci ⁊ ſiſami ⁊ radicuꝫ
maluaruꝫ ⁊ althee ⁊ impinguetꝛ cuꝫ oleo amigdalino ⁊ pingue/
dine galline ⁊ butiro ⁊ ſimilib⁹. Et ſi coniungantꝛ tēperantia
in actiuis fiat decoctio cū althea meliloto paritaria arthemiſia
⁊ camomilla ⁊ cuꝫ multo oleo cōmuni īpinguata: ⁊ fiat ſeſſio in
ea tepida vſqꝫ ad vmbilicū mane ⁊ ſero: ⁊ fiat inunctio ad totaꝫ
ſpinam cum oleis ſimilib⁹ proportiōatis. Sed cui coniungi/
tur frīditas magis que ē cōſtrictōis venaꝝ ꝓpter vehemētiam
ei⁹ ⁊ īſpiſſatōis ſanguīs ⁊ ꝯñr ⁊ ſtipticitatꝫ: tūc dicebat Serap.
⁊ idē dicit Haly. ſufficit ī ꝓuocatōe eoꝝ vaporatio cū ſpecieb⁹
ſup. aromaticis ſicut dixit optim⁹ Hypo. ī tractatu quinto li/
bri affo. ſ. illo affo. Muliebria educit ex aromatib⁹ ⁊c. vbi vt di
cit Serap. ſermo eius ē ꝙ calefactio cū rebus aromaticis eſt ex
eis que ꝓuocant ſanguinē mēſtruū ⁊ exemplificat. ſ. illa q̄ fit cū
caſſialig. ⁊ coſto ⁊ amomo ⁊ carpobalſamo ⁊ cīnamomo ⁊ flore
ſquinanti ⁊ aliīs ex eis q̄ ſūt ſil'es eis ī virtute ⁊ aromaticitate. Et
adducit verificādo rōnē huius qđ ē qꝛ vaporatio cū huiuſmodi
ſpēbus ſubtiliat groſſitudinē ſanguīs ⁊ īcidit eā ⁊ aperit oppila
tōem que accidit ī īſtrumētis mēſtruoꝝ ⁊ calefacit frigiditatem
ſanguīs ī vaſis ī quib⁹ ē retētus ſup. ꝑꝑ ſpiſſitudinē acquiſitaꝫ
ex frīditate: vnde ſup. humectatꝛ ſanguis ⁊ fit fluxibilis. Pro/
pterea addit: ⁊ hūectat ſup. talis euaporatio vt ros exiccationē
ſubſtantie ei⁹. Et hic bñ notate ꝙ lꝫ vt dictū ſit de mēte Hyp.
ꝙ calefactio ex aromatib⁹ iuuat ꝑ modos dictos. tamē hoc in/
telligi dꝫ tantūmō de calefactōe facta ex euaporatōe ꝑ deorſuꝫ
⁊ nō ꝑ medicinas ſumptas ꝑ ſuperi⁹. nā tales nō debēt eē aro/
matice ⁊ ſi ſint calefaciētes ⁊ ſubtiliatiue. Nā iſtū canonē po/
ſuit Aucꝫo. ī caplō ꝓprio dixit loquēs ī caſu: vbi hūores groſſi
⁊ viſcoſi ſūt ī cā vt ſtatiꝫ dicetꝛ tūc erit neceſſari⁹ ſirupus aceto/
ſus ſquilliticus. Addit: ⁊ erit neceſſe ī oīb⁹ adminiſtratōib⁹ tuis
ſup. datis deſuꝑ admiſcere que faciūt declinare virtutes medi
caminū ad ꝑtes matricis: qđ dictū ē multū notādū ī tota cura.
Addit: ⁊ medicīe bone ad hoc ſūt ī quib⁹ ē virt⁹ ꝓuocādi ⁊ mul
tiplicādi ⁊ ī quib⁹ ſit odor fetidus. vñ ꝯcludit: apiū vero ⁊ ame/
os ⁊ daucuꝫ ſunt bona ad hoc. feniculus ē bon⁹ ī hoc: hꝫ eīm đ
fetiditate qđ ſufficit vt dixit. Si vero cā fuerit mā groſſa vi/
ſcoſa oppilās ꝓprie flegmatica vt ſepe euenit: tūc nō ſufficit tm̄
euaporatio ꝑ deorſuꝫ cū aromatib⁹ maxīe cū ꝯiungitꝛ ī toto re/
pletio aliquotiēs ſanguinea aliquotiēs alioꝝ humoꝝ. Nā in di
cto caſu ſi ſola fiat euaporatio cū aromaticis fieret ꝯmotio ī mā
ī toto exiſtēte ⁊ ꝯuerteretꝛ ad matricē ⁊ eēt cā maioris oppilatio
nis: īmo tūc opꝫ ꝑ ſuperi⁹ pri⁹ occurrere ēt aliquotiēs cū flobo
thomia. Et đ hoc loquēs dicebat ēt Serap. ſi aūt cāe que ꝓhi/
bent curſū mēſtruoꝝ ſūt magne fortes nō ſufficit tūc calefactio
ſup. facta ꝑ euaporationē ꝑ deorſuꝫ cū iſtis reb⁹ aromaticis in
ꝓuocatōe mēſtruoꝝ vt dixit. Quaꝑꝑ opꝫ vt adminiſtretꝛ regi/
men ſubtiliatiuū ſup. ſtante mā groſſa ⁊ mūdificatio cū medici/
nis ſubtiliatiuis: de ꝓprietate quaꝝ ē vt euacuēt humoreꝫ ꝑꝑ
quē īgroſſatꝛ ſanguis ſup. flegmatic⁹ vel melācolicus ⁊ ꝑꝑ quē
oppilātur orificia venaꝝ ī quib⁹ deſcēdit talis hūor. Ad pra/
cticā ergo veniēdo ī corpore plectorico ī quo ꝑꝑ groſſitiē ſangui
nis ⁊ multitudinē eius ſit oppilatio in venis matricis: cōiuncta
ēt ī habitudine toti⁹ repl'one ſanguīea: ēt ſi ſimilis ī matrice eēt
oppilatio a mā groſſa flegmatica viſcoſa ī tali cāu ad mām ī to/
to exiſtēteꝫ ꝯuenit flōmia fiēda de vena cōi nō nimie quātitatis
ne ſanguis ꝯuertatꝛ ad ſuperiora. Et nō fiat flōmia ſaphenaꝝ in
iſto cāu niſi pri⁹ facta flōmia de vena cōi: qm̄ fieret ꝯmotio for/
tis ī mā totius ſanguīea: ⁊ ꝯuerſio verſus matricē ⁊ maior oppi
latio ꝯñter. Si ēt eēt ī toto pñtia humoꝝ flegmaticoꝝ viſcoſoꝝ
vel alr groſſoꝝ vnde ꝑ cōitatē eoꝝ īgroſſetꝛ ſanguis ī venis ma
tricis: in hoc ēt caſu añ flōmiā ſaphenaꝝ ⁊ ꝯuerſionē ſanguinis
ad matricē ē pri⁹ preꝑanda mā ī toto cū digeſtiuis ad euōneꝫ ſi/
mul cū mā exñte ī venis matricis ⁊ ē euāanda cum appropriatis
medicis ad eā. ⁊ đ hoc dicebat Viaticus ī caſib⁹ dictis: Medi/
cem⁹ auferētes res illas vñ egritudo ſolet euenire donec cā mē
ſtruoꝝ. ſ. retētōis maior. i. antecedēs ſit ablata. deinde īcipien
duꝫ nobis ē a flōmia in vena que vocatꝛ ſaphena ⁊c. Et ita vult
dñante mā flegmatica ī toto vel ſanguīe ī venis matricis: vnde
reddatꝛ ieptus ad motionē ⁊ fluxibilitatē oportebit ipm̄ predige
ſta mā ⁊ euāata flegmatica pri⁹ habilitare ad fluxū anteqꝫ fiat flo
bothomia ſaphenaꝝ. ⁊ ita ſi fuerit dñans ſanguis in toto vt cā
añcedēs ꝑꝑ multitudinē retētōis mēſtrui dꝫ fieri flōmia pri⁹ de
vena cōi vel baſilica qꝫ de ſaphenis vt ſupra dictuꝫ ē: ꝯtra quē
canonē ſepe īcidūt medici ad modica reſpiciētes ⁊ forte ducti er
rore ꝓpter verbū. d. Raſis ī diuiſionib⁹ cū dixit ī fine hui⁹ ca
pituli: ⁊ flōmia ſaphene ē ex eis q̄ ꝓuocāt mēſtrua: ſꝫ flōmia ex
manu abſcīdit ea. ⁊ ſil'eꝫ ſnīaꝫ ponit Gal. ī ſuo đ flōmia parti/
cula 6ª. ⁊ ponitꝛ a Rabi. 16ª ꝑticula cū dixit: flebothomia ma/
nus in aꝑatibus matricū impedit menſtruū: ⁊ iō caue tibi ab il/
la ſup. cū eſt neceſſitas mēſtruatiōis. Et addit: ſed flōmia ſup: a
cauillā. i. ſaphenaꝝ facit ad menſtrua ſup. ꝓuocatiua ⁊ hec an/
te tēpus ſup. ꝯſuetū menſtruoꝝ dieb⁹ trib⁹ vel quattuor. Un/
de hic bene nota ꝙ cū debꝫ fieri flōmia ſaphene ad ꝓuocanduꝫ
ſemꝑ debet fieri per tres vel quattuor dies āte tp̄s ſolitū men/
ſtruationis: hi text⁹ debēt intelligi cū ſale qñ. ſ. ē ſola ītentio ad
euāndū ſanguinē ex matrice. nam tunc euātio vt dicit Gal. dꝫ
fieri ꝑ copulatas venas ad matricē. i. īmediatā alligationē ha/
bentes qđ nō eſt ī caſib⁹ dictis cuꝫ tunc ſit p̄ria ītentio exequu/
tionis ad antecedētē cām vt dictū eſt. aliquotiēs ergo conuenit
ī habitudine ſanguinea fieri debere flōmias de vena brachij ad
minorādū plenitudinē: ſꝫ nō fiat copioſa nimis ne diuertatur a
matrice vt dictuꝫ ē. ⁊ aliqñ opꝫ fieri euātionē de mā que miſcetꝛ
ſanguini īmobilitante ipm̄ prius tamē ipſa digeſta: cuius digō
cū ſit mā groſſa ⁊ flegmatica vtplurimū dꝫ cōpleri per ſubtiliā
tia ⁊ icidētia: exēpligratia cū ſirupo vt īfra. ℞. oximellis ſimpli
cis. ℥. j. ſirupi de duabus radicib⁹ ſine aceto ℥. ſ. aquaruꝫ ar/
themiſie apij ⁊ feniculi añ. ℥. j. miſce: cōtinuetꝛ q̄ttuor vel quin/
qꝫ vicib⁹: prius tñ bonuꝫ eēt vt ēt ſupra dixi ante ſirupos aꝑiti/
uos ſumere. ʒ. j. pillulaꝝ elefangiaꝝ poſt quos ſirupos exhibea
tur medicīa eductiua materieꝝ appropriataꝝ ad educendū ma/
teriā flegmaticā groſſaꝫ: nō tm̄ a toto ſꝫ ſpāliter a matrice cum
his que ſtatiꝫ dicentꝛ. Et facta dicta euātiōe ſi nō ſufficit dicta
mūdificatio oportebit aliquotiēs bis vel ter reiterare dictā eua
tionē ſꝫm maiorē ⁊ minorē cacocimiā in corꝑe repertā: ſemꝑ ꝑ/
digerēdo cuꝫ fortiorib⁹ ī ꝓceſſu qꝫ ante: vñ tunc valebit oximel
ſquilliticū cuꝫ ſirupo de calamēto cū decoctōe rubee tinctoꝝ ⁊
apij ⁊ calamēti: ⁊ aqua ſublimatōis ruthe ē multū in hoc efficax
⁊ ſemꝑ aromatizentꝛ ſirupi cū cīnamomo vel ſpica ꝓpter ꝯuer/
tere ad matricē. Ad digeſtionē etiā taliū materieꝝ: vꝫ facta ad
minus ſemel euātōe ſirup⁹ de arthemiſia magiſtralis: cui⁹ de/
ſcriptio ponitꝛ vt īfra. ℞. arthemiſie. M. ij. pulegij calamēti ori/
gani meliſſe ꝑſicarie ſauine ſanſuci cāpane camedreos ꝑforate
camepitheos matricarie cū flore cētauree mīoris ruthe betho/
nice abugiliſſe añ. M. j. radicū feniculi apij petroſilij ſꝑgi bru/
ſci ſaxifragie enule diptami ciperi rubee tinctoruꝫ ireos peonie
añ. M. j. ſemis iuniperi leuiſtici petroſilij apij aniſi nigelle car/
pobalſami coſti aſſari piretri caſſie lignee cordumeni calami aro
matici ſu. añ. ℥. ſ. ꝯquaſſentꝛ ⁊ infundātur ī aqua fluuiali ſuffici
enti per diē ⁊ noctē: poſtea decoquātur ad medietatis aque cō/
ſumptionē: ⁊ tunc dimittantꝛ ab igne donec aqua tepuerit ⁊ tūc
cū manib⁹ fricētur ī ipa aqua: ⁊ poſtea colentꝛ ⁊ ī colatura addatꝛ
mellis ⁊ zuccari qđ ſufficit ad ꝑfectionē. ⁊ ꝓpter viſcoſitatē hu
moris addatꝛ de aceto acuto vel ſquillitico magis ⁊ min⁹ ſꝫm ꝙ
placet ⁊ fiat ſirup⁹ et aromatizetꝛ cū cīnamomo ⁊ ſpica. Poſtea
fiat taliter digeſta mā euātio cū medicinis appropriatis vt cum
īfuſione agarici cū turbith ī oximelle ⁊ aquis appropriatis. Po
ſtea addēdo de electuario indo qđ ē ſingulariſſime ī caſu nr̄o. ⁊
bñdicta hic ēt multū ꝯmēdatꝛ ⁊ pillule ei⁹ ⁊ hyera ſimplex Gal.
⁊ pillule fetide ⁊ ſimiles ſꝫm doſes cōes. Et ſi mā fuerit ſanguis
groſſus a caliditate īſpiſſat⁹ tūc oportebit ſi illa caliditas cōſer/
uetur a mā ī toto ꝑcipue colerica ītendere ad digōneꝫ illi⁹ mate
rie ⁊ ꝯñter ad euātionē cū alerātib⁹ frīdis aꝑitiuis tñ ⁊ vim ha/
bentib⁹ ēt ad matricē de quib⁹ eſt ſirup⁹ de iuiubis ⁊ de ſucco
endiuie cū decoctōe ſeminuꝫ cōium frigidoꝝ maioꝝ ⁊ ī magna
īcenſione ſirup⁹ de papauere cū aqua decoctōis ordei: ⁊ ſeminū
cucurbite ⁊ papaueris multuꝫ facit. ⁊ ſi ñ fuerit magn⁹ exceſſus
ī caliditate ſꝫ ꝓpter diuturnitatē actōis ſit īſpiſſata mā: tūc poſ
ſumus ītēdere cū quaſi tēperatis ſubtiliātib⁹ tñ ⁊ aperitiuis vt
cū ſirupo de biſantijs ⁊ cū aqua capilloꝝ ve. ⁊ lupuloꝝ ⁊ ſpar/
goꝝ. Et ſi volum⁹ calefacere magis paꝝ tñ aqua camomille ſco
lopēdrie vel cuſcute habebūt ī hoc bonā intētioneꝫ cum ſirupo
de biſantijs ⁊ cū ſirupo de duab⁹ radicib⁹. Et iſta ēt valebunt
ī ſanguīe groſſo quaſi fecali nō per viā aduſtionis īſpiſſato. po/
ſtea facta preꝑatōe ī mā fiat ꝯñr euō de mā ī toto ſimul ēt cū ap
propriatis ad matricē. ⁊ ī hoc ad mām colericā cōſeruāteꝫ adu/
ſtionē ⁊ ad ſanguinē ſpiſſuꝫ per viā feculētie vꝫ īfuſio reubarba
ri ſingulariter ī aquis endiuie ⁊ lupuloꝝ: ⁊ hoc nō pretermittatꝛ
ad

ad apertionē ad ꝓuocationē quin cadat i societate eiꝰ spica cuꝫ modicissimo vini subtilis aromatici nisi fuerit nimia flāma i toto qm̄ tunc dimittēdū ē vinū. Nā spica ꝯuertit ad matricē ⁊ in infusione ponat̄ ēt de aqua arthemisie qm̄ magis appropriabit̄ ad intētionē īfundēdo. ʒ. ij. vel. iij. reubarbari s̄m ꝙ dictū est ꝑ duodecim horas postea colature addēdo d̄ succo rosaꝝ. ℥. j. vel ʒ. x. ⁊ cū modico zuccaro dulcoret̄: vel addēdo d̄ electuario rosato Mesue ad dosiꝫ sufficientē. Nā in his ītrat scamonea vel diagredion ī virtute quoꝝ vltra solutōeꝫ appropriatā ad mām iuuat̄ ad ꝓuocationē mēstruoꝝ ⁊ i sanguīe īspissato nō per viā adustionis ad ītentōem euōnis subtiliatōis ⁊ aptōis singularissime facit infusio aloes de qua dictū ē ī pria ꝑte. Ualet ēt cōfectio de māna īuentōe Gal. nā cū solutōe nō nocet stomacho: ⁊ dicte euōnes aliquotiēs reiterent̄ s̄m exigētiā semꝑ predigesta mā. ⁊ preter solutiua dicta desuꝑ ꝯuenit ēt ad istā ītentōeꝫ fieri clisteria magis ⁊ minꝰ fortia s̄m diuersitatē māe. In mā eniꝫ grossa valet hiera pigra Gal. agaricus ⁊ bn̄dicta cū decoctiōe appropriata vt centauree absinthij sauine abrotani ⁊ similiū: ⁊ ī minꝰ grossa cū leuioribꝰ. Qua expedita intētōe ad mā̄ꝫ ī toto ēt appropriate ad matricē ꝯuenit ēt ꝯfortare mineras totiꝰ exhibēdo electuaria ⁊ ꝯfectōes appropriatas vt i cā frida viscosa valet exhibitio dialacce diacurcume diaciminū ⁊ diacalamētū est fortissimū ⁊ tyriaca antiqua. Et in cā calida valent triasandali ⁊ diarodon abbatis cū aquis appropriatis ⁊ possunt rectificari mēbra regalia exteriꝰ cū appropriatis sepe dictis. Quibꝰ cōpletis intētionibꝰ supest vltimo vt ꝓpriꝰ attēdamꝰ ad ꝓuocationē mēstruoꝝ cū medicis d̄ ꝓprietate quaꝝ ē hoc efficere. Et dicebat. A. ꝙ sunt ille tales que mouēt sanguinē ad matricē ⁊ faciūt ipsuꝫ penetrātē i poris sup. venaꝝ matricis ⁊ faciunt poros apertos. ⁊ de illis que ꝯducūt sanguinē ad matricē multa sūt īgenia. Nā oia que aliqualē faciūt dolorē circa coxas mulieris vt ligature fortes ⁊ fricatiōes circa coxas ⁊ crura aliqualiter aspere faciūt ad hoc. ligature tn̄ nō debēt eē ꝑmanētes notabili tꝑe sꝫ debēt aliquotiēs relaxari ⁊ postea ꝯstrīgi. Et d̄ hoc dicebat. A. ⁊ assiduatio ꝯstringēdi cū bindis mēbra īferiora ⁊ ligandi ca ⁊ dimittēdi ea sup. sūt ex ꝯuertētibꝰ sanguinē ad matricē: ⁊ vētosatio vt dixit suꝑ crus ⁊ calcaneuꝫ ⁊ ꝓprie pinguis idest cū scarificatōe vt dixit ē magis ꝯueniēs sup. ad istā intentionē. Addit: ⁊ qn̄qꝫ necessariū ē vt fiat flōmia suꝑ saphenā pedis alteriꝰ qn̄ sup. ē facta flōmia ex saphena vniꝰ pedis ⁊ ē vena que ē post cauillā. i. infra cauillā pedis distāter a cauilla ꝑ quātitatē digiti grossi ex trāsuerso. ⁊ ita īnuit ꝙ non sufficit tm̄ semel fieri flōmia de saphena: īmo opꝫ iterare aliqn̄ de vno pede aliqn̄ de altero semꝑ tn̄ fit minuta flōmia vt duaꝝ vnciaꝝ ⁊ nō vltra pro pede: ex quo talis nō fit principalr̄ ad euandū sanguinē ex matrice: sꝫ ad ꝯmouēdū magis ⁊ ad ꝯuertēdū ipsū ad matricē. ⁊ ita si fiat flōmia de vena geniculi ⁊ poplicis que nō sunt debiliores i hac intētōe ad diuertēdū ad matricē semꝑ fiant de modica quātitate sanguis. Et vētose cū scarificatōe suꝑ coxas aut suꝑ calcaneū que aliqn̄ fiūt de vno pede ⁊ aliqn̄ d̄ altero semper sint ī modica quātitate. Et talia ingenia ꝓcurent̄ vt supra dictū ē ex snīa Rabi. ꝑ duos vel ꝑ tres dies an̄ ꝑiodū ꝯsuetuꝫ mēstruatōis. Deinde dicebat. A. ponēs ordinē ī opere: administrent̄ medicine vt aperiātur pori sup. venaꝝ matricis ⁊ currāt humiditates. i. disponant̄ ad cursū. Addit: deinde administrentur medicīe ꝓprie ad ꝓuocādū sup. date desuꝑ ⁊ ꝑ clisteria in matricē ⁊ pessaria: ēt empl'a que sūt subtiliātes sanguinē ⁊ aperiētes oppilatōeꝫ. Et hūc ordinē bn̄ nota ī intentōe ꝓuocatōis quē artificiose posuit. A. ī isto caplo qui male obseruat̄ in practica vt ꝙ priꝰ intēdamꝰ cū cōuertētibus sanguineꝫ ad matriceꝫ ⁊ supple cōmouentibus sanguineꝫ in venis matricis facta tamē prius euōne de materia ī toto si fuerit expediēs per flōmiaꝫ vel medicinas vt dictuꝫ est. Et post ꝯuersionē sanguis ad matriceꝫ attēdamꝰ cū medicinis dilatātibus poros venaꝝ matricis. q̄ ītētio ꝯplet̄ ꝯuenienter cū balneis ⁊ sessiōibus ⁊ inunctionibus ⁊ emplastris. Et deinde exhibeantur medicine ⁊ per superius ⁊ locales ꝓprie ad ꝓuocāduꝫ q̄ sunt subtiliātes sanguineꝫ ⁊ aperiētes oppilatōeꝫ diuerse s̄m diuersitatē grossitiei māe ⁊ etiā ex diuersitate cāe īgrossantis siue flegmatice siue melācolice mixte cū sanguine vel ipsiꝰ sanguis fecalis vel ꝑ adustionē īspissati.

Et de oībus his medicis siue ꝑ exteriꝰ applicādis siue ꝑ interius: ⁊ maxie de ꝓuocātibꝰ dabat can̄. Ras in diuisionibꝰ cuꝫ dixit: Et vti debemꝰ medicis ꝓuocātibꝰ menstrua sed leuiore priꝰ: postea media: deide fortiore: quē can̄. obseruauit Azaranꝰ i capᵒ ꝓprio cū dixit: Et vtat̄ medicis sanguinē mēstruū deponentibꝰ i primis facilibꝰ: postea mediocribꝰ: ⁊ vltio fortibꝰ si necesse fuerit. Postea ponens ordinē in dictis medicis enumerat eas īcipiendo a facilibꝰ dixit sic: Medicine simplices faciles sup. ad hāc ītentōeꝫ sunt aq̄ decoctōis faseoloꝝ ⁊ ciceꝝ ru. ⁊ alboꝝ ⁊ fenugreci ⁊ decoctio feniculi ⁊ scariole apij caulium anisi aneti camomille spargi ⁊ eiꝰ radices: melissa ⁊ similia illis simplices vel ꝯposite. Mediocres vero medicīe sūt mētastrū fluuiale ciminū sticados ameos asse. i. saturegia cuscute flores squinātī spica absinthiū petrosilium liliuꝫ asmarguꝫ armel cassamidarmē amomū leuistieū. Fortes vero medicīe sūt rubea tinctoꝝ iuniperus mētastrū siluestre arthanita luf. i. dragūtea cleborus niger castoreū oppoponacū serapinū armoniacū piꝑ euforbiū cassialignea assaꝝ nigella nasturciū sinapis myrrha zinzania collogntida ꝯdisuꝫ carpobalsamū xilobalsamū oppobalsamū peonia ⁊ similia. Aui. aūt īter medicias q̄ bibunt̄ visus est ponere ordinē in fortitudine ⁊ debilitate dixit sic: Et de illis q̄ bibunt̄ sunt calamētū ⁊ decoctio eiꝰ cuꝫ aq̄ mellis ⁊ eiꝰ pulverizatio suꝑ aquā mellis. addit: ⁊ sauina ē fortior ea. addit: ⁊ pulegiū ē forte valde ⁊ cinamomū. Ita videt̄ īsinuare ꝙ cinamomū est fortiꝰ sauina in ꝓuocādo ⁊ calamēto ⁊ pulegio. Addit: ⁊ hierapigra ⁊ serapinū ⁊ oppoponacū ⁊ fructꝰ eius ⁊ castoreū ⁊ cordumeni ⁊ decoctio enule ⁊ decoctio alusnem ⁊ decoctio faseoloꝝ rubeoꝝ ⁊ semē sansuci. Azaranꝰ tn̄ posuit decoctōeꝫ faseoloꝝ īter faciles vt supra. Posseꝫ multiplicare īfinita q̄si simplicia q̄ nominant̄ a Rasi ꝯ ꝯtinentis ⁊ de mēte Gal. ⁊ alioꝝ. Sꝫ ꝓpter abbreuiare ꝑter dicta ponā q̄daꝫ singularia de qbus sunt lupini amari rutha centaurea minor cipeꝝ feniculus poliū daucus folia maiorane sicca arthemisia paritaria diptamū siler mōtanuꝫ spica cortex cassiaf. borax acorus lactuca asini de qua dicit Aui. ꝙ ꝓuocat menstrua fortiter ⁊ īterficit embrionē viuū ⁊ extrahit fetuꝫ mortuū: ⁊ ꝯfert apatibus duris ī matrice ⁊ supposita ⁊ sedēdo in aqua ipsiꝰ. Addit ⁊ est verbū notabile: ⁊ ē res magis ꝓuocās mēstrua ⁊ magis ꝯueniens: ⁊ dixi ꝙ administrat̄ in vltio aureus bibitꝰ ⁊ suppositꝰ. i. aureus ē maxima dosis eiꝰ: ⁊ de ea fecit Aui. 2ᵒ capᵒ in 2ᵒ can̄. vnum ī rub. de lactuca asini aliud capᵐ de siniar. Post has medicinas est ēt semē agnicasti ⁊ leuistici: naꝫ sunt fortes ad hoc radix eius ⁊ miliū solis ⁊ serpiliuꝫ ⁊ betonica ⁊ cardus bn̄dictus: nā vt dicit̄ infallabilr̄ ⁊ potēter mēstrua ꝓuocat. alleū ēt ⁊ folia eius maxime in decoctione ⁊ balneo multū iuuant. ⁊ ista omīa ꝯueniunt in causa frigida plurimū ꝯtingente. Sed vbi cā sit calida ista non sic ꝯuenirēt. Sed endiuia cicorea scariola ⁊ semina coruꝫ et cucumeris ⁊ cucurbite ⁊ cētaurea ⁊ tassus barbassus maxime radix eiꝰ ⁊ radix althee et capill'. ve. ista magis valerent et si ponerent̄ aliqua leuia calefaciētia vt fenugrecū et caules fortius oꝑarent̄. His igit̄ sic enumeratis post ꝯuertētia ad matricē cū īgenijs dictis: restat s̄m ordinē vt ordinētur balnea ⁊ sessiōes que multū faciunt ad dilatationē poroꝝ venaꝝ de quibꝰ ē si fiat decoctio vt īfra. ℞. arthemisie paritarie folioꝝ ⁊ radicū althee folioꝝ feniculi ⁊ absinthij fenugreci camomille. an̄. M. j. folioꝝ alleoꝝ pulegij an̄. M. s. petrosilij spice celtice an̄. tertiā ꝑtem. M. bulliant ista oia ī quattuor situlis aque vsqꝫ ad cōsumptionē quarti: postea sedeat in ea mulier: ⁊ si ponat̄ media ꝑs vini vel quarta ꝑs vini albi erit fortior oꝑatio. Si ēt recipiat̄ fumus ꝑ ēbotū de dicta decoctōe cooꝑiendo vas ī quo ē dicta decoctio calida ī cuiꝰ medio sit īstrumentū ad moduꝫ tube ⁊ vas ponat̄ sub cathedra ꝑforata cū tali īstrumēto sedēte muliere supra cathedraꝫ ita disponēdo ꝙ pars strictior īstrumenti ītret collū matricis vsqꝫ ad dimidiū circūdando pānis ita vt fumus aliūde nō ascēdat talis euaporatio plurimū faciet ad intētionē. Et si voluerimꝰ eā fortificare possumꝰ cū dictis supra apponēdo ēt aliqua aromatica de cinamomo ⁊ ligno aloes ⁊c̄. Et de fece istaꝝ rerum pōt poni supra femur ad formā ēplastri vel possūt fieri ēplastra cū farinis fenugreci ⁊ semīs lini ⁊ cū decoctōe dicta: ⁊ oleo de lilio ⁊ anethino ⁊ cū modico croci fiat ēplastruꝫ ⁊ suppoiat̄ infra vmbilicū. Possūt ēt fieri inunctōes circa ꝑtes illas cū oleis de lilio d̄ spica anethino ⁊ similibꝰ: addēdo semꝑ aliquid croci ⁊ cinamomi vel cassie lignee: ⁊ cū his ꝯplebit̄ intētio scd̄a de dilatātibꝰ poros venaꝝ vt currāt humiditates exhibitis ꝯiter q̄ sunt subtiliantes sanguinē ⁊ aꝑientes oppilationē que ꝓprie dicūt̄ medicine ꝓuocatiue siue exhibeātur ꝑ suꝑius siue exhibeāt̄ localiter ꝑ matricē cū suppositorijs pessarijs siue fumigatōibꝰ ad ipaꝫ matricē ꝯmemorādo in hoc qd̄ dicebat̄ suꝑius de mēte Auēzoar ī hoc differre dictas medicinas cuꝫ exhibētur ꝑ suꝑiꝰ ab eis que ꝑ deorsum: qm̄ medicine ꝑ suꝑiꝰ exhibēde nō debēt eē aromatice: iō debēt declinari aliqualr̄ ad fetidū vbi ꝯtraria que exhibent̄ ꝑ inferiꝰ ad aromaticitatē debēt declinare ⁊ cōmemorādo vt a leuiori īcipiat̄ vt dicebat Rasis ī diuisiōibꝰ ⁊ cū hoc vt allegabat̄ de mēte Rabi. exhibeant̄ ꝓprius ante tp̄s mēstruationis ꝑ duos vel tres dies: ⁊ post exitū mulieris a balneo dilatant̄ pori de ꝓximo qn̄ tn̄ sudare cessauerit: ⁊ sic ꝓ tunc teneant̄ pedes ī aqua decoctōis: ēt medicinaꝝ ꝯuertētiū ad matricē aperitiuarum vt ē spica nardi calamꝰ aromaticꝰ assaꝝ cassia lignea ⁊ huiusmōi magis valebit. Ueniēdo ad practicā possumꝰ recurrere priꝰ ad ea que dicta sunt supra de ꝓuocātibꝰ vrinā incipiendo a debilioribꝰ: qm̄ vt fuit ibi allegatū: ⁊ est snīa Serap. ī capᵒ isto vniuersalr̄ oē ꝙ ꝓuocat vrinā ⁊ aperit oppilatōes ꝓuocat sanguinē menstruū qn̄ bibit̄ ⁊ qn̄ supponit̄ cuꝫ lana. De ꝓuocantibꝰ ergo sine nocumēto ē vt vult Serap. ꝯpositio vt infra. ℞. castorei acori semīs anisi ⁊ apij sup. an̄. ℈. j. ⁊ da in potu cū vino sup. albo limphato. Dixit Malyab. faciēdo electuariuꝫ qd̄ ī casu ē multū excellēs dādo. ʒ. j. cū vino veteri fiat vt infra ℞. assari pulegij sauine vtriusqꝫ. ʒ. ij. anisi petrosilij seminis apij ameos ruthe agrestis cuiusqꝫ. ʒ. iij. ⁊. s. serapini armoniaci opoponaci cuiusqꝫ. ʒ. s. gūmas ī aqua īfunde pigani. i. ruthe sicce medicaīa tere diligēter ⁊ oia cuꝫ melle musce despumato hoc ē singulare vt pꝫ īspiciēti ꝯpōnē dādo. ʒ. j. ꝓ vice. Dixit Azar. ꝙ si dederis mulieri. ʒ. s. castorei omni die cū. ʒ. iij. succi menastri fluuialis vel bibat. ʒ. ij. cortieū cassie sup. fistule cū aqua decoctionis rubee tinctoꝝ multū facit ad ꝓuocationē. Et Gal. ī libro de facile acquisibilibꝰ facit decoctiōeꝫ vt infra. ℞. prassiuꝫ nepitā rutaꝫ corticē celsi an̄. ʒ. ij. coque ī vino ⁊ aqua sup. vsqꝫ ad ꝯsumptōeꝫ medietatis ⁊ da bibere. Ponit aliud Serap. qd̄ ꝓuocat mēstrua retēta septem ānis vt dicit: factū vt infra. ℞. myrrhe calamēti mōtani oium an̄. ʒ. iiij. passulaꝝ mundataruꝫ ab īterioribꝰ suis. ℥. ij. ruthe recētis. ℥. iiij. sauine. ʒ. vj. terant̄ ⁊ cōficiant̄ cū felle thauri ⁊ administrētur: crederē ego ꝙ intelligeret ꝑ viā suppositorij: qr̄ per suꝑius nō auderē cū felle thauri sꝫ cū aqua decoctōis radicū rubee tinctoꝝ ē medicia satis do

mestica dādo vsq3 ad. ʒ. ij. qũ minor dosis nō sufficiebat. De pesarijs aũt ꝓuocātibus ē ſm Malyabatē vt fiat decoctio lupinorum pigani .i. rutbe absinthij ꝛ ī aqua dissoluatꝛ modicũ galbani ꝛ lana infusa ī dicta mixtura supponatꝛ. aliud. ℞. castorei. ʒ. j. s. musci grana. ij. ꝛ cũ oleo sambucino dissolue postea lanā ī ea inuolue ꝛ submitte. Itē3 ꝛ est domesticũ sumatꝛ de radice rubee maioris ꝛ intingatꝛ in felle alicuiꝰ animalis maxime rapacis vel cũ melle ꝛ cũ puluere nigelle supaspersõ. dixit Rosariꝰ anglicanus ꝙ fit optimũ suppositoriũ ad hanc intētionē ab eo ꝓbatu3 ꝛ leuis precij. Fit ēt aliud nastale ad hanc ītētionē excellēs cum pulpa ficuũ pinguiũ ꝛ succo mercurialis addēdo gētiane ꝛ pulegij añ. ʒ. ij. nigelle. ʒ. j. subtilissime ꝯtritoꝝ fiat mixtura et cũ lana supponatꝛ. Et Gal. ibi supra accepit duas ficus siccas et nitri obolũ. j. bñ icorporādo fiat pesariũ. Pro suffumigijs aũt singularissime valet collogntida posita supra carbones sub cathedra: ipsa ei3 vt dicit Au: ꝓuocat ī dispōne .i. stati3 ꝛ sensibiliter oppoponacũ et serapinu3 et cordumeni ꝛc̃. Si ēt fiat suffumigiũ ex decoctōe sauine lauri et pulegij: et de eade3 decoctōe lauet mulier uluā et ptes circũstātes: na3 multũ ꝓficit. Et dicũt qda3 ꝙ si sumatꝛ succi rutbe. ℥. j. s. cũ vino calido bibēdo in sero ꝓuocabuntꝛ mēstrua in mane sequēti. Dixit Gal. se esse expertũ ꝙ si mulier pesarizetꝛ cũ spica nardi ꝛ ex ea bibat eodē tp̃e ꝓuocabuntꝛ menstrua. Posses facere clisteria īponenda in matrice3 cu3 decoctōe reꝛ appropriataꝛ multiplicādo numeꝛ īfinitũ ex simplicibꝰ dictis supra. nō curo ad oīa discurrere ꝓpter euitare ꝓlixitatē. S3 vnũ nō omit tā qđ est empericũ tñ ab aliqbꝰ illustribꝰ scriptũ: dicũt si patiēs suis manibꝰ dissoluat fermentũ frumēti sicut fit cũ pinsatꝛ panis: deīde ad posteriora flectatꝛ manibꝰ suis tũ ꝛ ore ter sugat dicta mulier de tali dissoluto: deinde bibat coceariũ vnu3 mellis dicũt ꝙ mēstrua reuertentꝛ retinētia suu3 ordinē nāle3. Et hec sufficiāt de tota mā cōmemorādo ꝙ si per īterius applicata nastalia vel clisteria vel fumigationes fierent dolores ꝓpter acuitate3 medicinaꝛ ꝛ punctiones: tunc eo casu dimittēde sunt dicte medicine per tēpus ꝛ ītendendu3 mitigatiōi doloris īponēdo de oleo rosato vel violato ꝛ alijs mitigatiuis doloris. ꝛ hec sufficiant.

Capitulu3 25m de ragadijs matricis.

b Ecurāde sunt ex medicamīe de ragadijs ani: Pesariũ quoq3 ex adipe anatis ꝛ isopo ꝛ ceroto ꝛ medulla cruris ceruini mixtis cũ cera dissoluta ī oleo đ lilio: aut narciscino subijciatꝛ si neq3 febris neq3 acuitas affuerit. Qđ si illud fuerit cũ calore ꝛ acuitate: oleũ roſ. adhibeatꝛ. ex vnguēto quoq3 de cerusa similr̃ fiat pesariũ. Si autē calor fuerit vehemētior: sumatꝛ succus portulace semꝑuiue lactuce aut mucilago psilij: ꝛ fiat tabula de plũbo silis marmori ī qua teruntꝛ colores hñs in circuitu labiũ paruũ ꝛ ponatꝛ ī ea aliquid de p̄dictis succis ꝛ cũ pistello plũbeo adeo super ipsa3 moueatꝛ vt de plũbo predicto liquori multu3 misceatꝛ ꝛ inspissetꝛ succus ex quo fiat pesarium postq̃3 oleum roſ. ei admixtu3 fuerit ꝛ supponatꝛ. hoc eni3 medicamē cancro vulnerato qui est ī matrice optimũ existit ꝛ alijs ei similibus.

b Ecurande sunt ꝛc. Post caplm đ ꝓuocatōe menstruoꝛ fecit. d. Rasis tria parua capitula đ qbusdā malis dispōnibꝰ matricis que plerunq3 sequũtur ad ꝓuocationē menstruoꝛ vt de scisuris vel de ragadijs que fiũt ī vulua. ꝛ scđ3 de nascētijs vel apatibus que ibidē fiũt sine vlcere. ꝛ tertiũ de vlcerosis intitulatũ de plagis siue đ cācro: aliquotiēs vlceroso ꝛ aliquotiēs nō. Et hec tria capl'a recta ꝯtinuatōe cōtinuātur cũ precedēti. nā postquā ī precedēti capl'o determinatꝛ de ꝓuocātibꝰ mēstrua que vt supra dictũ ē retinētur plerũq3 a mā grossa frīda oppilante: ꝛ ad deopilationē talis mãe fiunt necessarie medicine ꝛ per superius ꝛ ꝑ iferius acute: occursu quaꝛ ad matricē ꝓpter acutā caliditatē fit exiccatio ī ꝑtibus eiꝰ ītrīsecis vel versus collũ precipue cũ occurrũt medicine locales ī forma pesarioꝛ taliter acute. vñ facta plurima calefactōe ꝛ exiccatōe ꝯñter fit distractio ꝛ seꝑatio ꝑtiũ vel colli matricis vel ꝯcauitatis eiꝰ ꝛ ita fiunt scisure ꝛ ragadie ī ꝑtibꝰ matricis. ꝛ qm̃ ad scisuras ꝓpter īcessu3 humoꝛ calidoꝛ ad matrice3 sepe ꝓpter vehemētiā doloris occurrētibꝰ matricibꝰ corrosiuis circa dictas scisuras solēt sequi apata ꝑ diuersos modos alias dictos. Iđ rationabiliter ꝛ recto ordine post caplm ragadiaꝛ seqtꝛ caplm de apatibꝰ matricis. Qr tamē apata matricis sicut ꝛ alioru3 mēbroꝛ aliquotiēs resoluũtur anteq̃3 sanientꝛ vel īdurentꝛ: ꝛ aliquotiēs cũ nō resoluuntꝛ terminantꝛ ad dubleti ꝛ ad saniationē ꝛ qñq3 ꝯuertuntꝛ ad duritiē aut cācrũ. Ideo ēt recto ordie ꝯñter prius fecit caplm de nascētijs vel apatibus nō saniatis. ꝛ deinde 3º caplm de apatibus vlceratis ꝛ saniosis vel induratis ꝛ de cancro. ꝛ ita hunc ordinē obseruādo prius facia3 expōnem lr̃ale3 hoꝛ triũ caploꝛ: postea ad ampliationē declarabo materiā de apatibꝰ matricis absolute nō curās ampliare de ragadiis: qm̃ vt dicit textꝰ hic ī pricipio cura ē sicut ragadiaꝛ ani de quibus supra ē sufficiēter determiatũ īcludēdo sniam simul horum caploꝛ. Tota ergo ista pars diuiditꝛ ī tres partes principales ſm ꝙ tria facit capl'a. partes patent. Primu3 ergo capl'3 prima diuisiōe diuiditꝛ ī duas. Nā pº ponit curā cōuenietē ragadijs ex causa frigida ꝯtingētibꝰ. Scđo ponit curā ragadiaꝛ a cā cala. 2ª ibi: Qđ si febris vel pũctura ibi adsit. De pria pte ponit primo cura3 generalē remittēs se ad ea que facta sunt in ragadijs ani. Scđo ponit queda3 specialia remedia in cā frigida. Dicit ergo primo loquēs de scisuris que fiũt ī vulua: he curande sunt ex medicatōe ragadiaru3 ani supple diuerso modo ſm diuersitatē causaꝛ ꝛ ſm varietatē eleuatiōis vel appropinquationis ad orificiũ ani correspōdēter ꝛ ī matrice. Nā si ragadie fuerint visu ꝯprehēsibiles circa os extrīsecũ matricis debēt curari cu3 medicinis applicādis ī substantia magis corpulenta. Et si fuerint in cōcauo debēt curari cu3 impositis magis liqdis ꝑuenietibꝰ ad ꝓfundũ. declaratꝛ aũt ragadias eē in matrice cũ nō apparēt sensu q: distant ab orificio extrinseco p̄cipue ꝑ actũ coitꝰ: qm̃ ī illo actu mulier ēt si sint ī ꝯcauo ꝑcipit dolorē ꝓpter expāsionē sperātis calidi supra dictas scisuras. ꝛ si sint in collo versus orificiũ posteriꝰ vltra dolorē qui fit ī actu ꝯcubitꝰ extrahitꝛ mēbru3 virile sanguine fedatũ. Cōsequēter ponēs remediũ ī cā frigida factis ragadijs per aggregatōem partiũ ꝛ ꝯñter separationē a frido qđ declaratꝛ ꝑ hoc qđ dixit: Si neq3 fe. neq3 pũctio affuerit ꝛ sup. stent signa ragadiaꝛ que dicta sũt supra: tunc laudat pesariũ dicit sic: Pesariũ quoq3 ex adipe anatis ꝛ de isopo ceroto .i. de isopo hũida ꝛ medulla cruris cerui mixtis cũ cera dissoluta ī oleo irino vel narciscino submittatꝛ .i. supponatꝛ: p3 ꝙ ista ꝯueniũt ad remouēdā friditatē ꝛ siccitate3 inductā que fuerũt cā nocumēti cũ talia sint calefaciētia ꝛ humectātia vt p3. illa tñ sola sepe nō sufficiũt s3 ad ꝯsolidatōe3 o3 vt ponātur quedā medicine ꝯsolidatiue vt cũ thure mastice ꝛ dragāto cũ modico aloes. Cōsequēter ī scđa ꝑte huiꝰ capituli ponit curā ragadiaꝛ que fiũt a cā calida siue sine mā siue cũ mā. qđ declaratꝛ per hoc qđ dixit: ꝙ si febris vel pũctura ibi adsint ꝛ duo facit. Nā prio ponit curā dictaꝛ ragadiaꝛ a cā calida nō multũ excessiua. 2º ponit curā qñ calor ē multu vehemēs per vnu3 singularissime remediũ cuiꝰ laudes ponit in fine capl'i. Dicit ergo prio ꝙ si fe. ꝛ punctura ibi adsint nō tñ sup. intēsa: oleũ rosatu3 adhibeatꝛ. Addit: ꝛ ceroto quoq3 de cerusa silr̃ fiat pesarium sup. cũ bōbice īposita ꝛ īuoluta ī eo: istud ē totũ claꝛ. Nam oleũ rosatũ īfrīdat ꝛ remouet ardorē aliqualr̃ ꝯsolidatiuũ idē dico de vnguēto de cerusa. Si tñ ragadie sint cũ putredine ita vt aliquotiēs emittatꝛ virulētia vel sanies tũc op3 accedere ad clisteria leuiter abstersiua ī matricē cu3 aqua ordei vel zuccari vel aqua lactis caprini ꝛ similibꝰ de quibꝰ dictum ē supra: ꝛ fcā mũdificatōe succedāt cōsolidatiua. De scđa parte ponēs curam qñ calor ē vehemētior dixit faciēdo medicamē multu3 artificiosum. si aũt calor vehemētior fuerit sumatꝛ succus portulace vel lactuce vel mucilago psilij vel sup. omnia simul. ꝛ fiat tabula đ plũbo similis marmori ī quo teruntꝛ colores sup. pictoꝛ hñs in circuitu labiũ ꝑuũ sup. ne liquor possit exteriꝰ effluere ꝛ ponatꝛ ī ea sup. tabula plũbea aliq' đ p̄dcis succis vel sup. dcā mucilago psilij vel sup. oīa simul ꝛ magis placeret cũ pistello plumbeo vel sup. cũ massa plũbea plana ex vna ꝑte adeo sup ipsa3. s. tabulā moueātur dicti succi donec de plumbo tabule ꝛ masse conterentes multũ liquori predicto misceantꝛ ꝛ inspissetur succus ex quo fiet pesariũ sup. īponēdũ ītra matricē postquā oleũ rosatũ ei admixtũ fuerit. Et ponēs laudes huiꝰ medicaminis addidit: hoc nāq3 medicamē cancro vlcerato sup. multũ doloroso qui ē in vulua .i. in matrice vel collo eiꝰ optimũ ē ꝛ alijs eiꝰ similibꝰ: p3 eni3 ꝙ hoc ē multũ mitigatiuũ doloris ꝛ cōsolidatiuũ rōne pũbli remittit ardore3 ꝛ pũctionē: ꝛ si postea ꝯiungatꝛ vlcus mitigato dolore ad abstersionē fiāt clisteria cũ aq̃ zuccari vel mellis. facit etia3 Gerar. vnũ vnguentũ in hac ītentiōe īfrīdatiuũ ꝛ ꝯsolidatiuũ in substātia liquida īponendũ ī matricē vt infra ꝛ est egregiũ. ℞. dragāti gũmi arabici īfusoꝛ in aqua roſ. ceruse lote olibani sanguis draconis añ. ʒ. j. litargirij. ʒ. s. olei roſ. ʒ. ij. cere ꝙ sufficit fiat vnguētu3 liqdũ: p3 ei3 qño ex intrātibꝰ ī casu sit multũ cōueniēs. facit ēt vna3 decoctionē ī lacte caprino iniciendā ī matricē ꝛ in casu ibidē vt infra. ℞. ceruse aloe olibani sanguis draconis boli armeni añ. ʒ. ij. ꝯquassentꝛ ꝛ bulliāt ī quartis. iij. s. lactis caprini vsquequo redeātꝛ ad quartā. j. coletur ꝛ colatura iniciatꝛ ad remouēdũ pruritũ ꝛ ardorē.

Capm 26m de apatibus vulue nō saniatis.

f Si cum apatibus istis adest calor ꝛ febris: flobothomia ex cephalica fiat: ꝛ patiens aqua ordei nutriatꝛ: ꝛ liniantꝛ renes ꝛ femur ꝛ ilia ꝛ sumen ex epithimate apatis calidi ꝛ īfrigidetur locus quātũ possibile ē. Si vero postq̃3 febris ꝛ acuitas quieuerit ꝛ remāserit ex apate calido aliquid exit: vnctōibus liquidis curetꝛ: ꝛ mulier in huiusmodi liquidis sedeat donec mollescat ꝛ maturetꝛ. Pesariũ mollificās dura apata matricis ꝛ ꝯferens doloribꝰ in ea factis ꝛ paulati3 ea quiescere faciens. ℞. adipis anatis medulle cruris vaccini bdelij mollis croci vitelli oui assati fecis olei de semibꝰ: fecis olei đ lilio oīu3 añ. ꝑtes equales dissoluantꝛ in vino aut rob ꝛ fiat ex eis pesariũ. est eni3 optimũ ad sedādum dolore3 ꝛ mollificādum duritie3 matricis. Patiens p̄terea sedeat in aqua in qua coquātur

tur fenugrecū ⁊ camomilla ⁊ melilotuꝫ ⁊ cauliū extremitates sigillatim aut omnia simul.

[S]Equitur aliud capitulū de

apatibus que fiūt ī vulua nō saniatis: ⁊ ē scđa pars pricipalis huiꝰ ptis prius diuise ꝯtinuata cū ꝓcedēti ſm modū supra dictū: qđ caplm prima diuisiōe diuidiť ī duas ptes. Nā primo declarat apa esse calidū ꝑ quedā signa: ꝯsequēter ponit curā dicti apatis ī pricipio eiꝰ ad ꝓhibitionē eiꝰ augmenti ⁊ remotionē eiꝰ. 2ª ibi: Apud principiū minutio ex cephalica fiat. De pria pte dixit: Si cū apate vulue .i. inficis adest calor ⁊ febris sup. acuta: tūc sup. declarať apa tale esse calidū ex mā calida essentialr: dixit signāter si cū apate matricis .i. cū signis appropriatis apati matricis de dolore ꝯtinuo circa matricem ⁊ grauitate ī parte ⁊ difficultate vrinandi aliquali ⁊ ēt egerendi: ⁊ qñqꝫ cōicat eis stomachꝰ ⁊ sic fit nausea ⁊ singultus: ⁊ cōicat aliquotiēs cerebrū vñ fit dolor capitis in sincipite ꝓpter cōitatē hoꝝ membroꝝ cū matrice vt videbiť īfra latiꝰ loco suo. Tunc si ꝯiungať calor vehemēs sup. circa ptes matricis ⁊ sup. dolor acutꝰ ⁊ fe. acuta: tunc manifestū ē apa esse essentialr ex mā calida vt manifestū ē cū ī apate frido lꝫ sit grauitas circa matricē ⁊ īflatio: nō est tñ de dolore de quo sit curādū. Et in vētoso lꝫ sit dolor aliquotiēs multuꝫ intēsus: nō tñ ē grauitas đ qua sit curandū. Jđ stāte grauitate ⁊ tēsione simul cū dolore acuto ⁊ caliditate multum ꝑcepta ī partibꝰ matricis si ꝯiungať febris acuta cū lesiōe mēbroꝝ cōicantiū: tūc euidēter significať q̄ tale apa est ex mā calida ꝓprius a dñio sanguinea ꝓpter multitudinē venaꝝ mēstrualiū ad matricē terminataꝝ. Et nota q̄ Rasis in hoc capᵒ vt ī multis alijs fuit breuiloquꝰ solū fecit mentionem de tali apate calido: tū q̄ frequētius tale accidit in matrice ꝓpter cām dictā de venis ad matricē terminatis ⁊ ꝓpter substātiam mēbri eē neruosaꝫ ad modū supra declaratū: ēt q̄ talia apata sunt magis ꝑiculosa q̄ꝫ flegmatica vel vētosa. De scđa pte ponēs curā dicti apatis duo facit pricipalr. Nā primo facit qđ dictū est ad ꝓhibitionē augmēti eiꝰ. 2ᵒ ponit curā illius cū aliqualiter īdurať qñ nō pōt in totū resolui ꝯuertēdo ad saniationē. 2ª ps incipit ibi: Si vero postquā febris ⁊ pūctio quieuerint ⁊c̄. Prima ps possꝫ diuidi ī tot ptes quot principalia puncta ponit de cura scilꝫ ꝑ flōmiaꝫ diuersiuā ī principio: ⁊ scđo de dieta ꝯuenienti ex pte eiꝰ qđ sumiť de cibo ⁊ potu: ꝯñr de applicatōe localiū extrinsecoꝝ ⁊ sup. ēt īirsecoꝝ cū alteratōe aeris. Dicit ergo đ oībus his ptibꝰ legēdo lrāꝫ ꝯtinuā: stante sup. tali significatōe de apate calido minutio ex cephalica fiat: alicubi reperiť ex basilica ⁊ patiēs ex aqua ordei nutriať ⁊ epithimenť renes ⁊ femur ⁊ ilia ⁊ sumiē ex epithimate apatis calidi sup. in principio ex infrigidāte sup. notabiliter ⁊ aliqualr ꝯfortāte repercutiēte ⁊ īfrigideť locus quātū possibile ē. Qđ dixit de flōmia intelligať ꝓcedēte vētris lenitōe saltē cū clisteri lenitiuo infridāte facto cū decoctōe ordei maluaꝝ ⁊ matrū violaꝝ ⁊ solatri cū cassia ⁊ zuccaro albo ⁊ oleo violato simul cū rosato sine sale: postea fiat flōmia diuersiua ī corpore pleno ex cephalica vt longior fiat diuersio: ⁊ ex basilica ī corpore mediocri vbi nō tāta ē necessaria diuersio: ⁊ ita dissoluiť difficultas diuersitatis lr̄e reperte de cephalica ⁊ basilica lꝫ dixerit Serap. ī caplō isto: flobothomamꝰ i primis basilicā titilarē .i. ī manu vt attrahať mā ad superiora ⁊ ita magis ad longinquū: ⁊ hoc ē ī corꝑe magis pleno: de hoc aliquid diceť īfra loco suo. Cōsequēter rectificeť aer ad fridū quātū possibile ē cū aspersione reꝝ frigidaꝝ vel euaporatōe caꝝ ī camera ꝓpria ſm modū vt īfra diceť loco suo. deinde fiant epithimata circa matricē ⁊ circa renes cū hūectātibꝰ ⁊ cōfortātibꝰ vt cū succis plātaginis portulace sempuiue si expedit ⁊ lactucaꝝ ⁊ similiū ⁊ aquis sublimatōis eorūdē cū modico aceti ⁊ vini citonioꝝ. Et faciendo inunctōes cuꝫ oleis appropriatis vt rosaꝝ ⁊ nenufaris citonioꝝ mirthiloꝝ ⁊ similiū. ⁊ hec ī pria die vel 2ª ⁊ vsqꝫ debiliter intēdūtur dolores fluente mā: postea cū nō intendūtur remittātur dicta frigida extremalr ⁊ ponanť aliqua debilia resolutiua cū eis ſm canones sepe dictos ⁊ đ quibus diceť latius īfra loco suo. Et ita ī regimine diete dimittātur carnes oua vinuꝫ ⁊ quecūqꝫ īflāmabilia vel īflāmare potētia vtēdo aqua ordei ī principio cū modico zuccari vel iulep rosato violato ⁊ similibꝰ: postea cū spinachijs lactucis portulacis cucurbita ⁊ similibꝰ de quibꝰ ampliꝰ diceť loco suo circa dictā infra. ⁊ ēt de his recurras ad ea que sūt dcā supra đ apatibꝰ renum ⁊ vesice. nā quasi ī oībus cōicāt saltē q̄ꝫtū ad dietā. De 2ª parte ponit curā eiusdē apatis qđ nō resolviť ī totū sꝫ aliqualiter īdurať disponēdo aut ad dissolutionē aut vt ad saniē ꝯuertať ⁊ duo facit. qm̄ prio ponit intētōes ad curatōeꝫ. 2ᵒ exequiť ordinādo dictā ea quibꝰ ꝑficiunť dicte intentiones ordinando prio pesariū ⁊ vltimo cū balneo ī quo sedeat mulier que omnia faciēt vel ad ꝯuersionē ī saniē ⁊ tādē ad rupturā vel oīnodam resolutōeꝫ: partes patebūt legēdo. Dicit ergo prio đ ista pte: Si vero postquā febris ⁊ punctio quieuerint .i. fuerint aliqualr remissa remāserit ex apate aliquid sup. ī via īduratōis qđ declarabiť ex ponderositate loci cū remissione alioꝝ accidētiū vt infra latiꝰ videbiť ī signis: tunc sup. vt dixit ꝯtinuādo ex iniectōibus liquidis cureť .i. īmissis ītra matricē medicinis liquidis virtualiter ēt humectātes ⁊ mollificātes. Addit: ⁊ mulier ī huiusmodi liquidis sedeat .i. ī huiusmodi decoctōibꝰ sedeat vsqꝫ ad vmbilicū donec molescat ⁊ matureť sup. apa vel resoluať. ꝯñr ordinat pesariū imittēdū ī matricē ad hanc intētōem. deide ordinat decoctionē ī qua debeat sedere mulier. ibi 2ª: Patiēs ꝑterea sedeat. Dicit ergo pᵒ: ꝯfectio pesarij .i. ꝯpositio rei imittēde in vuluā ⁊ mollificātis apata vulue ⁊ sup. aliquotiēs resoluētis ⁊ cōferētis doloribꝰ ī ea factis ⁊ paulatiꝫ quiescere facientis. ℞. adipis anatis medulle cruris ceruini medulle cruris vaccini bdelij mollis croci vitelli oui assati fecis olei de seminibꝰ: fecis olei irini oīum ptes equales dissoluātur ī vino aut rob .i. vino cocto ⁊ fiat ex eis pesariuꝫ sup. liquidū imittēdo ī matricem vel iniciēdo ipsuꝫ cū clisteri vel iuoluēdo lanā succidā ī dicto liquore postea īponēdo. sꝫ mens Rasis fuit q̄ stante apate ī profundo matricis vt ponať istud medicamē liquidū fluens ad intra matricē vt meliꝰ pertingere possit ad locū apatum ⁊ mulier tūc se ꝯuertat supra locū dolorosuꝫ vt medicamē ibidē ꝑsistere possit ⁊ ꝯuenientiꝰ operari: pꝫ eīm q̄ hoc medicamē ē mollificatiuuꝫ ⁊ resolutiuū ex parte itrātiū vt pꝫ: ⁊ ita disponeť apa super ipꝫ qđ remāsit vel ad saniationē vel ad resolutionē. Et laudās hoc pesariū dixit: est eīm optimū sup. tale pesariū ad sedādum dolorē cū hic intrēt anodina multa ⁊ mollificādū duritiē vulue idest matricis. ꝯsequēter đ alia parte ordinat decoctōeꝫ vel balneū ī quo dꝫ sedere mulier. Etiā ad dictas intētiones dixit: patiēs preterea sedeat ī aqua ī qua cocta sint fenugrecū ⁊ semē lini ⁊ camomilla ⁊ melilotū ⁊ cauliū extremitates sigillatiꝫ vel simul. Jsta oīa sunt nota ex sepe dictis. nā faciūt ad mollificatōꝫ cū resolōne. ⁊ sic sit finis huius ptis.

Caplm 27ᵐ de vlceribꝰ apatibꝰ ⁊ cācro matricis.

[C]Um a vulua fluxerit sanies spissa aut virꝰ tenue: si ex ꝓpiquo manat loco neqꝫ fuerit ibi ꝓfūditas fetida neqꝫ putrida: sumēda sūt aloes ⁊ mirrha ⁊ sanguis draconis ⁊ sarcocolla atqꝫ olibanū ⁊ loco supponēda donec ꝯsolideť. Si aūt ex loco manauerit remoto: ex pesario qđ noīauimꝰ in .c. de sanguine ⁊ sanie fiat ꝓdisnia. Si aūt qđ fluxerit est fetidū odorē hñs malū: ex pesario secūdo acuto fiat iniectio postq̄ꝫ locus mūdificatꝰ fuerit ex aqua ⁊ melle iniectis ꝑ instrꝫ eneū. Si vero cū hoc qđ fluit fuerit pūctio ⁊ dolor est apa duruꝫ qđ tactu disserniť sūmopere cauēdū est ne aliquo acuto medicamine tangať: sed fiat iniectio ex ꝯfricatōe plūbi quā diximus aut ex vnguento de cerusa: ⁊ flobothomeť ex basilica ⁊ custodiatur ab oibus que colerā nigrā gignūt ⁊ seminibꝰ ⁊ speciebus que pro ꝯdimēto admisceť cibis.

[C]Um a vulua fluxerit.

